OPERA



IRENAE

Momenta



393297
III
Mag. St. Dr.

OPVS ERVDITISSIMVM

DIVI IRENAEI EPISCOPI LVGDVNENSIS, IN QVINQVE LIBROS DIGESTVM, IN QVIBVS MIRE RETEGIT ET CONFVTAT VETERVM HAERESEON impias ac portentosas opiniones, ex uetustissimorum codicum collatione quantum licuit DES. ERASMI ROTERODAMI opera emendatum.

Additus est Index rerum obseruatu dignarum.



BASILEAE, M. D. LX.

I. 786



393297
III
Mag. St. Dr.

Bibl. Jagiell.
1985 K 325/28 (56)

REVERENDISSIMO

IN CHRISTO PATRI AC DOMINO, D. BERnardo episcopo Tridentino Des. Erasmus Roterodamus S. D.



N TVIS ornatissime præsul auspicijs in lucem producimus, magnũ illum ecclesiæ propugnatorem, ac pro sui nominis augurio pacis ecclesiasticæ uindicẽ IRENAEVM. Nam εἰρήνη Græcis pacem sonat, & in Euangelio dominus beatos pronuntiat εἰρηνοποιούς, id est pacificos, quoniam, inquit, filij dei uocabuntur. Deus enim nõ est dissensionis autor sed pacis, qui per filium suum pacificauit ea, quæ in cœlis & quæ in terris. Contrà qui dissidijs orbem concutiunt, parentem suum referunt, qui primus seuit discordiã inter deum & hominem, ac salutiferam Euangelicæ doctrinæ segetem uitiauit, clàm insperſis zizanijs: nocturnum opus aptumq; principi tenebrarum. Vtinam & in his ecclesiæ tumultibus, quibus nec in annalib. legimus unquam exortos uel grauiores, uel latius diuagatos, quãquam latissime se sparserat Arianorum hæresis, exoriãtur aliquot IRENAEI, qui spiritu euãgelico mundum redigant in concordiam. Nam libri qui nunc utrinq; prouolãt, eiusmodi fermè sunt, ut citius nouum excitent incendium, quàm uetus restinguãt. Verum hoc per Christianos principes faciet dominus, postquam nobis ad meliora conuersis ex irato cœperit esse propitius. Ad IRENAEVM meum redeo. Quur enim non meum appellem, quem penè sepultum, absterso quãtum licuit situ, luci restituimus, indignum profecto qui perpetua obliuione obsolesceret. Spirant enim illius scripta priscũ illum Euangelij uigorem, ac phrasis arguit pectus martyrio paratũ. Habent enim martyres suam quandam dictionem, seriam, fortem, ac masculam. Fuit uicinus apostolorũ temporibus, cum adhuc martyrum triumphis floreret ecclesia. Nam puer audiuit Polycarpum in Asia, Polycarpus autem Ioannis Euangelistæ fuit discipulus, à quo & episcopus Smyrnęis datus, notus et alijs apostolis discipulisq;, qui uiderant & audierant dominum, ex quorum relatione multa solitus est commemorare, quæ literis prodita nõ sunt. Huius uiri de Christo deq; Christi discipulis sermones IRENAEVS puer auidissimis imbibit auribus, ac penitus inscripsit cordi suo, sic ut senex etiam horum omnium uiuidam ac præsentem retine-

ret memoriam, quemadmodum ipse multis uerbis testatur in his quæ scripsit ad Florinum. Referuntur autem Ecclesiasticæ historiæ libro quinto, capite uigesimo. Manebant eo seculo ueterum ecclesiæ charismatum manifesta uestigia, quandoquidem ipse libro quinto refert, se multos audisse fratres in ecclesia, quibus esset donum prophetiæ, qui dei mysteria enarrarent, qui linguis omnibus loquerentur, qui secreta hominum proferrent non ad ostentationem sed ad utilitatem. Et alibi docet, fuisse qui inuocato Iesu nomine morbos ac dæmones profligarent. Habes IRENAEI cõmendationem ab antiquitate. Accipe nunc pietatis & integritatis testimonia, quæ quidem hoc sunt speciosiora, quòd eo seculo promerenti contigerunt, quo laus hæc ferè supplicijs ac mortib. erat emenda. Nunc delicata res est Christiani nominis professio quum nec facultatibus nec corporibus ullum à persecutore periculũ est. IRENAEVS igitur presbyter ecclesiæ Lugdunensis ad componendum ecclesiæ dissidium Romam mittitur, ubi tum præsidebat Eleutherus, mittitur autem martyrum epistolis magnifice commendatus, & quòd Euangelij zelo præmineret, & quòd dignitati presbyterij, morum integritate responderet: unde dignus est habitus qui Photino siue Pothino (uariant enim in nomine codices) Lugdunensis ecclesiæ præsuli, qui natus annos ferè nonaginta martyriũ peregit, subrogaretur. Ecclesiasticæ concordiæ tam fuit studiosus, ut cum Victor Romanus põtifex multas ecclesias amputasset à communione, quòd in celebratione diei paschalis, & in obseruatione ieiuniorũ, morem obtinerent à Romana consuetudine diuersum, magna libertate Victorẽ reprehenderit, quòd prẽter exemplum eorum quibus successerat, tam facilis esset ad amputãdas ecclesias, non in fide sed in ritibus quibusdã dissidentes. Refert hæc fusius Ecclesiasticæ historiæ liber quintus capite uigesimo quarto. Hæc IRENAEVS, quum nunc Ptolemæi quidam ex quamlibet friuolis nugis, hæreseon & schismatum excitent calumniam. Sed unde pietatis illius certius argumentũ proferam, quàm ex ipsius scriptis, quæ spirant pectus euangelicum, & martyrij (ut ita loquar) candidatum? Nunc de doctrina paucis accipe. Eloquentiæ nec studiosum nec peritum sese fatetur ipse præfans in primũ librum. Ac non affectatam quidem ab eo facile crediderim: ignoratam ne credam, facit ipse sermonis cursus, in rebus tam spinosis ac perplexis, imò fastidij plenis, dilucidus, digestus, ac sibi cohærẽs, nisi quòd mihi nondum satis liquet, Græcéne scripserit an Latine, etiamsi magis arbitror Latine scripsisse, Græci tamen sermonis peritiorem. Itaq; siguris Græcis tanquam suo iure abutitur Latine loquens, ueluti noceri pro lædi, quemadmodum Græci dicunt βλάπτεσθαι, ἔχοντες, id est habentes,

pro ua-

pro ualentes: cuius generis aliquot annotauimus in ſpatijs marginū, ne lector his offenderetur. Certe liberalium diſciplinarum omnium peritiſsimum fuiſſe conſtat. Tertullianus enim in libro quem ſcripſit aduerſus Valentinianos, indicans quos in eo opere ſuerit ſequutus, hunc in modum loquitur: ut Iuſtinus philoſophus & martyr, ut Miltiades eccleſiarum ſophiſta, ut IRENAEVS omnium doctrinarum curioſiſsimus explorator. Quin & Euſebius Cæſariēſis in Catalogo ſcriptorum illuſtrium, qui circa Soteris ætatem eccleſiam dei uita ſimul et ſcriptis illuſtrarunt, quum uentum eſt ad IRENAEVM, dicit, Et præcipuus IRENAEVS, quorum omnium ad nos apoſtolicæ fidei & ſanæ doctrinæ præclariſsima monumenta perlata ſunt. Floruit autem potiſsimum Commodi temporibus. Cæterum poſteaquā ordo nos uocat ut de tam egregij uiri ſcriptis aliquid dicamus, dolor quidam ſubit animum meum, quòd ex tot laudatiſsimis monumentis hoc opus ſolum, ut uidetur, remāſit incolume. Scripſit enim librum ad Blaſtum De ſchiſmate, alium ad Florinum presbyterū ab eccleſia prolapſum, De Monarchia, ſiue quòd deus non ſit conditor malorum. Nam Blaſtus eodem errore teneri uidebatur, qui prius Polycarpi diſcipulus, pòſt in hæreſim Valentinianam deuolutus eſt. Scripſit autem & de Ogdoade librum, quem eximie probat diuus Hieronymus. Hic eſt cui affixit obteſtationem adſcribas, quam et nos præfiximus huic operi. Hæc tantum uiderat Euſebius. Hieronymus addit uolumen breue contra gentes, rurſus aliud De diſciplina. Item ad Martianum fratrem De apoſtolica prædicatione. Denique librum uariorum tractatuum. Ex his tam multis uiri lucubrationibus ſolum hoc quod nūc damus, ſeculorum inuidia reliquum eſſe uoluit. Quod utinam ſic dare licuiſſet, quemadmodum ab illo proditum fuit. Primus & ſecundus quoniam ferè occupantur recenſendis monſtroſis hæreticorum & uocabulis & opinionibus, alicubi torſerunt nos, quos nemo niſi patientis ſtomachi poterit abſq; tædio peruoluere. Tribus exemplarib. ſumus adiuti, uno quod Romæ deſcriptum illinc ad nos miſit egregius ſtudiorum patronus Ioannes Faber, duobus è monaſterijs commodato præbitis. Ex Tertulliano pauca reſtituimus, quòd illic plus etiam erat deprauationis in uocabulis: non pauca cōiecturis ſumus aſſecuti, quę ſi parum certa uidebantur, in margine tantum annotauimus. Solis autem ſcripturarum præſidijs pugnat aduerſus cateruam hæreticorum, quorū princeps fuit Simon ille Samarites, magiæ peritus, qui ſe deum ſummum auſus eſt prædicare, & Selenen ſcortum ſuum perſuaſit eſſe ſummam mentem, & hic impoſtor Romæ ſtatuam meruit cum hac inſcriptione, Simoni ſancto deo. Huius diſcipulus Menāder, non in no-

mine IESV, sed in nomine suo baptizabat, negãs cum Simone, mundum hunc à deo conditum, sed ab angelis: quem errorem è Platonis philosophia uidetur hausisse. Post hunc Saturninus Antiochenus dicebat, hunc mundum conditum non à summo deo sed à septem angelis. Hos sequutus Basilides Alexandrinus in maiorẽ erupit insaniam, prẽter alia dogmatum portenta, summum quendam deum inuehens, & ficto nomen æquè fictum imponens, Abraxas, qui Valentino seminarium insaniæ præbuisse uidetur. Nam quos ille cœlos uocabat, hic dixit αἰῶνας. Dehinc Nicolaus turpitudinis doctor, cum superioribus negat mundum hunc à deo conditum. Quin & Ophitæ monstrosa quædam somnia de Aeonibus, & eorum præcipuo Ialdaboth prodiderunt. Successit his Capocrates gnosticorũ autor, aperte magiam exercens, ac dæmones παρέδρους iactans, quale quiddam de Socrate legimus. Sequutus est hos Cerinthus, negans mundum à deo conditum, mentiens Christum ex Ioseph semine natum, legem nõ à deo sed ab angelis latam. Huic contrarius Ebion sic adstruit legem, ut subuertat Euangelium. Talibus portentis succesit Valentinus omniũ portentuosissimus, Platonicæ philosophiæ sectator, uir alioqui doctrina pollens, iuxtà atq; eloquentia. Ambiebat episcopi dignitatem, sed indigne ferens sibi prælatum alium, qui in tormentis confessus fuit nomen domini, ad turbandam ecclesiam uertit ingenium, totam doctrinam Christianam ad cõfictas uoces & perplexas fabulas pertrahens. Huius impijs inuentis nõnihil addiderunt Ptolemæus & Secundus, aucto uidelicet Aeonũ numero, sic tamen ut in quibusdam ab eo dissentirent. Eadem cum Valentino docuit Heracleon, sed nouitate pronuntiationis uideri studuit diuersa tradere. Post hunc Marcus & Colarbasus, alioqui non degenerantes à Valentino, rem mire ridiculam commenti sunt, omnia fidei mysteria ad Græcum alphabetum pertrahentes. Succesit his Cerdon impietatũ lernam secũ trahens. Duos enim deos finxit, alterum bonum, alterũ sæuum, à sæuo mundum creatum. Legem in totum repudiabat: solum euangelium Lucæ, nec id totum recipiebat. apostoli Pauli epistolas nec omnes nec totas probabat. Acta apostolorũ & Apocalypsin ut falsa reijciens, docebat Christum boni dei filium in phantasmate tantum uenisse, nec uere passum, nec uere natum: resurrectionem animæ probans, carnis negans. Hic dum aliquando confiteretur errorem, & rursus clàm, interdum & palàm doceret impia, tandem cõuictus ueluti deploratum membrum à communione fratrum resectus est. In huius impietatem succesit Marcion, genere Ponticus, Stoicæ philosophiæ studiosus, episcopi filius, ob stupratam uirginem eiectus ab ecclesia, qui tamen pòst interdixit

nuptias

nuptias Christianis. Cerdonis ac Marcionis blasphemam doctrinam excepit Lucanus quidam, ob id obscurus, quòd nihil innouarit ex eorum doctrina quos sequebatur. Sed Apelles Marcionis discipulus, quo se faceret nouæ factionis autorem, multa ex magistri dogmatib. reprobauit, sed sic ut nihilo saniora substitueret. Hic allegauit nobis puellam nomine Philumenen, cui fingebat adesse propheticum spiritum, quam tamen Augustinus scripsit à Seuero quodam inductam, haud scio quid sequutus: Nam Eusebius & Tertullianus in hoc quod narro consentiunt. Inter hæc portenta latuerunt Potitus & Basiliscus, qui Marcionē sequuti duo rerum principia tradiderunt. Syrenus magis etiam delirans, tria principia siue tres naturas induxit. Hos omnes sequutus Tatianus, ex Iustini discipulo factus hæreticus, Valentini Marcionisq; pestifera dogmata reuocauit, discipulū habuit Calistionem. In tam longam seriem se porrexit illa detestanda lues à Simone mago profecta, dictuq; mirum quàm ægrè desijt. Iam enim Valentini nomen erat extinctum, quum tamen non deessent Valentiniani. Nec omnino finis uidebatur futurus, nisi ueniisset Montanus, qui cæteris omnibus abrogauit autoritatē, se prædicans esse spiritum sanctum à Christo promissum, qui deduceret in omnem ueritatem. Quanquam & Manichæus nonnihil erroris ex Basilide uidetur hausisse. Accidit autem hic quod solet in febri uehementer tenaci, quæ nunc est remissior nunc acrior, nunc in aliam atq; aliam speciem sese uertit, nec desinere potest, donec in phrenesim aut in aliud malum præsentius exeat. Aduersus hæc portenta scripsere Iustinus, quem aliquoties citat IRENAEVS, Miltiades, Proculus, & Tertullianus: Cuius libros quos eruditissimos scripsit aduersus Valentinianos & Marcionem, præterea de hęresibus & hæreticorū præscriptis, si quis legere non grauabitur, rectius intelliget hos IRENAEI libros. Iam mihi uideor satis præfatus ornatissime Præsul, quod ad huius operis rationem attinet, & tempus erat finem imponere prologo: quod quidem faciam, si paucis aperuero, quæ cogitatio subierit animū meum in hoc argumento uersantis. Non enim queo satis admirari consilium inscrutabile dei, qui miris modis sponsam suam ecclesiam uindicarit, purgarit, erudierit, euexerit, illustrarit, in quibus omnibus nihil est non alienissimū ab humanis consilijs, quemadmodū ipse loquitur per Esaiam hominibus: Nō enim cogitationes meæ, cogitationes uestræ: neq; uiæ meæ, uiæ uestræ, dicit dominus. Quia sicut exaltātur cœli à terra, sic exaltatæ sunt uiæ meæ à uijs uestris, & cogitationes meæ à cogitationibus uestris. Quemadmodum igitur ipse dominus descendens è cœlis uiam aperuit in cœlos, & accepta forma serui parauit sibi dominium omnium

quæ in cœlis quæq; in terris, ac per ſummam ignominiã conſequutus eſt æternam gloriam, patiendo deuicit hoſtem, morte promeruit immortalitatẽ: ſic puſillum & imbellem gregem ſuũ alieniſsimis à mundi ratione præſidijs prouehit: per imperitos cõfutauit mundi ſapientiam, per paucos ſubegit omnes mundi nationes, per imbecilles proſtrauit tyrannorũ potentiam, per imbelles expugnauit omnem munitionem attollentẽ ſeſe aduerſus deum, per ignotos & humiles obſcurauit uniuerſam mundi gloriam, per oues domuit leones, per columbos abegit ſerpentes. Et paſſus quidem eſt in ouiculas ſuas ſatanam et mundum hunc totis artibus ac uiribus ſuis inſurgere, uerum arcanis ſuis conſilijs omnia mala uertit electis ſuis in bonum. Solus enim ille rex regum nouit & uti bonis & abuti malis in ſuam gloriam & eccleſiæ ſalutem. Infremuit aduerſus paucos & humiles Chriſti diſcipulos Iudæorũ zelus, phariſæorum ſupercilijũ, ſacerdotum autoritas, tum regum legibus & copijs armata potentia, magorum præſtigiæ, philoſophorum eruditio, hæreticorũ ſeditio. Tot machinis ſatanas oppugnabat ouile Chriſti. Sed domino temperante conatus & actiones hominum, ſupplicijs ac mortibus creuit & inualuit eccleſia, impiorũ philoſophorum oblatrationibus confirmata eſt Euangelica philoſophia, præſtigiæ magorũ illuſtrarũt Chriſti diuinam uirtutem in diſcipulis operantem, ſchiſmaticorũ molimina, piorum concordiam arctius iunxerunt, ac uelut in phalangẽ redegerunt: hæreticorũ impia dogmata, ad ſcrutandũ arcanas literas compulerunt. Itaq; factum eſt, ut dum Iudæi zelo legis ſed non ſecundũ ſcientiam pugnant aduerſus Euangelium, certius cognouerimus antiquatas eſſe legis umbras, & illuſtrata eſt Euãgelij gloria, Rurſus dum perſequutor ignominijs, cruciatibus, ac mortibus conatur fidem in Chriſtũ extinguere, fidem auxerit, charitatem accenderit, ſpem reddiderit firmiorem, & piorum tolerantiam dum exercet, illuſtrarit. Poſtremo dum hæreticorum argutationibus agitatur, magis uti didicit armatura diuinarum literarum, & cõfirmata eſt impugnata ueritas. Primus eccleſiæ congreſſus fuit cum Iudæis, quorum utinam non extarent & hodie reliquiæ. Hic ſtrenuum propugnatorẽ Euangelicæ libertatis præſtitit apoſtolus Paulus. Magiæ principem Petrus deiecit. Secundus fuit cum philoſophis & hæreticis, qui ferè philoſophiæ præſidijs bellabant aduerſus Euangelium. Horum impreſsiones, poſt apoſtolos exceperunt uiri doctrina facundiaq; præcellentes. Nec ideo damnanda eſt philoſophiæ ſobria cognitio, quòd à philoſophis ferè natæ ſunt omnes hæreſes, cum per philoſophos item oppreſſæ ſint. Valentinus philoſophus oppugnauerat eccleſiam, ſed Iuſtinus philoſophus, & IRENAEVS philoſophus

sophus defendit. Marcion philosophus impetijt ueritatẽ, sed Tertullianus philosophus cõfecit hostem. Celsus philosophus blasphemias euomuit in Christum, sed Origenes melior philosophus ex illius blasphemijs illustrauit CHRISTI gloriã. Libanius sophista defendit idololatriam, sed hoc facundior Chrysostomus asseruit uerũ dei cultum. Idem fecit orator Symmachus quod Libanius, sed hunc confodit potentior orator Prudentius. Itaque bona quædam spes habet animum meum fore, ut hanc ecclesiæ tempestatẽ dominus inscrutabili suo consilio uertat in bonos exitus, excitetq; nobis Irenæos aliquot, qui compositis dissidijs pacem orbi restituant. Hunc interim IRENAEVM uelut omnis fausti loco læta fronte dignaberis accipere, Præsul optime, tui nominis auspicijs in lucem prodeuntẽ. Id ut facerem non tam mihi persuasit singularis quidam, ac ut gratuitus, ita perpetuus animi in me tui fauor, quàm uno omnium ore prædicata morum tuorum integritas, cum admirabili prudentia pariq; humanitate coniuncta. Sed nulla laus Episcopo dignior, quàm quòd ubiq; studes paci concordiæq; Christiani populi. Atq; hæ quidem in te uirtutes hoc sunt admirabiliores, quòd ætate florenti Nestorem quendam, ut ita loquar, præstas tum illustriss. principi FERDINANDO, tum ecclesiæ CHRISTI. Nec ignota, nec tuas dotes prædico, sed pro donis in te collatis, & deo gratias agimus, & nobis gratulamur. Amplitudinẽ tuam bonis omnibus augeat is, à quo solo proficiscitur uera felicitas. Datum Basileæ sexto Calend. Septembris. Anno M. D. XXVI.

IRENAEI EPISCOPI VITA, PER DIVVM HIERONYMVM.

IRENAEVS, *Pothini episcopi qui Lugdunensem in Gallia regebat ecclesiam, presbyter, à martyribus eiusdem loci ob quasdã ecclesiæ quæstiones, legatus Romam missus, honorificas super nomine suo, ad Eleutherium episcopum perfert literas. Postea iam Pothino propè nonagenario, ob Christũ martyrio coronato, in locum eius substituitur. Constat autem Polycarpi, cuius supra fecimus mentionẽ, sacerdotis & martyris hunc fuisse discipulũ.*

Scripsit quinq; aduersus hæreses libros,
& contra gentes volumen breue,
& de disciplina aliud,
& ad Martianum fratrem de apostolica prædicatione,
& librum variorum tractatuum,
& ad Blastum de schismate,
& ad Florinum de monarchia, siue quod deus nõ sit conditor malorũ.
& πρὸς τῶν ὀγδοάδων egregium commentarium, in cuius fine significans se apostolicorum temporum vicinum fuisse, sic subscripsit:

Diui Irenæi obtestatio ad scribas.

ADIVRO TE, QVI TRANSSCRIBIS LIBRVM ISTVM, PER DOMINVM IESVM CHRISTVM, ET PER GLORIOSVM EIVS ADVENTVM, QVO IVDICATVRVS EST VIVOS ET MORTVOS, VT CONFERAS POSTQVAM TRANSSCRIPSERIS, ET EMENDES ILLVM AD EXEMPLAR, VNDE SCRIPSISTI, DILIGENTISSIME: HANC QVOQVE OBTESTATIONEM SIMILITER TRANSFERAS, VT INVENISTI IN EXEMPLARI.

Feruntur eius & aliæ ad Victorem episcopum Romanum, de quæstione paschæ epistolæ, in quibus commonet eum, non facile debere vnitatem collegij scindere. Siquidem Victor multos Asiæ & Orientis episcopos, qui decimaquarta luna cum Iudæis pascha celebrabant, damnandos crediderat. In qua sententia hi qui discrepabant ab illis, Victori non dederunt manus. Floruit maxime sub Commodo principe, qui M. Antonino Vero in imperium successerat.

INCIPIVNT CAPITVLA IRENAEI LVGDVNENSIS
Episcopi in librum primum contra hæreses.

NArratio omnis argumenti discipulorum Valentini. 1
Expositio prædicationis ueritatis, quam ab apostolis ecclesia percipiens custodit. 2
Ostensio neq; plus neq; minus de ea quæ est fide posse quosdam dicere. 3
Secundum quid fiat putare alios quidem plus, alios uero minus agnitionis habere. 4
Quæ est Valentini sententia in qua discrepant aduersus eum discipuli eius. 5
Quæ sunt in quibus non consonant aduersus inuicem hi qui sunt à Valentino omnes. 6
Qualis conuersatio ipsorum & quæ est figuratio uitæ. 7
Quæ est Colarbaseorum & Marci doctrina. 8
Quæ est industria Marci, & quæ sunt quæ ab eo fiunt. 9
Quemadmodũ quidam ex eis per numeros & per syllabas & per literas conantur constituere eam, quæ est secundum eos, argumentationem. 10
Quomodo soluunt parabolas. 11
Quemadmodum conuersationem secundum figuram eius qui apud eos est pleroma exponunt factam. 12
Quemadmodum in ea quæ sunt in lege, in suum transferunt figmentum. 13
Quemadmodum incognitum hominibus conantur inducere patrem. 14
Quibus ex scripturis testimonijs utuntur. 15
De redemptione sua quanta dicunt & faciunt. 16
Quot modi apud eos sunt redhibitionis. 17
Quemadmodũ imbuant eos qui sibi credunt & quibus sermonibus utuntur. 18
Quod est propositum omnibus hæreticis & quò tendunt. 19
Quæ Simonis Samaritæ magi doctrina. 20
Quæ est Menandri sententia & quæ operationes ipsorum. 21
Relatio eius quæ est secundum Basilidem doctrina. 22
Quæ est Saturnini argumentatio. 23
Quæ est Carpocratis doctrina, & quæ operationes ipsorum qui ab eo sunt omnium. 24
Qualis est doctrina Cerinthi. 25
Quæ est Ebionitarum doctrina. 26
Quæ sunt Nicolaitarum opera. 27
Quæ est Cerdonis sententia. 28
Quæ sunt quæ Marcion docuerit. 29
Quæ est continentium aduersatio. 30
Qualis Tatiani doctrina. 31
Vnde hi, qui differentias induxerunt, acceperunt occasionem. 32
Quibus temporibus fuerint omnes qui prædicti sunt, & à quibus initia & doctrinas acceperunt. 33
Quæ genera gnosticorum & quæ secundum eos sententiæ. 34
Quæ est Ophitarum & Cainorum irreligiositas & impudentia, & unde conscripta ipsorum. 35

DIVI

DIVI IRENAEI EPISCOPI LVGDVNENSIS ADVERSVS HAERESES VALENTINI SIMILIUMQ, Liber primus.

PRAEFATIO.



VATENVS ueritatem refutantes quidam inducũt uerba falsa, & genealogias infinitas, quę quęstiões magis pręstãt, quẽadmodũ Apostolus ait, q̃ ædificationẽ dei, quæ est in fide: & per eã quę est subdole exercita ueri similitudo, trãsducũt sensum eorũ, qui sunt inexpertiores, & in captiuitatẽ ducũt eos, falsantes uerbũ dñi, interpretatores mali eorũ quæ bene dicta sunt effecti: & multos euertũt, attrahentes eos sub occasione agnitionis, ab eo qui hãc uniuersitatẽ cõstituit & ordinauit, quasi altius aliqd & maius habentes ostendere, q̃ eũ, qui cœlũ & terrã, & omnia quæ in eis sunt, fecit: Suadẽter quidẽ illi illiciũt per bonorũ † morẽ simpliciores ad requirendi modũ, male aũt perdũt eos iniqui, & impiam sententiã ipsorũ factã non ostendunt, ne denudatus fiat cõprehensibilis, suasorio aũt cooperimẽto subdole adornatus, & in ipsa ueritate (ridiculũ est dicere) ueriorẽ semetipsam præstat, ut decipiat exteriori phãtasmate rudiores: quẽadmodũ à meliore nobis dictũ est de huiusmodi. Quomodo lapidẽ pretiosum, smaragdũ, magni pretij apud quosdã uitreum in eius cõtumeliã per artẽ assimilatum, quoadusq̃ nõ adest qui potest probare & artificiũ arguere quod subdole sit factũ. Quum enim cõmixtum fuerit ęramentũ argento, quis facile poterit, rudis cũ sit, hoc ꝓbare? Igitur ne fortè & cũ nostro delicto abripiãtur quidã quasi oues à lupis, ignorãtes eos ꝓpter exterius ouilis pellis superindumentũ, à quibus cauere denunciauit nobis dominus, similia quidem nobis loquẽtes, dissimilia uero sentientes: necessariũ duxi, cum legerim Cõmentarios ipsorum, quemadmodũ ipsi dicunt, Valẽtini discipulorũ, quibusdam autem ipsorum & congressus, & apprehendens sententiam ipsorũ, manifestare tibi dilectissime, portentuosissima & altissima mysteria eorũ, quæ non omnes capiunt, quia nõ omnes cerebrum habent, ut & tu cognoscens ea omnib. his qui sunt tecum, manifesta facias, & præcipias eis obseruare se à ꝓfundo insensationis, & eius quæ est in deũ blasphematiõis. Et quantũ nobis uirtutis adest, sententiã ipsorũ, qui nunc aliud docent, dico aũt eorũ, qui

1.Tim.1

ἔχοντες, id est, ualentes.

πιθανῶς. aliâs, mortem

Solœc.

φυλάξαι, i.cauere.

Ptolemæus hæresim à Valentino deliniatã auxit.

sunt circa Ptolemæũ, qui est uelut flosculus Valentini scholę, cõpendiose, & manifeste ostẽdimus, & alijs occasiões dabimus secũdũ nostram mediocritatẽ ad euertendũ eam, nõ constantia neq; apta ueritati, ostẽdentes ea quæ ab ijs dicũtur, neq; cõscribere cõsueti, neq; q̃ sermonũ arti studuerimus: Dilectiõe aũt nos adhortãte, & tibi & omnibus qui sunt tecũ manifestare, quæ usq; adhuc erãt abscõsa. Iam autẽ secundum gratiã dei in manifestũ uenerũt doctrinæ ipsorum. Nihil.n. est coopertũ, quod nõ manifestabitur, & nihil absconsum, q̃ nõ cognoscetur. Non aũt exquires à nobis, qui apud Celtas commoramur, & in barbarũ sermonem plerũq; auocamur, orationis artem q̃ non didicimus, neq; uim conscriptoris, quam non affectauimus, neq; ornamentũ uerborũ, neq; suadelam quam nescimus: Sed simpliciter & uere & Idiotice, ea quę tibi cũ dilectiõe scripta sunt, cũ dilectione percipies, & ipse augeas ea penes te, ut magis idoneus q̃ nos quasi semẽ & initia accipiẽs à nobis: & in latitudine sensus tui in multũ fructificabis ea, quæ in paucis à nobis dicta sunt, & potẽter asseres ijs qui tecũ sunt, ea quæ inualide à nobis relata sunt. Et quẽadmodum nos elaborauimus olim, quærenti tibi discere sententiã eorum, nõ solum facere tibi manifestam, sed & subministrationem dare, uti ostẽderemus eam falsam: Sic & tu efficaciter reliquis ministrabis secundum gratiam quæ tibi à domino data est, ut iam non abstrahantur homines ab illorum suadela, quæ est talis.

Narratio omnis Argumenti Valentini discipulorum. Cap. I.

ἀιὼν, seculũ. προαρχὴν. i. ante principiũ siue priorem principio πρὸ πάτωρ. i. patre prior. Βύθος, profunditas. ἔννοια, cogitatio proprie tacita. χάρις, gratia. σιγὴ, silentiũ.

DICVNT esse quendam in inuisibilibus & inenarrabilibus altitudinibus perfectum Æonem qui ante fuit. Hunc autem & proarchen & propatora, & Bython uocant: esse autem illum inuisibilem, & quem nulla res capere possit. Cum autem à nullo caperetur, & esset inuisibilis, sempiternus, & ingenitus, in silentio & in quiete multa fuisse in immensis Æonibus. Cum ipso autem fuisse & Ennœan, quam etiam Charin & Sigen uocant, & aliquando uoluisse à semetipso emittere hunc Bythum, initium omnium & uelut semen. Prolationẽ hanc prę̃mitti uolunt, & eam deposuisse quasi in uulua eius quæ cum eo erat Sige. Hanc autem suscepisse semen hoc, & prægnantem factam generasse Nun, similem & æqualẽ ei qui emiserat, & solũ capientẽ magnitudinẽ patris. Nun autẽ hunc unigenitũ uocãt, & patrẽ, & initiũ omniũ. Vnà aũt cũ eo emissam ueritatẽ, & hanc esse primã & primogenitã Pythagoricam quaternationẽ, quã & radicẽ omniũ dicunt. Est em̃ Bythus & Sige, deinde Nus & Alethia. Sentientẽ aũt unigenitũ hũc in quæ ꝓplatus est, emisisse & ipsum Logon & Zoen patrẽ omniũ eorũ, q̃ post se futuri essẽt, & initiũ & formationẽ uniuersi pleromatis. De logo aũt &

νοῦς mẽs. ἀλήθεια ueritas. λόγος sermo. ζωὴ uita. πλήρωμα cõsummatio.

Zoe

Zoe emissam secũdam coniugationem hominem & ecclesiam, & esse hanc primogenitam octonationem, radicem & substantiam omnium, quatuor nominib. apud eos nuncupatã, Bython & Nun, & Logon, & Anthropon. Esse enim illorũ unumquenq; masculo fœminã. Sic initio propatorem illum coisse secundũ coniugationẽ suę Ennœæ, id est cogitationi quam gratiam & silentium uocant. Vnigenitũ aũt, hoc est Nun, Alethiæ, id est, ueritati. Logon aũt Zoe, id est, uitæ, & Anthropon cum ecclesia. Hos aũt Æonas in gloriã patris emissos, uolentes & ipsos de suo clarificare patrem, emisisse emissiones in cõiugationẽ, Logon quidẽ & Zoẽ posteaq; emissus est homo, & ecclesia, alteros decẽ Æonas, quorũ nomina dicunt hæc: Bythus & †Mixis, Ageratos & Henosis, Autophye & Hedone, Agne & Homosyncrasis, Monogenes, et Macaria. Hĩ decẽ Æones, quos dicunt ex Logo & Zoe emissos. Anthropon aũt & ipsum emisisse cum ecclesia Æonas xii. quib. nomina hæc donauit, Paracletus & Pistis, Patricos & Elpis, Metricos & Agape, Ænos & Synesis, Ecclesiasticos & Macariotes, Teletos & Sophia. Hĩ sunt xxx. erroris eorum Æones, qui tacẽtur & nõ agnoscuntur. Hoc inuisibile & spiritale secũdum eos pleroma, tripartite diuisum in octonationẽ & decada & duodecada: & propter hoc saluatorẽ dicunt (Nec enim dominũ eum nominare uolunt) per xxx. annos in manifesto nihil fecisse, ostendentẽ mysteriũ horũ Æonũ: Sed & parabola eorum operariorũ, qui in uineam mittuntur, dicũt manifestissime xxx. hos Æonas declaratos, Mittuntur enim alĩ quidem circa primam horam, alĩ circa tertiam, alĩ circa sextam, alĩ circa nonã, alĩ circa undecimam. Cõpositæ igitur prædictæ horæ in semetipsas xxx. numerũ ad implent. Vna enim, & tres, & sex, & nouem, & undecim, triginta sunt. Per horas autem Æonas manifestari uolunt, & hæc esse magna & admirabilia, & abscondita mysteria, quę ipsi fructificãt, & sicubi quid eorum quæ dicũtur in scripturis poterunt adaptare & adsimilare figmẽto suo. Et propatorẽ quidem eorum cognitũ soli dicũt ei, qui ex eo natus est monogeni, hoc est Nus. Reliquis uero hominibus inuisibilẽ & incõprehensibilem esse. Solus aũt Nus, secũdum eos, delectabatur uidens patrem, & magnitudinem immensam eius cõsiderans exultabat, & excogitabat reliquos quoq; Æonas participare magnitudinem patris, quantus & quàm magnus existeret, & quemadmodũ erat sine initio & incapabilis & incõprehensibilis ad uidendum. Cõtinuit aũt eũ Sige uoluntate patris, quoniam nollet omnes hos in intellectũ & desiderium exquisitionis patris sui adducere. Et reliqui quidẽ Æonas omnes tacite quodãmodo desiderabant prolatorem seminis sui uidere, & eã quę sine initio est radicẽ contemplari. Præsilĩt aũt ualde ultimus & iunior de duodecade ea, quæ ab Anthropo & ecclesia emissa fuerat,

ὀγδοάς, octonarius numerus.

†Μίξις, mixtura. Ἀγήρατος, qui nõ senescit, nõ nulli codices agenitos. Ἀγεννητος aũt innascibilis, pro Henonis legendũ Henosis. i. unio. Αὐτοφυὴ, naturalis dexteritas. ἡδονὴ, uoluptas. ἀγνὴ pura, Quãquã ex li. 2. cap. 19. appareat pro agne legendũ, acinetos. Illic enim iũgitimmobilẽ et contẽperamentũ, Quidã codices hoc loco habebant Ose et sycrasis, quidã horo synchrasis, ex his legẽdũ arbitror ὁμοσύγκρασις. μωνογενὴς. i. unigenitus. μακαρία, beata. παράκλητος, cõsolator. πίστις fides. πατρικὸς i. paternus. ἐλπὶς, spes. μετρικὸς, moderatus. Ἀγάπη charitas. αἶνος laus. σύνεσις intelligẽtia. ἐκκλησιαστικὸς aptus ad cõcionãdum. μακαριότης, beatitudo.

σοφία sapientia. τελειὸς perfectus

rat, Aeon, hoc est, Sophia, & passa est passionē sine cōplexu coniugis Teleti, quæ exors quidē fuerat in ijs quæ sunt erga Nun & Alethian. Deriuauit autē in hunc Æonē, id est, Sophiā demutatā sub occasione quidē dilectionis, temeritatis aūt, quoniā nō cōmunicauerat patri perfecto, quemadmodū & Nus. Passionem autē esse exquisitionē patris: uoluit enim, ut dicūt, magnitudinē eius comprehendere. Dehinc cum non posset, quoniam impossibilem rem aggrederetur, in magna Agonia cōstitutum propter magnitudinē altitudinis, & propter quod inuestigabile patris est, & propter eam quæ erat erga eum dilectionem. Cū extenderetur semper in priora ad ultionē eius, nouissime forte absorptū fuisset & resolutū in uniuersam substantiā, nisi ei, quæ cōfirmat extra inenarrabilē magnitudinē & custodit omnia, occurrisset uirtuti. Hāc autē uirtutē Horon uocāt, à qua absentē & confirmatū uix reuersum in semetipsum, & credentē iam, quoniā incōprehēsibilis est, deposuisse pristinā intentionē cum ea quæ acciderat passione, ex illa stuporis admiratione. Quidā autē ipsorum huiusmodi passionē & reuersionem Sophiæ, uelut fabulam narrāt, impossibilē & incōprehensibilem rem eam aggressam, peperisse substantiā informē, qualem naturam habebat fœmina parere: in quam cum intendisset, primo quidē contristatam, propter inconsummationē generationis, post deinde timuisse ne hoc ipsum finem habeat, dehinc expauisse & aporiatā, id est, cōfusam, quærētem causam. & quemadmodū abscōderat id quod erat natum. In ijs autē passionibus factā, accepisse regressionē, & in patrem regredi conari aliquādiu ausam, tamē defecisse & supplicē patri factā. Vnà autē cum ea rogasse, & reliquos Æonas. Maxime aūt hinc dicunt primum initiū habuisse substantiā materię, de ignorātia, & tedio, & timore, & stupore. Pater autē prædictum Horon super hæc per Monogenem prę̄mittit in imagine sua, siue coniuge masculofœmina. Patrē em̄ aliquādo quidē cum cōiuge Sige, modo uero & pro fœmina esse uolunt. Horon uero hūc & Stauron, & Lytroten, & Carpisten, & Horotheten, & Metagogea uocant. Per Horon aūt hunc dicūt mandatā & confirmatā Sophiam, & restitutā cōiugi. Separata enim intentione ab ea cū appendice passione, ipsam quidē infra Pleroma perseuerasse: Cō cupiscētiam uero eius cum passione ab Horo separatā & crucifixā, & extra eū factā esse quandā spiritalem substantiā, & naturalem quēdam Æonis impetum, informē uero & sine specie, quoniā nihil apprehēdisset, & propter hoc fructū eius inualidum & fœmineum dicūt. Postea uero q̄ separata sit hæc extra Pleroma Æonum, & mater eius redintegrata suæ coniugationi, Monogenem iterū alterā emisisse coniugationem, secundū prouidentiā patris, Christum & spiritū sanctum, à quibus consummatos esse dicunt Æonas. Christū enim docuisse eos coniugationis

ὅρος finis est

σταυρὸς crux λυτρωτὴς redemptor. καρπιστὴς fructificator. ὁροθέτης finium designator. μεταγωγεὺς qui ducit in ulteriora

iugationis naturã, innati cõprehensionem, cognoscentẽ sufficienter sibi illos idoneos esse: declarasse quoq; in eis patris agnitionẽ, q̃niam incapabilis est, & incõprehensibilis, & nõ est neq; uidere neq; audire eũ nisi per solum Monogenem. Et causam quidẽ æternæ perseueratiõis, ijs omnibus incõprehensibilem, patris esse: generationis aũt & formationis cõprehensibilia eius, quod quidem filius est. & hæc quidẽ nũc emissus erat Christus in eis operatus. Spiritus uero sanctus adæquatos eos omnes gratias agere docuit, & uerã requiẽ induxit, & sic forma & sententia similes factos Æonas dicũt uniuersos, factos Noas & Logos, & omnes anthropos, & fœminas similiter omnes Alethias, & Zoas, & spiritus & ecclesias. Cõfirmata quoq; in hoc omnia, & requiescẽtia ad perfectũ cũ magno gaudio dicũt hymnizare propatorẽ magnæ exultatiõis participantẽ, & propter hoc beneficiũ una uolũtate & sententia uniuersum pleroma Æonũ consentiente Christo & spiritu unũ quemq; eo quod habebat in se optimũ florentissimũ cõferentes, collationem fecisse. Et hæc apte cõpingentes, & diligenter in unum adaptãtes emisisse pblema & honorẽ & gloriam †Hori, perfectissimũ decorẽ quendam, & sidus pleromatis perfectum fructũ lesum, quem & saluatorem uocari, & Christũ & Logon, patronymice, ac omnia, quoniã ab omnib. esset. Satellites quoq; ei & honorẽ ipsorũ eiusdem generis angelos cũ eo prolatos. Hæc igitur est, quæ intra pleroma ipsorũ dicitur negatio, & passi Æonis, & penè perditi, & quasi in multa materia propter inquisitionẽ patris calamitas & Hori & crucis ipsorũ, & redẽptoris, & Carpistę, & Horothetæ, & Metagogei & Æonũ cõpago, & primi Christi cũ spiritu sancto dependentia à patre ipsorũ. Postrema Æonum genesis & secundi Christi quem Soterẽ dicũt ex collatione cõposita fabricatio. Hæc aũt manifeste quidẽ non esse dicta, quoniã nõ omnes capiant agnitionẽ ipsorũ. Mysterialiter aũt à saluatore per parabolas ostensa ijs qui possunt intelligere: sic xxx. Æonas significari per triginta annos, sicut prædiximus, in quibus nihil in manifesto dicunt fecisse saluatorẽ, & per parabolam operariorũ uineæ. Et Paulũ manifestissime dicunt Æonas nominare sæpissime. Adhuc etiã & ordinẽ ipsorum seruare sic dicentẽ, in uniuersas generationes seculi seculorũ. Sed & nos ipsos deniq; in gratiarum actionibus dicentes Æonas Æonum illos Æonas significare, & ubicunq; Æon aut Æones nominantur, in illos id referri uolunt. Duodecadis aũt Æonum emissionẽ significatam per id quod xii. annorũ existens dominus, disputauerit cũ legis doctoribus, & per Apostolorum electionẽ. Duodecim enim Apostolos elegit. & reliquos xviii. Æonas manifestari per id quod post resurrectionẽ à mortuis xviii. mẽsibus dicant cõuersatum eum cũ discipulis. Sed & præcedentes nominis eius duas literas Iota & Eta xviii.

Alij scribũt orti, ut paradisum intelligas cuius meminit.

Æonas significanter manifestare. Et x. aũt Æonas similiter per lota literam quod præcedit, in nomine eius significari dicũt, & propter hoc dixisse Saluatorẽ, lota unũ, aut unus apex nõ præteriet quoadusq; omnia fiant. Hanc aũt passionẽ quæ circa duodecimũ Æonem facta est, significari dicũt per Apostasiam Iudæ, qui duodecimus erat Apostolorum, & quoniã XII. mense passus est. Vno enim anno uolũt eum post baptisma prædicasse. Adhuc etiã in ea quæ ꝓfluuiũ sanguinis patiebatur, manifestissime hoc significari. Duodecim em̃ annis passam eã per domini aduentum esse sanatã, cum tetigisset fimbriã uestimẽti eius, & propter hoc dixisse saluatorẽ: Quis me tetigit? docentẽ discipulos qd̃ factum est inter Æonas mysterium, & curationẽ passi Æonis. Per illã enim quæ passa est XII. annis, illa uirtus significatur, eo quod extẽdere tur, & in immensum flueret eius substantia, quẽadmodũ dicunt, & nisi tetigisset uestimentũ, hoc est illius filij, qui est ueritatis primæ tetradis, quæ per fimbriam manifestata est, aduenisse in omnẽ substantiã suam. Sed stetit & quieuit à passione per egressam uirtutẽ filij. Esse aũt hunc Horon uolunt, qui curauit eam, & passionẽ seperauit ab ea. Quod autem saluatorem ex omnibus existẽtem omnem esse per hoc respõsum, omne masculinum aperiens uuluam, manifestari dicunt. Qui cum omnia sit, aperuit uuluam excogitationis passi Æonis, & seperata ea extra Pleroma, quod etiam secundã Ogdoadã uocant, de qua paulò post dicemus. Et à Paulo autẽ manifeste propter hoc dictum dicũt, & ipse est omnia. & rursus: Omnia in ipsum, & ex ipso omnia. & iterum: In ipso habitat omnis plenitudo diuinitatis. Et illud: Recapitulata esse omnia in Christo, per deum. Sic & interpretãtur dicta, & quæcunq; alia sunt talia. Adhuc etiam de Horo suo quem etiã plurimis nominib. uocant, duas operationes habere eum ostendunt, confirmatiuã & separatiuã. & secundum id quidem, quod confirmat & constabilit, crucem esse. secundum id uero quod diuidit, Horon. Saluatorem aũt sic manifestasse operationes eius. Et primo quidem cõfirmatiuã: in eo quod dicit: Qui non tollit crucẽ suã, & sequitur me, discipulus meus esse non potest. & iterum. Tollens crucem, sequere me. Separatiuã aũt in eo quod dicit: Nõ ueni mittere pacem, sed gladium. Et Ioannem dicũt hoc ipsum manifestasse, dicentẽ, uentilabrum in manu eius emundare aream, & colligere frumentum in horreum suum, paleas autem cõburet igni inextinguibili, & per hæc operationem Hori significasse. Ventilabrum enim illud crucem interpretatur esse, quæ scilicet consumit materialia om̃ia, quemadmodum paleas ignis: emundat aũt eos qui saluantur, sicut uẽtilabrum triticum. Paulum autẽ apostolum & ipsum reminisci huius crucis dicunt sic: Verbum enim crucis ijs qui pereũt stultitia est, ijs autem qui saluantur uirtus dei. & iterum: Mihi aũt nõ eueniat in ullo gloriari

τετρὰς quaternio

riari,nisi in Christi cruce,per quem mihi mundus crucifixus est,& ego mundo. Talia igitur de pleromate ipsorum,& plasmate uniuersorũ dicunt,adaptare cupientes ea quæ bene dicta sunt,ijs que male ad inuẽta sunt ab ipsis. Non solum autẽ ex Euangelicis & Apostolicis tentãt ostensiones facere,conuertentes interpretationes,& adulterantes expositiones: sed etiã ex lege & prophetis, cũ quando multæ parabolæ & allegoriæ sint dictæ,& in multa trahi possint,ambiguũ per expositionem propensius ad figmentũ suum &dolos adaptantes,in captiuitatẽ ducunt à ueritate eos, qui non firmam fidem in unum deum patrẽ omnipotentẽ,& in unũ Iesum Christũ filiũ dei cõseruant. Ea uero quæ extra pleroma dicuntur ab ijs,sunt talia: Enthymesin illius superioris Sophię,q̃ & Achamoth uocãt, separatã à superiore pleromate cũ passione dicunt in umbratæ uanitatis locis deseruisse per necessitatẽ: extra enim lumẽ facta est extra pleroma, informis, & sine specie quasi abortus,ideo quia nihil apprehẽdit. Misertũ aũt eius superiorem Christũ, & per crucem extensum sua uirtute formasse formam quæ esset secundum substantiã tantũ,sed non secundum agnitionẽ: & hæc operatum recurrere subtrahentẽ suam uirtutẽ,& reliquisse illam,uti sentiens passionem,quæ erga illam esset per separationẽ pleromatis,cõcupiscat eorum quę meliora essent,habens aliquam adorationem immortalitatis relictã in semetipsam à Christo & spiritu sancto. Quapropter & ipsam duobus nominibus uocari. Sophiam paternaliter(Pater enim eius Sophia uocatur)& spiritum sanctũ ab eo qui est erga Christum spiritus, formatam ante eam & sensatam factam: statim aũt euacuatã ab eo qui inuisibiliter cum ea erat uerbo, hoc est,Christo,in exquisitionẽ egressam eius luminis,quod se dereliquisset, & non potuisset apprehẽdere illud,quoniam cohercebatur ab Horo. Et sic Horon cohercẽtem eam ne aduersarius irrueret dixisse Iaioth,unde & Iaioth nomen factum dicunt:& cum non posset pertransire Horon,quoniã cõplexa fuerat passionem, & sola fuisset derelicta foris,omni parte passioni succubuisse multifariæ & uarię existenti:& passam eam tristitiã quidem,quoniam non apprehendit,timorem autem super hoc. Ignorans autem omnia, non quemadmodum mater eius prima Sophia Æon, demutationẽ in passionibus habuit,sed cõtrarietatem. Super hæc autem euenisse ei & alteram adfectionẽ cõuersationis ad eum qui uiuificauit eam collectionem,& substantiam fuisse materiæ dicunt, ex qua hic mundus cõstat. De conuersione enim mundi & Demiurgi omnem animam Genesim accepisse. De timore autẽ & tristitia reliqua initium habuisse. A lachrymis enim eius factam uniuersam humidam substantiam, à risu autem lucidam,à tristitia aũt & pauore corporalia mundi elementa. Aliquãdo enim plorabat & tristis erat,quomodo dicunt,quod derelicta sola

ἐνθύμησις *inuentio,siue commentatio.*

Iaioth

δημιουργὸς *fabricator mundi.*

esset in tenebris & in uacuo. Aliquãdo aũt in cogitationẽ ueniens eius ꝙ dereliquerat eam lumen, diffundebatur & ridebat. Aliquando aũt rursus timebat. Aliquãdo cõsternabatur, & ecstasin patiebatur. Et quidem enim tragœdia multa est iam hic, & phantasia uniuscuiusꝙ illorũ aliter & aliter grauiter exponentis, ex quali passione, & ex quali elemẽto substantia generationẽ accepit. Quæ etiã conuenienter uidẽtur mihi non omnes uelle manifesto docere, sed solos illos qui etiam grãdes mercedes pro talibus mysterijs præstare possunt. Nõ enim iam dicũt similia illis, de quib. dominus dixit, Gratis accepistis, gratis date: Sed separata & portẽtuosa, & alta mysteria cũ magno labore exquisita fallacibus. Quis emꝫ nõ eroget omnia quę sunt eius, uti discat, quoniã à lachrymis Enthymeseos, quæ ex passione Æonis, maria & fontes, & flumina, & uniuersa humida materia generationẽ acceperũt? De risu aũt eius lumẽ, de pauore aũt & incõstabilitate corporalia mundi elemẽta. Volo aũt aliquid & ego cõferre fructificationi eorũ. Quoniam enim uideo dulces quidem quasdam aquas, & fontes, & flumina, & imbres, & alia, quæ aũt sunt in mari salsas, adinuenio nõ oĩa à lachrymis eius emissa, quoniã lachrymæ salsæ sunt qualitate. Manifestũ est igitur, quoniam salsæ aquæ hæ sunt à lachrymis. Opinor aũt eam in agonia & in instantia grandi constitutã & sudasse. Vnde etiã secũdum argumẽtationem ipsorũ suspicari oportet, fontes & flumina, & si quæ sunt aliæ aquæ dulces generationẽ habuisse à sudoribus eius. Nõ est emꝫ suadibile, cũ sint unius qualitatis lachrymę, alteras quidẽ salsas, alteras dulces aquas ex eis exisse. Hoc aũt magis suadibile, alteras quidẽ esse à lachrymis, alteras uero à sudoribus. Quoniã aũt & calidę & austerę quędam sunt aquæ in mundo, intelligere debemus quid faciens, & ex quo membro emisit has. Apti sunt enim huiusmodi fructus argumẽto ipsorum. Cum igitur peragrasset omnem passionẽ mater ipsorũ, & uix cũ elata esset ad obsecrationẽ conuersa est eius luminis ꝙ dereliquerat eã, hoc est, Christi dicũt: qui regressus in pleroma, ipse quidẽ ut datur intelligi pigritatus est secũdo descendere: Paracletum aũt misit ad eã, hoc est, saluatorem, præstãte ei uirtutẽ omnem patris, & omnia sub potestate tradẽte. Et æonibus aũt similiter, uti in eo oĩa cõderentur, uisibilia & inuisibilia, throni, diuinitates, dominationes. Mittitur aũt ad eam cum coætaneis suis angelis. Hanc aũt Achamoth reueritã eam dicunt, primo quidẽ cooperationẽ imposuisse ei, propter reuerentiã. Deinde autem cum uidisset eum cum uniuersa fructificatione sua accurrisse ei uirtute accepta de uisu eius, & illum formasse eam formationem, quæ est secundum agnitionem, & curationem passionum fecisse eius, separantem eas ab ea, & non eum neglexisse. Nec enim erat possibile eas exterminari quemadmodum prioris, eo quod iam habilia &

possi-

posſibilia eſſent. Sed ſegregantē ſeparauit cōmiſcuiſſe & coagulaſſe, & de incorporali paſsiōe in corporalē materiā tranſtuliſſe eas, & ſic aptabilitatē & naturā feciſſe in eis, ut in cōgregationes & corpora ueni rent, uti fierent duæ ſubſtantiæ, una quidē mala ex paſsionibus, altera aūt conuerſionis paſsibile, & propter hoc uirtutē ſaluatorē fabricaſſe dicūt. Hanc aūt Achamoth extra paſsionem factam concepiſſe de gratulatione eorū quęcunq; ſunt luminū uiſionem, id eſt, angelorum qui erant cum eo, & delectatā in conſpectu eorum peperiſſe fructus, ſecundum illius imaginem docent, partū ſpiritalem ſecundū ſimilitudinem factum ſatellitū ſaluatoris. Tria igitur hæc cum ſubſiſtāt ſecundū eos, unum quidem ex paſsione quod erat materia, alterum uero de cōuerſione, quod erat animale, alterum uero quod enixa eſt, quod eſt ſpiritale ſic cōuerſa eſt in formationem ipſorū. Sed ſpiritale quidē nō potuiſſe eam formare, quoniā eiuſdem ſubſtantię ei erat. Cōuerſa autē in formationē eius, quæ facta erat de conuerſione eius animalis ſubſtantiæ, emiſiſſe quoq; à ſaluatore doctrinas. Et primo quidē formaſſe eam de animali ſubſtantia dicunt, deū patrē & ſaluatorē & regem omniū eius ſubſtantiæ ei, id eſt, animaliū, quas dextras uocāt, & eorū quæ ex paſſione & ex materia, quas ſiniſtras dicūt. Ea enim quę poſt eum ſunt eū dicunt formaſſe latenter motū à matre ſua. Vnde metropatorē & apatorē & Demiurgum eum & fratrē uocant. Dextrorum quidē patrem dicētes eum, id eſt, Pſychicorū, Siniſtrorum uero, id eſt, Hylicorū, Demiurgum, omniū autē regem. Hanc enim Enthymeſin uolentē in æonum honorē omnia facere, imaginē dicunt feciſſe ipſorū, magis autem ſaluatorē per ipſam. Et ipſam quidem in imagine inuiſibilis patris conſeruaſſe incognitam à Demiurgo. Hanc autē unigenitum filium: Reliquorum uero æonū, eos qui ab hoc facti ſunt angeli & archāgeli. Patrē itaq; & deum dicunt factū eorum quæ ſunt extra pleromata, fabricatorē eſſe omniū pſychicorum & hylicorū: ſeparantē enim duas ſubſtantias confuſas, & de incorporalibus corporalia faciētem fabricaſſe quę ſunt cœleſtia & terrena, & factum hylicorū & pſychicorū, dextrorum & ſiniſtrorū fabricatorem, leuium & grauium, ſurſum aduolantium, & deorſum demergentiū. Septē quoq; cœlos feciſſe, ſuper quos Demiurgum eſſe dicūt, & propter hoc hebdomadam uocant eū. Matrem autem Achamoth Ogdoada, ſeruantem numerum primogenitę & primariæ pleromatis Ogdoadis, Septem autem cœlos, quos intellectuales eſſe dicunt. Angelos aūt eos tradunt & Demiurgū, & ipſum angelū: deo autē ſimilem, quemadmodū & paradiſum ſupra tertium cœlum exiſtentem uirtutem archangeli Nun dicunt eſſe, & ab hoc aliquid accepiſſe Adam conuerſatum in eo. Hæc aūt Demiurgū dicunt à ſemetipſo quidē putaſſe in totū fabricaſſe, feciſſe autē ea Achamoth.

μητροπάτωρ qui matris eſt pater, aut qui ſimul pater et mater.
ὑλικὰ, id eſt, materialia.
ψυχικὰ. i. animalia.

Cœlum

Cœlum enim feciſſe neſcientem cœlum,& hominẽ plaſmaſſe ignoran tem hominẽ,terram aũt oſtendiſſe non ſcientem terram, & in omnib. ſic dicunt ignoraſſe eum figuras eorũ quæ faciebat,& ipſam matrẽ, & ſemetipſum putaſſe omnia eſſe. Cauſam autẽ ei fuiſſe matrẽ eius talis operationis dicũt,quæ ſic uoluerit producere eum: caput quidẽ & ini tium ſuæ ſubſtantiæ,dominũ aũt uniuerſæ operationis.Hanc aũt ma trem & ogdoadem uocant,& Sophiam,& terram,& Hieruſalẽ, & ſpi ritum ſanctum & dominũ maſculiniter.Habere aũt medietatis locum eum & eſſe quidem ſuper Demiurgum, ſubtus aũt ſiue extra pleroma uſq; ad finem.Quoniã quidem materialem ſubſtantiã ex tribus paſsio nibus conſtare dicunt,timore,& triſtitia,& aporia. De timore quidẽ & de conuerſione animalia ſubſiſtẽtiã accepiſſe. De cõuerſione quidẽ Demiurgũ uolũt Geneſim habuiſſe. De timore aũt reliquam omnem animalem ſubſtãtiã,mutorum animalium & hominũ: & propter hoc ſuperiorem eum exiſtentẽ præſcire quæ ſunt ſpiritalia, & ſe putaſſe ſo lum deũ,& per prophetas ſe dixiſſe:Ego deus,& præter me nemo.De triſtitia aũt ſpiritalia malitiæ docẽt facta. Vnde & diabolum Geneſim habuiſſe,quem & Coſmocratorẽ uocant,&dæmonia,& omnẽ ſpirita lem malitię ſubſtantiã.Sed Demiurgum quidẽ pſychicum filiũ,filium matris ſuę dicunt. Coſmocratorem uero creatorem Demiurgi.& Coſ mocratorẽ quidẽ intelligere ea quæ ſunt ſupra eum,quoniã ſit ſpirita lis malitia, Demiurgũ uero ignorare cũ ſit animalis. Habitare aũt ma trem quidẽ ipſorũ in eo qui ſit cœleſtis locus,hoc eſt in medietate. De miurgũ uero in eo q ſit in cœlo locus,hoc eſt hebdomade. Coſmocra torem uero in eo qui ſit ſecundũ nos mũdo.De expaueſcentia uero & Aporia quaſi de ueſaniori corporalia,quemadmodũ prædiximus mũ di elementa facta eſſe. Terram uero ſecundum expaueſcentiæ ſtatum, aquam uero ſecundum timoris motum,aerem uero ſecũdum materiæ fixionem,Ignem uero omnib. ĳs ineſſe mortẽ & corruptelam,quẽad modum & ignorantiam omnibus tribus paſsionib. inabſconſam do cent. Cum fabricaſſet igitur mundũ,fecit & hominẽ Choicum, nõ aũt ab hac arida terra,ſed ab inuiſibili ſubſtãtia,& ab effuſibili &fluida ma teria accipientem: & in hunc inſufflaſſe pſychicum definiunt, & hunc eſſe ſecundum imaginem & ſimilitudinem factum. ſecundũ imaginẽ quidem hylicum eſſe,proximum quidem, ſed non eiuſdem ſubſtãtiæ eſſe deo.ſecundum ſimilitudinem uero pſychicum, unde & ſpiritũ uitæ ſubſtantiam eius dictam,cum ſit ex ſpiritali definitiõe. Poſt deinde circundatam dicunt ei adamantinam tunicam.Hanc autem ſenſibilem carnem eſſe uolunt.Partum uero matris ipſorum quæ eſt Achamoth, quem ſecundum inſpectationem eorum angelorũ qui ſunt erga ſalua torem generauit,exiſtentem eiuſdem ſubſtantiæ matris ſuæ ſpiritalis.

ἀπορία, deſperatio.

κοσμοκράτωρ. i. dominus mundi.Paulus eo uerbo eſt uſus.

χοϊκὸς, terrenus.

Et

Et ipsum em̄ ignorasse Demiurgum dicunt, & latēter depositū esse in eū nesciente eo, uti per eum in eam quæ ab ea esset animā seminatū, & in materiale hoc corpus, gestatū quoq; uelut in utero in ꝝs & amplificatū, paratū fiat ad susceptionē perfectę ratiōis. Latuit igitur quemadmodū dicūt Demiurgū conseminatus in subflatione eius à Sophia spiritalis homo, inenarrabili uirtute & prouidentia. Quēad modū enim matrē suā ignorauit, sic & semen eius. Quod etiā ipsum ecclesiā esse dicunt, exemplū superioris ecclesię: & hūc esse in semetipsis hominē uolūt, uti habeāt animā qdē à Demiurgo, corpus aūt à limo, & carnē à materia: Spiritalē uero hominē à matre Achamoth. Cū sunt igitur tres, Alterū materiale, q̄ etiā siniſtrū uocant, ex necessitate perire dicūt, quippe cū nullam inspirationem incorruptelæ recipere possit. Animale uero q̄ etiā dextram appellant, cū sit mediū spiritalis & materialis illuc redigi quocunq; declinauerit. In spiritalē uero emissum esse uti hic animali cōiunctū formetur coeruditū ei in cōuersatione. Et hoc esse dicunt solē & lumen mūdi. Opus erat em̄ animali sensibilib. disciplinis. Ob q̄ causam & mundū fabricatū esse dicunt, & saluatorē ad hoc uenisse animalem, quia suę potestatis est, ut id saluet. Quæ. n. saluaturus erat, eorū primitias eum suscepisse dicunt. Ab Achamoth quidē spiritale, à Demiurgo aūt indutū psychicum, id est, animalem Christū, à dispositione aūt circundatū corpus, animalem habens substantiā. Paratū uero inenarrabili arte, ut & uisibile, & palpabile, & passibile fieret. Et hylicū aūt nihil omnino suscepit. Non em̄ esse hylicon capacē salutis. Cōsummationē uero futurā, cum formatū & perfectū fuerit scientia omne spiritale, hoc est, homines qui perfectā agnitionē habēt de deo, & hi qui ab Achamoth initiati sunt mysteria: Esse aūt hos semetipsos dicunt. Erudiūtur aūt psychica, id est, animalia, psychici, id est, animales homines, qui per operationē & fidē nudā firmantur, & nō perfectā agnitionē habēt. Esse aūt hos, nos qui sumus ab ecclesia, dicunt. Quapropter & nobis quidem necessariā esse bonā conuersationē respōdent, aliter em̄ impossibile esse saluari. Semetipsos aūt non per operationē, sed eo quod sunt naturaliter spiritales omnino saluari dicūt. Quēadmodū enim choicum impossibile est salutē percipere, nō. n. esse illum capacem salutis dicunt: sic iterum quod spiritale, qđ semetipsos esse uolunt, impossibile esse corruptelā percipere, licet in quibuscunq; fuerint facti. Quemadmodū enim aurum in cœno depositū nō amittit decorem suū, sed suam naturā custodit, cum cœnum nihil nocere auro possit: sic & semetipsos dicūt, licet in quibuscunq; materialib. operibus sint, nihil semetipsos noceri, necq; amittere spiritalē substātiam. Quapropter & intimorate om̄ia quæ uetātur, hi qui sunt ipsorū perfecti

Fides & opera.

perfecti, operantur. De quib. ſcripturæ cõfirmant, quoniã qui faciũt ea, regnũ dei non hæreditabunt. Etenim idolothyta indifferẽter mã ducant, nihil inquinari ab ĩjs putantes, & in omnẽ diẽ feſtũ ethnicorũ pro uoluntate in honore eorũ factũ primi cõueniunt, ut in nihilo quidẽ abſtineant, quod eſt apud deũ & apud homines otioſum muneris homicidiale ſpectaculũ. Quidã autem & carnis uoluptatibus inſatiabiliter inſeruientes, carnalia carnalib. ſpiritalia ſpiritalib. reddi dicũt. Et quidã quidẽ ex ipſis clàm eas mulieres quæ diſcũt ab eis doctrinã hanc, corrumpunt: quẽadmodũ multæ ſæpe ab ĩjs ſuaſæ, pòſt conuerſæ mulieres ad eccleſiam dei cũ reliquo errore & hoc cõfeſſæ ſunt: Alĩj uero & manifeſte ne quidẽ erubeſcẽtes, quaſcũq; adamauerint mulieres, has à uiris ſuis abſtrahẽtes, ſuas nuptas fecerunt. Alĩj uero ualde modeſte initio, quaſi cũ ſororib. fingentes habitare, ꝓcedẽte tẽpore manifeſtati ſunt, grauida ſorore à fratre facta, & alia multa odioſa & inreligioſa faciẽtes. Nos quidẽ qui per timorẽ dei timemus etiã uſq; in mẽtib. noſtris & ſermonib. peccare, arguũt quaſi idiotas, & nihil ſciẽtes, ſemetipſos extollũt, perfectos uocãtes, & ſemina electionis. Nos em̃ in uſu gratiã accipere dicũt, quapropter & auferri à nobis: ſemetipſos aũt ꝓprie poſsidere, deſurſum ab inenarrabili & innominabili ſyzygia deſcẽdentẽ habere gratiã, & ꝓpterea adĩjci eis, quapropter ex om̃i modo oportere eos ſemp Syzygię meditari myſteriũ. Et hoc ſuadẽt inſenſibilib. ĩjs ſermonibus, dicentes ſic: Quicunq; in ſeculo eſt, & uxorẽ nõ amat, ut ei cõiungatur, nõ eſt de ueritate, & nõ trãſiet in ueritatẽ. Qui aũt de ſeculo eſt mixtus mulieri, non tranſit in ueritatẽ, quoniã in concupiſcentia mixtus eſt mulieri. Quapropter nobis quidẽ, quos pſychicos uocãt, & de ſeculo eſſe dicũt, neceſſariã cõtinentiã, & bonã operationẽ, uti per eam ueniamus in medietatis locũ. Sibi aũt ſpiritalib. & perfectis uocatis nullo modo. Non em̃ operatio in pleroma inducit, ſed ſemẽ quod eſt inde puſillum quidẽ demiſſum, hic aũt perfectum factum. Cum autẽ uniuerſum ſemẽ perfectũ fuerit, Achamoth quidẽ matrẽ ipſorũ tranſire de medietatis loco dicũt, & intra pleroma introire, & recipere ſponſum ſuũ ſaluatorẽ, q̃ eſt ex omnib. factus uti ſyzygia fiat ſaluatoriſ & Sophiæ, quæ eſt Achamoth, & hoc eſſe ſpõſum & ſpõſam: Simphonẽ uero uniuerſum pleroma. Spiritales uero expoliatos, animas & ſpiritus intellectuales factos inapprehẽſibiliter & inuiſibiliter inter pleroma ingreſſos, ſpõſas reddi, ĩjs q̃ circa ſaluatorẽ ſunt angelis. Demiurgũ uero trãſire & ipſũ in matris ſuæ Sophiæ locũ, hoc eſt, in medietatẽ. Iuſtorum q̃q; animas refrigerare & ipſas in medietatis loco. Nihil. n. pſychicũ intra pleroma trãſire. His aũt factis, ita q̃ latet in mũdo ignis exardeſcẽs, cõprehẽdẽs uniuerſam materiã cõſumit, & ipſũ ſimul

Delectus dierũ & ciborum.

Vxores communes.

Spirituales

συζυγία coniugatio.

συμφωνὴ concentus.

ſimul conſumptū, abire in id ut iam non ſit. Demiurgum autē nihil horum cognouiſſe oſtendūt ante ſaluatoris aduentū. Sunt autē qui dicunt emiſiſſe eum Chriſtum filium ſuum, ſed animalem, & de hoc per prophetas locutum eſſe. Eſſe aūt hunc qui per Mariam trāſierit, quemadmodum aqua per tubum tranſit, & in hunc in baptiſmate deſcendiſſe, illum qui eſſet de pleromate ex omnibus ſaluatorē in figura columbæ, fuiſſe aūt in eo & illud quod eſt ab Achamoth ſemē ſpiritale. Dominū igitur noſtrū ex quatuor ijs cōpoſitum fuiſſe dicunt ſeruantē typum primogenitæ & primæ quaternionis, de ſpirituali, quod erat in Achamoth, & de animali q̄d erat de Demiurgo, & de diſpoſitione, quod erat factū inenarrabili arte, & de ſaluatore, q̄d erat illa quę deſcēdit in eū colūba. Et hūc quidē impaſsibilē perſeuerasſe. Nō enim poſsibile erat pati eum, cū eſſet incōprehenſibilis & inuiſibilis, & propter hoc ablatū eſſe, cū traderetur ad Pilatū, illum qui depoſitus erat in eū ſpiritus Chriſti. Sed ne id quidē quod à matre erat ſemen, paſſum eſſe dicunt. Impaſsibile enim & illud, quippe ſpiritale & inuiſibile, etiā ipſi Demiurgo. Paſſus eſt aūt, ſecūdū hos, animalis Chriſtus, & ille qui ex diſpoſitione fabricatus in myſterio, ut oſtēdat per eū mater typū ſuperioris Chriſti, illius qui extēſus eſt cruci & formauit Achamoth formationē ſecundū ſubſtantiā. Oīa em̄ hæc exēpla illorū eſſe dicūt: eas uero quæ habuerūt ſemen id q̄d eſt ab Achamoth, animas meliores dicūt fuiſſe q̄ reliquas. Quapropter & plus eas dilectas à Demiurgo nō ſciente cauſam, ſed à ſemetipſo putante eſſe tales. Quapropter & in prophetas, aiunt, diſtribuebat eas & ſacerdotes & reges, & multa de hoc ſemine dicta per prophetas. Exponūt quippe eū altioris naturæ eſſe. Multa aūt & matrē de ſuperiorib. dixiſſe dicunt. Sed & per hunc, & per eas, quæ ab hoc factæ ſunt animæ. Ac deinceps diuidūt prophetias, aliquid quidem à matre dictū docētes, aliquid à ſemine, aliquid aūt ab ipſo Demiurgo: & Ieſum tantūdem aliquid quidē ſaluatorē dixiſſe, aliquid à matre, aliquid à Demiurgo, quemadmodū oſtendemus, procedēte nobis ſermone. Demiurgum autē, quippe ignorantē quæ eſſent ſuper eum, moueri quidē in ijs quę dicuntur: Contempſiſſe uero ea, aliam atq̄ aliam cauſam putantē, quā ſpiritus qui prophetat, habēs & ipſe ſuam aliquam motionē, ſiue hominē, ſiue perplexionem peiorū, & ſic ignorantem conſeruaſſe, uſq̄ ad aduentū ſaluatoris. Cum ueniſſet autē ſaluator didiciſſe eum ab eo omnia dicunt, & in gaudium ei ceſsiſſe cum omni uirtute ſua, & eum eſſe illum in Euangelio Centurionem dicētem ſaluatori, Et ego enim ſub poteſtate mea habeo milites & ſeruos, & quod iuſſero faciūt. Perfecturū autē eum, eam quę ſecundū ipſum eſt mundi creationē, uſq̄ ad id tempus quod opor-

tet, maxime aũt propter ecclesiæ diligẽtiã atq; curã, & propter agnitionẽ præparati præmij, quoniã in locum matris transibit. Hominũ autẽ tria genera dicũt, spiritalẽ, psychicũ, choicum, quemadmodum fuit Chain, Abel, Seth, ut ostendant & ex his tres naturas, iam nõ secundũ unũ quenq;, sed secundũ genus. Et choicũ quidẽ in corruptelã abire. Animalẽ uero si meliora elegerit in loco medietatis refrigeraturũ, si uero peiora, trãsire & ipsum ad similia. Spiritalia uero inseminat Achamoth ex illo tẽpore usq; nũc, ꝓpter quod & animæ erudientur quidẽ hic: et semina enutrita, quia pusilla emittãtur, post deinde perfectionẽ digne habita sponsas reddi saluatoris. Angelis respõdẽt animab. eorũ ex necessitate in medietate cũ Demiurgo, refrigeraturis in æternũ. Et ipsas aũt animas rursus subdiuidẽtes, dicunt quasdã quidẽ natura bonas, quasdã aũt natura malas. Et bonas quidem has esse, quæ capaces seminis fiunt. Alias uero natura nequã nũquã capere illud semẽ. Cũ sit igitur tale illorũ argumẽtũ, quod neq; prophetæ prædicauerũt, neq; dñs docuit, neq; apostoli tradiderũt, quod abũdantius gloriãtur plus q̃ cæteri cognouisse, de ijs quæ nõ sunt scripta, legẽtes, & qd' solet dici, de harena resticulas nectere adfectantes, fide digna aptare conantur ijs quæ dicta sunt, uel parabolas dñicas, uel dictiones propheticas, aut sermones apostolicos, ut figmentũ illorũ non sine teste esse uideatur. Ordinẽ quidẽ & textum scripturarũ supergradientes, & quantũ in ipsis est soluẽtes membra ueritatis. Trãsferunt aũt & trãsfingunt, & alterũ ex altero facientes, seducũt multos ex ijs quæ aptãt ex dominicis eloquijs male composito phãtasmati. Quomodo si quis regis imaginẽ bonã fabricatã diligenter ex gẽmis preciosis à sapiente artifice, soluens subiacentẽ hominis figurã, trãsferat gẽmas illas, & reformãs faciat ex ijs formã canis, uel uulpeculæ, & hanc male dispositã, dehinc cõformet & dicat, hãc esse regis illã imaginẽ bonã, quam sapiẽs artifex fabricauit, ostendens gẽmas quę bene quidẽ à primo artifice in regis imagine cõpositæ erãt, male uero à posteriore in canis figurã trãslatæ sunt, & per gemmarũ phantasiã decipiat idiotas, qui cõprehensionẽ regalis formæ non habeãt, & suadeat, quoniã hæc turpis uulpeculæ figura, illa est bona regis imago. Eodẽ modo et hi anicularũ fabulas assumẽtes, post deinde sermones & dictiones & parabolas hinc inde afferẽtes, ut aptare uolũt fabulis suis eloquia dei. Et quãta quidẽ ijs qui sũt intra pleroma aptãt, diximus. Quãta aũt de ijs q extra pleroma sunt ipsorũ, ad suos insinuare conãtur ex scripturis, sunt talia. Dñm in nouissimis mũdi tẽporibus, ꝓpter hoc uenisse ad passionẽ dicũt, ut ostendat quæ circa nouissimũ æonum facta est passionẽ, & per hunc finem manifestet finem eius quæ est circa æonas dispositiõis. Duodecim

Προιμία

Similitudo cõtra deprauate utentes scripturis sacris

decim autē annorum uirginē illam archiſynagogi filiam, quam inſiſtens dominus à mortuis liberauit, typū eſſe narrāt Achamoth, quē extenſus Chriſtus eorum figurauit, & ad ſenſibilitatē adduxit eius, quod dereliquerat eam, luminis. Quoniā aūt ei manifeſtauit ſemetipſum ſaluatorē exiſtēti extra pleroma in abortionis partu, Paulum etiam dicūt dixiſſe in prima ad Corinthios epiſt. Nouiſsimo autem tanquā abortiuo uiſus eſt & mihi. & illā quæ eſt cū coætaneis ſaluatoris aduētatio ad Achamoth, ſimiliter manifeſtaſſe eū in eadē epiſt. dicēte, Oportere mulierē uelamē habere in capite propter angelos, quoniā & aduētante ſaluatore ad eam propter uerecundiā uelamen impoſuit Achamoth in faciē ſuā. Et paſsiōes aūt quas paſſa eſt ſignificaſſe dominū dicūt: in hoc quidem, quod derelicta eſt à lumine, in eo cū dicit in cruce, Deus meus, deus meus, ut quid me dereliquiſti? manifeſtaſſe eū quoniā derelicta eſſet à lumine Sophia, & prohibita eſt ab Horo in priora impetum facere. Tediū aūt eius in eo quod dixiſſet, Quàm triſtis eſt anima mea. Timorē aūt in eo quod dixerit, Pater ſi poſsibile eſt tranſeat à me calix iſte. Et aporiam aūt, id eſt, cōſternationē ſimiliter in eo quod dixerit, Et quid dicam neſcio. Tria aūt genera hominū oſtendiſſe docēt eū, Hylicum quidē in eo, quod reſponderit dicenti, ſequar te, Nō habet filius hominis ubi caput reclinet. Animale autem in eo quod dixerit dicenti, Sequar te, permitte autē mihi ire & renūciare domeſticis. Nemo ſuper aratrū manum imponens & in poſteriora reſpiciens aptus eſt regno cœlorū. Hunc aūt dicunt de medijs eſſe: & illum aūt ſimiliter, qui multas partes iuſtitiæ confitebatur ſe feciſſe, poſt deinde noluiſſe ſequi, ſed à diuitijs uictū, ut ne fieret perfectus, & hunc de pſychico genere fuiſſe uolūt. Spiritale uero in eo quod dicit, Remitte mortuos ſepelire mortuos ſuos, tu autem uade & annuncia regnū dei. Et Zachæo publicano, dicēs, Deſcēde quoniā hodie in domo tua oportet me manere. Et in fermēti parabola quod mulier abſcondiſſe dicitur in farinę ſata tria, tria genera manifeſtare dicūt: mulierē quidē Sophiā dici docēt, farinæ uero ſata tria, tria genera hominū, ſpiritale, animale, choicum, fermentū uero ipſum ſaluatorē dictū dicūt. Et Paulū aūt manifeſte dixiſſe, choicos, animales, ſpiritales. Qualis choicus tales & choici. Alibi aūt, animalis homo nō percipit quæ ſunt ſpiritus. Alibi aūt, ſpiritalis examinat omnia, animalis autem non percipit quæ ſunt ſpiritus, de Demiurgo dictum dicūt, qui cū pſychicus ſit, nō cognouerit neq; matrē ſpiritalē exiſtētē, neq; ſemē eius, neq; eos qui ſunt in pleromate æones. Quoniā autē eorū qui ſaluaturus erat ſaluator initio accepit Paulum dixiſſe, & ſi delibatio ſancta & maſſa. Delibationē quidē quod eſt ſpiritale dictū docētes, conſperſiones aūt nos, id eſt,

psychicã ecclesiam, cuius substantiã adsumpsisse dicunt eum, & cum semetipso erexisse, quoniã erat ipse fermẽtũ. Et quoniã errauit Achamoth extra pleroma, & formata est à Christo, & quæsita est à saluatore, manifestare eũ dicunt, in eo quod dixit semetipsum uenisse ad eam quę errasset, ouẽ. Ouem enim errantẽ matrẽ suã referunt dici, ex qua eã quæ sit hic uolũt esse seminatã ecclesiã. Errorẽ autẽ, eã quę est extra pleroma in omnib. passionibus immorationẽ, ex quibus factã materiã tradunt. Mulierẽ aũt illam quæ mundat domum, & inuenit dragmã, superiorẽ Sophiã narrant dici, Quæ cũ perdidisset intẽtionem suã, post deinde mũdatis omnibus per saluatoris aduentum in eam, quoniã & hoc restituitur secũdũ eos, intra pleroma Simeon autem eum qui in manus suas accepit Christũ & gratias egit deo, & dixit, Nũc remittis seruũ tuum dñe secundũ sermonẽ tuũ in pace, typũ esse Demiurgi dicũt, qui ueniẽte saluatore didicit transpositionẽ suam, & gratias egit Bytho, Et per Annam quæ in Euãgelio dicitur septem annis cũ uiro uixisse, reliquũ autẽ omne tẽpus uidua perseuerasse, donec uidisset saluatorẽ, & agnouisset eũ, & loqueretur de eo omnibus, manifestissime Achamoth significari dicũt: quę cũ ad modicũ uidisset tunc saluatorẽ, cum coætaneis suis postero omni tẽpore perseuerans, in medietate sustinebat eum, quãdo iterum ueniat & reponat eam suæ coniugationi. Et nomen autẽ eius significatũ à saluatore, in eo quod dixerit, iustificata est sapiẽtia à filiis eius. & à Paulo aũt sic. Sapientiã aũt loquimur perfectis. Et cõiugationes aũt quę sunt intra pleroma Paulum dixisse dicunt, in uno ostendentẽ. De ea enim cõiugatione, quæ est secũdum hanc uitam scribens ait, Hoc enim mysteriũ magnũ, dico aũt in Christo & ecclesia. Adhuc autẽ Iohannem discipulũ dñi docent primã ogdoadem & omniũ generationem significasse ipsis dictionibus. Itaq; principiũ quoddã subiecit, quod primũ factum est à deo. quod etiã Nun uocat & filiũ: & unigenitum dñi uocat, in quo omnia pater dimisit seminaliter. Adhuc autem aiunt uerbũ emissum, & in eo cõmunem æonũ substantiã, quã ipsum postea formauit uerbũ. Quoniã igitur de prima Genesi dicit, bene à principio, hoc est, à filio & uerbo doctrinã facit, dicit autẽ sic. In principio erat uerbum, & uerbũ erat apud deum, & deus erat uerbũ: hoc erat in principio apud deum, Prius distinguens in tria, deũ, & principiũ, & uerbũ, iterum uniuit, uti & emissionẽ ipsorum utrorũq; ostendat, id est filij & uerbi, & eam quæ est adinuicem simul & ad patrẽ unionem: In patre enim & ex patre principiũ, in principio autẽ & ex principio uerbũ. Bene igitur dixit, In principio erat uerbum, erat enim in filio: & uerbum erat apud deum, etenim in principio: & deus erat uerbũ consequẽter, Quod enim ex deo natum est,

deus

deus est. Hic enim erat in principio apud deū, ostendit emissionis ordinem, Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factū est nihil. Omnibus em̄ ijs qui post eū sunt æonibus formationis & generationis causa uerbum factū est. Sed quod factū est in eo, inquit, uita est. Hic enim syzygias manifestauit: omnia em̄ ait per ipsum facta sunt, uita autē in ipso. Hæc ergo quæ in ea facta est proximior est q̄ ea, quæ per ipsum facta sunt: cū ipso est enim, & per ipsum fructificat, quoniam infert, & uita erat lux hominū. Homines aūt nūc & ecclesiam simili nomine significauit, ut per unum nomē manifestet syzygiæ cōmunionē. Ex Logo enim & Zoe homo generatur & ecclesia. Lumē autē dixit hominū uitā, quoniā illuminati sunt ab ea, quod est formatū & manifestatum. Hoc aūt & Paulus dicit, Omne em̄ quod manifestatur lumē est. Quoniā igitur uita manifestauit & generauit hominē & ecclesiā, lumen dicta est eorū. Aperte igitur manifestauit Ioannes per sermones hos, & alia & quaternionē secūdā Logon & Zoen, anthropon & ecclesiā, sed & primā significauit tetradā. Narrans enim de saluatore & docēs omnia quæ extra pleroma sunt, per eū formata, fructū quoq̄ eum esse dicens intra pleroma: & enim lumen dixit illum, quod in tenebris lucet & nō cōprehenditur ab eis, quoniam omnia quę facta sunt ex passione formās, ignoratus est ab eis: & filium & uerbū & uitā dicit eum, & uerbum carnem factum, cuius gloriam uidimus ait, & erat gloria eius quasi unigeniti, quę à patre data est ei, plena gratia & ueritate. Dicit autē sic, & uerbū caro factū est, et habitauit in nobis, & uidimus gloriam eius, gloriā, quasi unigeniti à patre, plena gratia & ueritate. Diligenter igitur ostendit primā quaternationē, patrē dicens & gratiā & monogenem & ueritatē. Sic Ioannes de prima & matre omniū æonum ogdoade dixit: patrē enim dixit & gratiam & monogenen & ueritatem & uerbum & uitā & hominē & ecclesiā. Et Ptolemęus quidem ita. Vides igitur dilectissime adinuentionē qua utentes seducūt semetipsos calumniantes scripturis, fictionē suam ex eis constare adnitentes. Propter hoc enim & ipsas eorū adposui astutias & dictiones, ut ex eis cōsideres malitiā inuētionis, & nequitiam erroris, Primo enim si propositum esset Ioanni illam quæ sursum est octonationē ostendere, ordinem custodisset utiq̄ emissionis, & primā quaternationem, cum sit uenerabilior, quemadmodum dicunt, in primis utiq̄ posuisset nominibus, & sic adiunxisset secundam, ut per ordinē nominū, ordo ostenderetur octonationis. Et non utiq̄ post tantum interuallū quasi oblitus de re commemoratus in nouissimo primę memoratus fuisset quaternionis, Deinde aūt & coniugationes significare uolens, & ecclesiæ nō prætermisisset nomen, sed aut & in reliquis coniugationibus contentus fuisset masculorum appellatiōe, similiter cum possent & illa simul

ſubaudiri,ut unitatem per omnia eſſet cuſtodiens. Aut ſi reliquorum coniugationes enumerabat,& anthropi, id eſt hominis utiq; manifeſtaſſet coniugē, & utiq; nō remiſiſſet de diuinatione nos accipere nomen ipſius. Manifeſta igitur expoſitionis eorū trāsfictio: Ioanne enim unum deum exponente, & unum unigenitū Chriſtum Ieſum adnunciante, per quē omnia facta eſſe dicit, hunc uerbū dei, hunc unigenitū hunc factorē omnium, hunc lumē uerū illuminās omnem hominem, hunc mundi fabricatorem, hunc in ſua ueniſſe, hunc eundem carnē factum,& habitaſſe in nobis: Hi transuertentes ſecundum ueriſimilem expoſitionē, alterū quidem Monogenen uolūt eſſe, ſecundū emiſſionem, quam ſcilicet & principiū uocant: alterum aūt ſoterem, id eſt, ſaluatorem fuiſſe uolunt, & alterū Logon, id eſt, uerbum filium monogenûs, id eſt, unigeniti, & alterum Chriſtum, id eſt, ad emēdationem pleromatis emiſſum: & unum quodq; eorū quæ dicta ſunt auferētes à ueritate, & abutētes nominibus in ſuam argumentationē tranſtulerunt, ut ſecundū eos in tātis Ioānes domini Chriſti Ieſu memoriā non fecerit. Si enim patrem dixiſſet,& Charin,& monogenen,& alethian, & Logon & Zoen,& anthropon,& eccleſiā ſecundū illorū argumentationē de prima ogdoade dixit, in qua nondū Ieſus, nondū Chriſtus Ioannes magiſter. Quia aūt nō de ſyzygijs ipſorum Apoſtolus dixit, ſed de domino noſtro Ieſu Chriſto, quem & uerbū ſcit eſſe dei, idem ipſe fecit manifeſtum. Recapitulans enim de eo uerbo quod ei in principio dictum eſt, inſuper exponit,& uerbum caro factum eſt, & habitauit in nobis. Secundum autem illorum argumentationem, non uerbum caro factum eſt, quod quidem nec uenit unq; extra pleroma, ſed qui ex omnibus factus eſt,& ſic poſterior uerbo ſaluator. Diſcite igitur inſenſati, quoniam Ieſus qui paſſus eſt pro nobis, qui inhabitauit in nobis, idē ipſe eſt uerbū dei. Si enim alius ex æonibus pro noſtra ſalute caro factus eſt, æſtimandū erat de altero dixiſſe Apoſtolū. Si aūt uerbum patris qui deſcēdit, ipſe eſt & qui aſcendit, ab uno deo unigenitus filius, ſecundum patris placitū incarnatus pro omnibus, non de alio aliquo, atq; de ogdoade Ioannes ſermonem fecit, ſed de domino Chriſto Ieſu. Neq; enim uerbū ſecundū eos principaliter caro factum eſt. Dicūt enim Sotera induiſſe corpus animale, de diſpoſitione apta tū inenarrabili prouidentia, ut uiſibile & palpabile fieret. Caro eſt aūt illa uetus, de limo ſecundum Adam facta plaſmatio à deo, quā uere factum uerbum dei manifeſtauit Ioannes,& ſoluta eſt illorum prima & primogenita octonatio. Cum enim unus & idē oſtenditur Logos & monogenes,& Zoe & phos,& Soter, & Chriſtus filius dei,& hic idē incarnatus pro nobis, ſoluta eſt octonationis illorum compago. Hac autem ſoluta, decidit illorū omnis argumentatio, quam falſo nomine ſoma-

φῶς, lumen

ſomniantes infamant ſcripturas ad propriam argumentationem conſingendam. Poſt deinde dictiones & nomina diſperſim poſita colligentes transferunt, ſicut prædiximus, ex eo quod eſt ſecundum naturam, in id quod eſt contra naturam, ſimilia facientes ijs qui controuerſias ſibimetipſis quaslibet proponunt, poſt deinde conantur & Homericis uerſibus meditari eas: ita ut idiotæ putēt ex illa temporali declamata controuerſia, Homerum uerſus feciſſe, & multi abducuntur per compoſitam conſequentiam uerſuum, ne forte hæc ſic Homerus fecerit. quemadmodū Herculem ab Euryſtheo ad eum qui apud inferos eſt canem miſſum, ex Homericis uerſibus ſcribens ita: Nihil enim prohibet exempli gratia cōmemorari, & horum cum ſit ſimilis & eadem utriſq; argumentatio.

Cento ex uerſibus Homericis contextus. Numerus ſyllabarum tantū ſeruatus eſt non quantitas.

Hæc ubi dicta dedit, emiſit limine flentem
Herculem inuictum magnarum non inſcium rerum,
Euryſtheus natus Sthenelo proſapia Perſei.
Ducturum ex Herebo canem atri Ditis ad auras.
Vadit at ille, uelut leo nutritus montibus acer,
Vrbem per mediam: noti ſimul omnes abibant,
Et ſenes & pueri, & nondum nuptæ puellæ,
Plorantes multum, ac ſi in mortem irent, at ipſe
Mercurius præmittit & cæſia Pallas euntem,
Fratrem etenim ſciebat quatenus dolor exagitaret.

Quis non ex ſimplicibus abripiatur ab huiuſmodi uerſibus, & putet ſic illos Homerum in hoc argumento feciſſe? Qui autē ſcit Homerica, cognoſcet quidem uerſus, argumentū aūt non cognoſcet, ſciens quoniam aliquid quidē eorum etiam de Vlyſſe dictum, aliud uero de Hercule, aliud uero de Priamo, aliud de Menelao & Agamemnone. Si aūt tulerit illos, & unumquēq; ſuo libro reddiderit, auferet de medio præſens argumentū. Sic aūt & qui regulam ueritatis immobilem apud ſe habet, quam per baptiſmum accepit, hæc quidem quæ ſunt ex ſcripturis nomina & dictiones et parabolas cognoſcet, blaſphemum aūt illorū argumentū non cognoſcet. Etenim ſi gemmas agnoſcet, ſed uulpem pro regali imagine non recipiet. Vnumquenq; aūt ſermonū reddens ſuo ordini et aptans ueritatis corpuſculo, denudabit et inſubſtantiuum oſtendet figmentū ipſorū. Quoniam autē ſcenæ huic deeſt redemptio, ut quis mimum ipſorum explicans deſtructorem ſermonem inferat, bene habere putauimus, oſtendere primo in quibus ipſi partes huius fabulæ diſcrepant aduerſus ſe inuicem, quaſi qui ſint ex uarijs ſpiritalibus erroris. Et ex hoc enim diligenter cognoſcere eſt, et ex oſtenſione, eam firmam, quæ ab eccleſia prędicatur ueritatem, et ab ijs id quod fingitur falſiloquium.

Expositio prædicationis ueritatis, quam ab Apostolis Ecclesia percipiens custodit. Cap. II.

ECclesia enim per uniuersum orbē usq; ad fines terræ seminata, & ab Apostolis, & à discipulis eorū accepit eam fidem, quæ est in unum deum patrē omnipotentē, qui fecit cœlum & terrā, mare & omnia quę in eis sunt, & in unum Iesum Christū filium dei, incarnatū pro nostra salute, & in spiritum sanctum, qui per prophetas prædicauit dispositiones dei & aduentū, & eam quæ est ex uirgine generationē, & passionem, & resurrectionē à mortuis, & in carne in cœlos ascensionem dilecti Iesu Christi domini nostri, & de cœlis in gloria patris aduentum eius, ad recapitulanda uniuersa, & resuscitādam omnem carnem humani generis: Vt Christo Iesu domino nostro, & deo, & saluatori, & regi, secūdum placitum patris inuisibilis omne genu curuetur, cœlestium, terrestrium & infernorū, & omnis lingua confiteatur ei, & iudicium iustum in omnibus faciat. Spiritalia quidem nequitiæ, & angelos transgressos, atq; apostatas factos, & impios, & iniustos, & iniquos, & blasphemos homines in æternum ignem mittat. Iustis autem & æquis, & præcepta eius seruantibus, & in dilectione eius perseuerantibus, quibusdam quidem ab initio, quibusdam autem ex pœnitentia, uitam donans, incorruptelam loco muneris conferat, & claritatem æternam circundet.

Ostensio neq; plus, neq; minus de ea quæ est fide posse quosdam dicere. Cap. III.

HAnc prædicationem cum acceperit, & hanc fidem, quemadmodum prædiximus, ecclesia, & quidem in uniuersum mundū disseminata, diligenter custodit, quasi unam domū inhabitans, & similiter credit ijs, uidelicet quasi unam animā habens & unum cor, & consonanter hæc prædicat & docet & tradit quasi unū posidens os. Nam & si in mundo loquelæ dissimiles sunt, sed tamen uirtus traditionis una & eadem est. Et neq; hæ quæ in Germania sunt fundatæ ecclesię aliter credunt, aut aliter tradunt, neq; hæ quæ in Hiberis sunt, neq; hæ quæ in Celtis, neq; hæ quæ in Oriente, neq; hę quæ in Ægypto, neq; hæ quæ in Libya, neq; hæ quæ in medio mundi sunt constitutæ: sed sicut sol creaturæ dei in uniuerso mundo unus & idem est, sic & lumen, prædicatio ueritatis, ubique lucet, & illuminat omnes homines, qui uolunt ad cognitionem ueritatis uenire. Et neque qui ualde præualet in sermone, ex ijs qui præsunt ecclesiis, alia quàm hæc sunt dicet, Nemo enim super magistrum est: neq; infirmus in dicendo deminorabit traditionem. Cum enim una & eadem fides sit, neq; is qui multum de ea potest dicere amplius, neq; is qui minus, deminorat.

Secundum quid fiat putare alios quidem plus, alios uero minus habere agnitionis. Cap. IIII.

PLus aūt aut minus secundū prudentiā nosse quosdam intelligentiam, non in eo quod argumentum mutetur efficitur, & alius deus

excogitetur

excogitetur prꝛeter fabricatorẽ & factorẽ et nutritorẽ huius uniuerſi tatis, quaſi nõ ipſe ſufficiat nobis, aut alius Chriſtus, aut alius mono genes: ſed in eo quod omnia quæ in parabolis dicta ſunt exquirere, & adiungere ueritatis argumẽto, & in eo ut inſtrumentũ & diſpoſitionẽ dei in genere humano factã enarret. Et quoniã magnanimus extitit deus, & in tranſgreſſorũ angelorũ apoſtaſia, & in inobaudiẽtia hominũ, ediſſererẽ: & quare alia quidẽ temporalia, alia uero æterna, & quædã cœleſtia, quædã terrena unus & idem fecit annũciare. Et quare cũ inuiſibilis adparuit prophetis dei, non in una forma, ſed alĩs aliter adeſſe, & quare teſtamẽta multa tradita humano generi, annũciare, & quis ſit uniuſcuiuſqꝫ teſtamẽtorũ character, docere, & quare cõcluſit omnia in incredulitatẽ deus, ut uniuerſis miſereatur, exquirere, & quare uerbũ dei caro factũ eſt, & paſſus eſt, gratias agere, & quare in nouiſsimis tẽporibus aduẽtus filĩ dei, hoc eſt, in fine adparuerit, & nõ in initio, annũciare, & de fine, & de futuris quꝛcũqꝫ poſita ſunt in ſcripturis reuoluere, & quare deſperatas gẽtes cohꝛere des & corporatas & participes ſanctorũ fecit deus, nõ tacere, quẽad modum mortalis hꝛc caro induet immortalitatẽ, & corruptibile incorruptelam, annũciare, & quemadmodũ factus eſt, qui nõ erat populus, populus, & nõ dilecta, dilecta, & quemadmodũ plures filĩ eius quæ deſerta eſt, magis cꝫ eius quæ habet uirũ præconiare. In talibus enim & in finibus exclamauit Apoſt. O altitudo diuitiarum ſapiẽtiæ & agnitionis dei, cꝫ inſcrutabilia iudicia eius & inueſtigabiles uiæ eius. Sed nõ in eo, ut ſupra creatorẽ & fabricatorẽ & illorum Enthymeſin æonis errãtis adinuenires, & ad tãtã peruenire blaſphemiã, neqꝫ in eo quod eſt ſuper hanc rurſus pleroma, aliquãdo quidẽ xxx. aliquãdo uero innumerabiles multitudines æonum mentiri. Quemadmodũ dicunt hi qui uere ſunt deſerti à diuina ſententia magiſtri, cum ea quæ eſt eccleſia uniuerſa unam & eandem fidem habeant in uniuerſo mundo quemadmodum prædiximus.

Quæ eſt Valentini ſententia, in quibus diſcrepant aduerſus eum diſcipuli eius. Cap. V.

VIdeamus nunc & eorũ incõſtantẽ ſententiã, cũ ſint duo uel tres quẽadmodũ de eiſdẽ nõ eadẽ dicunt, ſed & nominib. & rebus cõtraria reſpondent. Qui emm eſt primus ab ea quæ dicitur gnoſtica hereſis, antiquas in ſuũ characterẽ doctrinas trãsferens Valentinus ſic diffinit, Dualitatẽ ſecundã quandã innominabilẽ, cuius quidẽ aliquid uocari inenarrabile, aliud aũt ſigen, Poſt deinde ex hac dualitate ſecundã dualitatẽ emiſſam, cuius aliud quidẽ patrẽ uocãt, aliquid aũt Alethian. Ex hac aũt quaterniõe fructificari Logon & Zoen anthropon & eccleſiã. Eſſe autem hanc octonationẽ primam. & à Logo quidem & Zoe decẽ uirtutes dicit demiſſas, ſicut prædiximus.

Ab

Ab anthropo aūt & ecclesia XII. ex quib. unā discedētē & destitutā, reliquā dispositionē fecisse. Terminos aūt duos adhibet. Vnū quidē inter bythū & pleroma, de termino autē natos æones & infecto patre. Alterū uero separantē illū Nus matre à pleromate. Et Christum aūt nō ab his qui sunt in pleromate ęonibus emissum, sed à matre: foris aūt facta secundū memoriā meliorū enixā esse cū quadā umbra. Et hūc quidē quippe cū esset masculus abscidisse à semetipso umbrā & regressum ad pleroma: Matrē aūt subrelictā sub umbra, uacuatā aūt spiritali substantia, alterū filium emisisse. Et hūc esse Demiurgū, quem & omnipotentē dicit eorum quæ ei subiacēt. Coemissum aūt ei & sinistrū principē similem ijs qui dicentur à nobis falsi nominis gnostici. Et Iesum aūt aliquando quidē ab eo qui separatus à matre eorū, & coadunatus est cum reliquis emissum dicit, id est, † à teleto: aliquando aūt ab eo qui recurrit sursum in pleroma, hoc est à Christo: aliquādo aūt ab anthropo & ecclesia. Et spiritū autē sanctū à ueritate dicit emissum, in examinationē & fructificationē æonū, inuisibiliter in eos introeuntē, per quē æones fructificarēt folia ueritatis. Hęc quidē ille. Secūdus aūt primā ogdoadem sic tradit, dicēs, Quaternionē esse dextrā, & quaternionē sinistrā, & lumē & tenebras, & descēdentē aūt destitutā uirtutem nō à triginta ęonibus dicit fuisse, sed à fructib. eorū. Alius uero quidā, qui & clarus est magister ipsorum, in maius sublime, & quasi in maiorē agnitionē extensus, primā quaternionem, dixit sic, Est quidem ante omnes proarche proanennoetos & inenarrabilis, & innominabilis, quam ego Monotetē uoco. Cū hac monotete est uirtus, quā & ipsam uoco henotetē: henotes & monotes cum sint unum, emiserunt, cū nihil emiserint, principium omniū noeton & ageneton aoraton, quam archen sermo monada uocat. Cū hac monade est uirtus eiusdem substantiæ ei, quā & eam uoco hen. Hæ autē uirtutes, id est, monotes & henotes & monas & hen emiserūt reliquas emissiones æonū, iu, iu, & pheu, pheu. Tragicū uero dicere oportet, super hanc nominū fictionem ei tantā audaciam, quemadmodū sine rubore mēdacio suo nomina posuit. Nemo em̄ quod dicit est ante omnia proarche proanennoetos, quā ego monoteta uoco. Et iterum, cū hac monotete est uirtus, quam & ipsam uoco henotetem. Manifestum quoniam figmenta sunt quæcunq; ab eo dicta sunt: confessus est, quoniam ipse nomina posuit figmēto, quæ à nemine altero posita sunt: qui nisi hæc auderet, hodie ueritas secūdum eum non habuisset nomina. Nihil igitur prohibet & alterum quendam in tali argumēto sic præfinire nomina. Est quędam proarche regalis proanennoetos proanypostatos uirtus ꝓprocylindomene: cum illa autē est uirtus, quā & ipsam uoco perinane,

Apud Tertulianum legitur, τέλειος

Secundus unus sectatorum Valentini

προανεννόητος præincogitabilis μονότης singularitas. ἑνότης unitas νοητὸς intelligibilis. ἀγένητος, innascibilis. ἀόρατος, inuisibilis. πρόαρχη, id est, principium ante principium. προανεννόητος præincogitabilis. προανυπόστατος. i. qui ante non substiterit προπροκυλινδομένη, id est, quæ prius adoratur.

hæc

hæc cucurbita,& perinane cũ sint unum,emiserũt, cum non emisis-
sent fructũ,sermo cucumerẽ uocat.Cũ hoc cucumere est uirtus eius-
dẽ potestatis ei,quã & ipsam peponẽ uoco.Hę uirtutes cucurbita et
perinane & cucumis & pepo emiserũt reliquã multitudinẽ Valen-
tini delirioſorũ peponũ.Si em̃ eũ sermonẽ qui de uniuersis fit trãsfi
gurari in primã quaternionẽ oportet,& quemadmodũ uult aliquis
ipse ponere nomina,quis prohibet his nominibus & multo credibi
lioribus & in usu positis & ab oĩbus cognitis.Alĩ aũt rursus ipsorũ
primã & archegonon octonationẽ his nominib.nominauerũt.Pri-
mũ proarchen,deinde anennoeton,tertiã autẽ arreton, & quartã ao
raton.Et de prima quidẽ proarche emissum esse primo & quinto lo
co archẽ,ex anennoeto secũdo & sexto loco acataleptõ, & de arreto
aũt tertio & septimo loco anonomaston,de aorato aũt quarto & o-
ctauo loco agenetõ.Pleroma hoc primę ogdoadis,has uolũt uirtu-
tes fuisse ante Bythũ & Sigen, ut perfectorũ perfectiores appareãt,
& gnosticorum magis gnostici uiri,ad quos iuste quis hoc dicat.
Opepones Sophistæ uituperabiles & non uiri.

ἀνεννόητος incogitabilis
ἀκατάλη-
πτος, incom
prehensibilis
ἀνώνομαστος
id est, innomi-
nabilis

Etenim de ipso Bytho uariæ sunt sententiæ apud eos. Quidã enim
sine coniugatione dicunt eum neq; masculum,neq; fœminam, neq;
omnino aliquid esse.Alĩ autem & masculum & fœminam dicentes
esse,hermaphroditi genesim ei donant. Sigen autem alĩ coniugem
ei addunt,ut fiat prima coniugatio.

Carmen Hom.
ὤεπωψ apud
Græcos non-
nunquã sonat
stupidum

Quæ sunt in quibus non consonant aduersus inuicem hi qui sunt à Valentino omnes. Cap. VI.

Hi uero qui sunt circa Ptolemæum scientiores,duas cõiuges ha-
bere Bython dicunt, quas & dispositiones uocant, Ennoeam
& Thelesim.Primo em̃ mente cõcepit quid emittere (sicut dicunt)
post deinde uoluit. Quapropter duobus his affectibus & uirtuti-
bus,id est,ennoeas theleseos,uelut cõmixtis inuicem,emissio mono
genis & Alethiæ secundum cõiugationem facta est. Quos typos &
imagines duorum affectuum patris adgressas esse inuisibiliũ uisibi-
les,thelematis quidem Nun,ennoias autẽ Alethian:& propter hoc
aduentitiæ uoluntatis masculus est imago,Innatæ uero ennoeæ fœ-
mininus,quoniã uoluntas uelut uirtus facta est ennoeæ. Cogitabat
enim ennoea semper emissionẽ,nõ tamen et emittere ipsa per semet-
ipsam poterat quæ cogitabat. Cum autẽ uoluntatis uirtus aduenit,
tunc quod cogitabat emisit.Nõ uidentur tibi hi,ô dilectissime. Ho
merici Iouis,propter solicitudinem nõ dormientis, sed curæ haben
tis,quãdo poterit honorare Achillem,& multos perdere Græcorũ,
apprehensione mhabuisse,magis q̃ eius qui est uniuersorum deus?
qui simul ut cogitauit, perficit id quod cogitauit, & simul ac uoluit
& cogitat hoc quod uoluit, & tunc uolens cum cogitat,cum sit to-
tus cogi-

θελησις
uoluntas

tus cogitatus,& totus sensus,& totus oculus,& totus auditus, & totus fons omniũ bonorũ. Qui aũt prudentiores putantur illorũ esse primã octonationẽ nõ gradatim,alterũ ab altero æonẽ emissum dicunt, sed simul & in unũ æonũ emissionẽ à propatore, & ennœam eius cũ crearẽtur ipsi obstetricasse affirmãt. Et iã nõ ex Logo et Zoe anthropon & ecclesiã,sed ex anthropo & ecclesia Logõ & Zoen dicũt generatos in hunc mundũ, dicẽtes. Quãdo aliquid †emittere ,p- *Forte,uoluit*
pator,hoc pater uocatus est,at ubi quæ emisit uera fuerunt, hoc Alethia uocatũ est. Cũ autẽ uoluit semetipsum ostẽdere,hoc anthropos dictus est. Quos aũt prẽcogitauerat posteaq̃ emisit, hoc ecclesia uocata est. Locutus est anthropos Logon, hic est primogenitus filius, subsequitur autẽ Logon Zoe,& sic prima octonatio completa est.

Qualis conuersatio ipsorum,& quæ est figuratio uitæ. Cap. VII

MVlta aũt pugna apud eos,etiã de saluatore. Quidã enim eũ ex omnibus generatũ dicũt, quapropter beneplacitũ uocari,quoniã uniuersum pleroma bene sensit per eũ glorificare patrẽ. Alij aũt ex solis æonibus,qui sunt à Logo & Zoe emissi,& propter hoc Logon,& Zoen dici eũ,parentũ nomina custodientẽ. Alij aũt ex duodecim æonibus ij qui sunt ab anthropo & ecclesia facti, & propter hoc filiũ hominis se cõfiteri,uelut postgenitũ anthropi. Alij à Christo & spũ sancto eorũ qui ad firmamentũ pleromatis emissi sunt,factum eũ dicunt,patris sui à quo emissus est custodientẽ appellationẽ. Alij aũt sunt qui ipsum propatorẽ omniũ & proarchen & proennoeton anthropon dicũt uocari, & hoc esse magnũ & absconditum mysteriũ,quoniã quæ est super omnia uirtus & cõtinet omnia, anthropos uocatur,& ideo hoc filiũ hominis dicere saluatorem. *εὐδοκία*

Quæ est Colarbaseorum & Marci doctrina. Cap. VIII.

ALius uero quidã ex ijs qui sunt apud eos magistri emendatorem se esse glorians, Marcus est aũt illi nomẽ, magicę impostu ræ peritissimus,per quã & uiros multos,& nõ paucas fœminas seducens,ad se cõuertit,uelut ad scientissimũ & perfectissimũ, & uirtutẽ maximam ab inuisibilibus Logis habentẽ fecit,præcursor quasi uere existens Antichristi. Anaxilai enim ludicra cum nequitia eorum qui dicuntur magi commiscens,per hæc uirtutes perficere putatur apud eos qui sensum non habent & à mente sua excesserunt.

Quæ est industria Marci,& quæ sunt,quæ ab eo fiunt. Cap. IX.

PRo calice eṁ uino mixto fingens se gratias agere & in multum extendens sermonẽ inuocationis, purpureũ & rubicundũ apparere facit,ut putetur ea gratia ab ijs quę sunt super omnia suũ sanguinem stillare in illius calicẽ per inuocationẽ eius, & ualde cõcupiscere præsentes ex illo gustare poculo,ut & in eos stillet quę per magũ

hunc

hunc uocatur gratia. Rursus mulieribus dans calices mixtos, ipsas gratias agere iubet, prę sente se: & ubi hoc factū est, ipse alium calicē multo maiorē, q̄ est ille in quo illa seducta eucharistiā facit proferens, & trāsfundēs à minori qui est à muliere eucharistia factus in illum qui est ab eo allatus multo maiorē, statim dicens ita, Illa quæ est ante omnia inexcogitabilis & inenarrabilis gratia, adimpleat tuū intus hominē, multiplicet in te agnitionē suam, inseminās granum sinapis in bonā terram. Et alia quædam dicens, & in insaniā mittens illam infelicē admirabilia faciēs apparuit, quādo maior calix adimpletus est de minori calice, ut & supereffunderet ex eo. Et alia quædā dissimilia faciēs, exterminauit multos & abstraxit post se. Datur aūt intelligi eum & dæmonē quendam paredrum habere, per quē ipse quoq̄ ꝓphetare uidetur. Et quot quot dignas putat fieri participes suæ gratiæ, ꝓphetare facit. Maxime enim circa mulieres uacat, & hoc circa eas quæ sunt honestę & circumpuratæ & ditissimæ, quas sæpe adducere tētans, dicit blandiēs eis, Participare te uolo ex mea gratia, quoniā pater omnē angelū tuū semper uidet ante faciē suā: locus aūt tuæ magnitudinis in nobis est, oportet nos in unum cōuenire, sume primū à me & per me gratiā, adaptare ut sponsa sustinens sponsum suum, ut sis quod ego, & ego quod tu. Constitue in thalamo tuo semen luminis, Sume à me sponsum, & cape eum, & capere in eo. Ecce gratia descendit in te, aperi os tuū, & prophetа. Cum aūt mulier responderit, nunq̄ prophetaui & nescio prophetare, inuocationes quasdā faciens denuo ad stuporē eius quæ seducitur, dicit ei, Aperi os tuū, & loquere quæcunq̄, & ꝓphetabis. Illa aūt seducta & elata ab ijs quæ prædicta sunt, concalefaciens animā à suspiciōe quod incipiat prophetare, cum cor eius multo plus q̄ oporteat palpitet, audet, & loquitur delirioſa, & quæcūq̄ euenerint, omnia uacue & audaciter, quippe calefacta spiritu, sicut meliora nobis de talib. ꝓphetis exequitur, eo quod audax & uerecūda anima, quasi uacuo aere exalefacta est, & exinde prophetidē semetipsam putat, & gratias agit Marco, ei qui participauit ei suam gratiā: & remunerare eum gestit, non solum secundū substantiæ suæ dationē, unde diuitiarum copiam magnā collegit, sed & secūdum corporis copulationē, & secūdū omnia unire ei cupit, ut cum eo descendat in unū. Iam uero quædam ex fideliſsimis mulieribus, quæ habēt timorē dei, & non sunt seducibiles, quas similiter ut reliquas affectauit seducere, iubēs eas prophetare, exufflātes & anathematizantes eum separauerunt se ab huiusmodi insano, qui se diuinum spirare simulabat, pro certo scientes, quoniam prophetare non à Marco mago inditur hominibus, sed quibuscunq̄ deus desuper immiserit gratiā suam, hi ab eo traditā habēt prophetiam, & tunc loquuntur, quādo deus uult, sed nō quādo Marcus iubet. Quod enim iubet,

Paredros assessor.

eo qđ iubetur maius est & dominātius, quoniā illud quidē principatur, illud aūt subiectū est. Si ergo Marcus quidem iubet, uel alius quis sicut solent in cœnis sortibus hi omnes ludere & sibimetipsis inuicem imperare ut prophetent, & secundum suas cōcupiscentias eos sibi prophetare, erit ille qui iubet & maior & dominātior prophetico spiritu, cum sit homo, qđ est impossibile. Sed tales quidē qui iubētur ab ipsis spiritus & loquuntur quādo uolunt ipsi, terreni & †infirmi sunt: audaces aūt & impudentes à satana immissi ad seductionē & perditionē eorum, qui nō firmam fidem, quam ab initio per ecclesiā acceperunt, custodiunt. Adhuc etiam ut amatoria & adlectantia efficit, ut & corporibus ipsarum cōtumeliam inroget, hic idem Marcus quibusdā mulieribus, etsi nō uniuersis. Hæ sæpissime cōuersæ ad ecclesiā dei, confessæ sunt, & secundū corpus exterminatas se ab eo uelut cupidine, & inflāmatas ualde illum se dilexisse, ut & diaconus quidā eorum qui sunt in Asia, suscipiens eum in domū suā inciderit in huiusmodi calamitatem. Nam cū esset uxor eius speciosa, & sententia & corpore corrupta esset à mago isto, & secuta eū esset multo tēpore, post deinde cum magno labore fratres eā cōuertissent, omne tēpus in exomologesi cōsummauit, plangens & lamētans ob hanc quā passa est ab hoc mago corruptelā. Et discipuli aūt eius quidē circum obuersati in ijsdem, seducentes mulierculas multas corruperunt, perfectos semetipsos uocātes quasi nemo possit exæquari magnitudini agnitiōis ipsorū, nec si Paulū aut Petrū dicas, uel alterū quendā Apostolorum, sed plus omnib. se cognouisse, & magnitudinem agnitionis illius, quæ est inenarrabilis uirtutis solos ebibisse. Esse aūt se in altitudine super omnē uirtutē. Quapropter & libere omnia agere, nullū in nullo timorē habētes: propter eā redēptionem & incōprehensibiles & inuisibiles fieri iudici. Si aūt & apprehenderit eos, assistētes ei cum redēptione hæc dicēt. O assessor dei mystice illius pro Æonon Siges quam magnitudines, semper uidentes faciem patris sui à te & adductore utētes abstrahūt sursum suas formas, quas ualde audax illa ducta phantasmate ꝓpter bonū propatoris emisit nos imagines illorum, tunc intentionem illorum quæ sunt sursum, quasi somnium habens. Ecce iudex in ꝓximo & præco me iubet meæ defensioni adesse, tu aūt quasi quæ scias utrorumq; nostrorū rationē tanquam unum te ex te existētem iudici assiste. Mater aūt cito audiēs hæc, Homericam inferorum galeam eis superimposuit, ut inuisibiliter effugerent iudicem, & statim eripiens eos in thalamum duxit, & reddidit suis sponsis. Talia autē dicentes, & operantes, & in ijs quoq; quę sunt secundū nos regiones, Rodanenses multas seduxerunt mulieres, quæ cauteriatas conscientias habentes quædam quidem & iam in manifesto exomologesin faciunt, quædam aūt reuertentes, hoc ipsum in

silen-

alias, inferni

ἀϊδος κυνῆ. uide prouerbium orci galea.

silentio sensim semetipsas retrahunt, desperantes à uita dei. Quædam quidem in totum abscesserunt: Quædam autem intra utrunq; dubitãtes, quod est prouerbij, passæ sunt, neq; intus neq; foris existẽtes; hũc ἔκτρωμα fructum habentes seminis filiorum agnitionis.

Quemadmodam quidam ex eis per numeros & syllabas & per literas conantur constituere eam quæ est secundum eos argumentationem. Cap. X.

HIc igitur Marcus uuluam & susceptoriũ Colarbasi silentij semet Colarbas solũ lumen fuisse dicens, quippe unigenitus existẽs semen quod depositum est in eum, hic enixus est illam quæ est à summis & ab inuisibilib. locis quaternationẽ descẽdisse figura muliebri ad eũ. Quoniã, inquit, eius masculinũ mundus ferre nõ poterat, & ostendisse quoq; se metipsam quæ esset, & uniuersorũ genesim quam nemini unquã neq; deorum neq; hominũ reuelauit, huic solo enarrasse, ita dicentẽ, Quando primũ pater, cuius pater nemo est, qui est incogitabilis & insubstãtiuus, qui neq; masculus neq; fœmina est, uoluit suũ inenarrabilẽ, narrabilẽ fieri, & qđ inuisibile sibi est, formari, aperuit os, & protulit uerbum simile sibi, quod adsistẽs ostẽdit ei quod erat ipse cum inuisibilis forma apparuisset. Enũciatio aũt nominis facta est talis: locutus est uerbum, uerbum primum nominis eius fuit ἀρχὴ & syllabæ eius literarũ quatuor. Cõiunxit & secũdam, & fuit hæc literarum quatuor. Pòst locutus est & tertiam, & fuit hæc literarũ x. Et eã quæ est post hæc locutus est, & fuit ipsa literarũ xii. facta est ergo enũciatio uniuersi nominis, literarũ xxx. syllabarũ aũt quatuor, unumquodq; aũt elemẽtorũ suas literas & suum characterẽ, & suam enunciationem & figuratiões & imagines habere: & nihil eorũ esse, quod illius uideat formam, neq; ipsum super elementũ est. Sed nec cognoscere eum, sed ne quidem proximi eius unumquodq; enunciationem scire, sed quod ipse enunciat, ita omne quod enũciat, illud quod est totum nominet. Vnumquenq; enim ipsorum, pars existens totius, suum sonum quasi omne nomen, & non cessare sonantia, quoaduscq; extra nouissimam literam nouissimi elementi singulariter enunciata deueniant. Tunc aũt redintegrationem uniuersorum dicit futurã, cum unam & eandem consonationẽ sonent, cuius exclamationis imaginem esse, Amen, simul dicentibus nobis tradidit. sonos aũt eos esse, qui formant insubstantiuum & ingenitum Æona, & esse hos formas, quas dominus angelos dixit, quæ sine intermissione uident faciem patris. Nomina aũt elementorũ cõmunia & enarrabilia æonas & uerba & radices & semina & plenitudines & fructus uocauit, singula aũt ipsorũ & uniuscuiusq; propria in nomine ecclesiæ contineri, & intelligi ait. Quorũ elementorũ nouissimi elemẽti ultima litera uocem emisit suam, cuius sonus exiens secũdum imaginem elemẽtorum elementa progenia generauit, ex quib. & quæ sunt

hic, dispósita dicit, & ea quæ sunt ante hęc generata: ipsam quidem literam cuius sonus erat cõsequens sonũ deorsum à syllaba sua sursum receptam dicit, ad impletionẽ uniuersi. Remansisse aũt deorsum sonum, quasi foras proiectũ, elementũ aũt ipsum ex quo litera cum enunciatione sua descẽdit deorsum, literarũ ait esse xxx. & una quæq; ex his xxx literis in semetipso habere alias literas, per quas nomen literæ nominatur. Et rursus alias per alias nominari literas, & alias per alias, ita ut in immensum decidat multitudo literarũ. Sic aũt planius discès qđ dicitur. Delta elementũ literas habet in se quinq;, ipsum Δ, & E, Λ & T, & A, & hæ rursus literæ per alias scribuntur literas, & aliæ per alias. Si ergo uniuersa substantia deltę in immẽsum decidit, alĩs alias literas generantibus & succedentibus alterutrũ, quanto magis illius elementi maius esse pelagus literarũ. Et si una litera sic immẽsa est, uide totius nominis profundum literarũ, ex quibus propatora Marci silentiũ cõstare docuit. Quapropter & patrem scientẽ incapabile suũ dedisse elemẽti s, quæ & æonas uocat, unicuiq; eorũ suam enunciationẽ exclamare, eo quod nõ possit, unum illum quod est totum enũciare. Hęc itaq; exponente ei quaternationẽ dedisse. Volo aũt tibi & ipsam ostendere ueritatem. Deposui enim illam de superiorib. ædificĩs ut circũspicias eam nudam, & intuearis formositatẽ eius. Sed & audias eam loquentẽ & admireris sapientiã eius. Vide quid igitur in caput eius sursum primũ α & ω. Collũ aũt β & ϟ. Humeros cũ manib. γ & χ. Pectus δ & φ. Cinctũ ε & υ. Ventrẽ ϛ & τ. Verẽda ϰ & σ. Femora θ & ρ. Genua ι & π. Tibias ϰ & ο. Crura λ & ξ. Pedes μ & ν. Hoc est corpus eius quæ est secundum magnum ueritatis, hæc factura elementi, hic character literæ, uocat elementũ hoc, hominẽ, esse aũt fontẽ ait eum omnis uerbi, & initium uniuersæ uocis, & omnis inenarrabilis enarrationẽ, & taciti silentĩ os, & hoc quidem corpus eius. Tu aũt sublimius alleuans sensus intelligentiam, autogenitora & patrodotora, uerbum ab ore ueritatis audi. Hæc aũt cum dixisset illa attendentem ad eum ueritatẽ & aperientẽ os, locuta est uerbum: uerbum autem nomẽ factum, & nomẽ esse hoc quod scimus & loquimur Christum Iesum, quod cum nominasset, statim tacuit. Cum autẽ putaret Marcus, plus aliquid eam dicturam, rursus quaternatio ueniens in medium ait, Tanquam contemptibile putasti esse uerbum, quod ab ore ueritatis audisti, non hoc quod scis & putas habere, olim est nomen. Vocem enim tantum habes eius, uirtutem autem ignoras. Iesus autem est insigne nomẽ sex habens literas, ab omnibus qui sunt uocationis cognitũ. Illud aũt quod est apud æonas plęromatis, cum sit multifariũ exístens, alterius est formę, & alterius typi. Quod intelligitur ab ipsis, qui sunt cognati eius, quorum magnitudines apnd eum sunt semper. Hæc igitur quæ apud nos sunt uigintiqua

ιησοῦς

tuor

tuor literæ, emanationes esse intellige trium uirtutū, imaginales eorū quę continēt uniuersum, quæ sunt sursum, elemētorū numerū. Mutas enim literas nouem putat esse, patris & ueritatis, quoniā sine uoce sint, hoc est, inenarrabiles & inloquibiles: semiuocabiles aūt cum sint octo Logi esse & Zoes, quoniā quasi mediæ sint inter mutas & uocales, & recipere eorū quidē quæ supersint emanationē, eorū uero quę subsint eleuationē. Vocales aūt & ipsas septē esse Anthropi & eccleſię, quoniam per Anthropum uox progrediens formauit omnia. Sonus ēm uocis, formam eius circumdedit. Est igitur Logos habēs & Zoe VIII. Anthropos aūt & ecclesia VII. Pater aūt & Alethia IX. Ex minori aūt computatione quod erat apud patrem descendit, emissus illuc unde fuerat separatus ad emendationē factorum, ut pleromatū unitas æqualitatē habens fructificet unam in omnibus quæ est ex omnib. uirtus: & sic is qui est numeri VII. eorū qui sunt octo accepit uirtutē, & facta sunt tria loca similia numeris, cum sint octonationes quater in se ueniētia uigintiquatuor ostenderūt numerū: & tria quidē elemēta, quæ dicit ipse trium in coniugatione uirtutū existere, quæ fiunt VI. ex quibus emanauerunt uigintiquatuor literę, quadripertita inenarrabilis quaternationis ratione eundē numerū faciunt, quæ quidē dicit illius qui est innumerabilis existere, Indui aūt eas à trib. uirtutibus, in similitudinē illius qui est inuisibilis. Quorū elementorū imagines imaginū esse eas quę sunt apud nos duplices literæ. Quas cum XXIIII. literis adnumerantes uirtute quæ est secundū analogiā XXX. faciūt numerū. Huius rationis & dispositiōis fructū dicit in similitudinē imaginis apparuisse, & illū qui post VI. dies quartus ascendit in montē, & factus est VI. qui descēdit & detētus est hebdomade cū esset insignis octonatio, & habet in se omnē elementorū numerū, quē manifestauit, cū ipse uenisset ad baptismū, columbæ descensio, quę est ω & α. Numerus enim ipsius unum & DCCC. & propter hoc Moysen in sexta die dixisse quę est in cœna pura nouissimum hominē in generationē primi hominis apparuisse. Cuius dispositionis initium & finem sextam horam in qua affixus est ligno: perfectum enim sensum scientem eum numerum qui est sex uirtutum fabricationis & regeneratiōis habentē, manifestasse filijs luminis eam generationem quæ facta est per eum, qui manifestatus est insignis, in eū numerum. Hic etiam & duplices literas numerum insignem habere ait. Insignis enim numerus cōmixtus uigintiquatuor elemētis XXX. literarum nomē explicuit. Vsus est aūt Diacono VII. numerum magnitudinem quemadmodū dicit Marci Sige, ut ab se cogitatę cogitationis manifestetur fructus: & insignem quidem hunc numerum in præsenti ut eum qui ab insigno figuratus est, intelligi eum qui quasi in partes diuisus est aut prę cisus & foris perseuerauit, qui sua uirtute & prudētia per

ἐπίσημον

eam quæ est ab eo emissionẽ, hunc qui est septẽ uirtutũ secundũ mica tionem hebdomadis uirtutis animauit mundũ, & animam posuit esse huius uniuersi qđ uidetur. Vtitur aũt & ipse hic hoc opere quasi spon taneæ ab eo, ab eo fœtore, aliqua ministrãt cum sint imitationes imita bilium enthymesin matris. & primum quidem cœlum sonat α, qđ au- tem est post illum ε, tertium aũt η, quartum uero & mediũ numeri VII. Iota uirtutem enarrat, quintũ uero ο, sextum aũt υ, septimum autem & IIII à medio, ω elementũ †exdant, quemadmodum Marci fige, quę mul ta quidem loquacius exequitur, nihil autem uerum loquens affirmat: quæ uirtutes, ait, omnes simul in inuicem complexæ sonant & glorifi cant illum à quo emissa sunt, gloria autem soni mittitur in propatorẽ. Huius autem glorificatiõis sonum in terram delatum ait plasmatorẽ factum, & generatorem eorum †quæ sunt in terra.

alias, exclamat

alias, qui

Quomodo soluunt parabolas. Cap. XI.

OStensionem aũt affert ab ijs, qui nunc nascuntur infantibus, quo rum anima simul ut de uulua ꝓgressa est, exclamat uniuscuiusque elementi hunc sonũ. Sicut ergo septẽ uirtutes, inquit, glorificãt uerbũ, sic & anima in infantibus plorãs & plangens Marcũ glorificat eũ. Pro pter hoc aũt & Dauid dixisse, Ex ore infantiũ & lactẽtiũ perfecisti lau dem: & iterũ, Cœli enarrant gloriã dei. Et propter hoc quãdo in dolo ribus & calamitatib. anima fuerit in releuationẽ suam dicit, O, in signũ laudationis, ut cognoscẽs illa quæ sursum est anima quod est cognatũ suũ adiutoriũ ei deorsum mittat. Et de omni quidẽ nomine quod est XXX. literarũ, & de bytho qui augmẽtũ accepit ex huius literis, adhuc etiam de ueritatis corpore quod est duodecim membrorũ, unoquoq; membro ex duab. literis cõstante, & de uoce eius quã locuta est nõ lo cuta, & de resolutione eius nominis quod nõ est enarratũ, & de mũdi anima & hominis secundũ quæ habẽt illã quæ est ad imaginẽ dispositionẽ sic delirauit. Dehinc aũt quemadmodum ex nominibus æquipa ratam uirtutem ostendit eorum quaternatio referemus, ut nihil lateat te dilectissime eorum, quæ ad nos peruenerunt ex ijs quæ ab ijs discũ tur, quemadmodum sæpe postulasti à nobis.

Quemadmodum conuersationem secundum figuram eius qui apud eos est ple- roma exponunt factum. Cap. XII.

SIc aũt annunciat per quàm sapiẽs eorũ Sige generationem XXIIII elementorũ cũ solitate esse unitatem, ex quibus duæ sunt emissio- nes sicut prædictũ est, monas & hen, quæ duplicatę IIII. factæ sunt, bis enim duo quatuor, & rursus duo & quatuor in idipsum cõpositæ, VI. manifestauerũt numerũ. Hi autem sex quadruplicati uigintiquatuor generauerunt figuras. Et quidem quæ sunt primæ quaternationis no mina sancta sanctorũ intelliguntur, quæ non sunt narrari, intelligũtur

μονὰς solitas ἓν unum

autem

autem à solo filio quæ pater scit, quæ nam sunt. Alia uero quę cum gra uitate & honore & fide nominantur apud eum sunt hæc ἄρρητος, σιγὴ, πατὴρ, ἀλήθεια. Huius autem quaternationis uniuersus numerus est li terarum uigintiquatuor, ἄρρητος enim nomen literas habet in se septē σιγὴ quinq;, πατὴρ quinq;, & ἀλήθεια VII. quæ cōposita in se bis qui næ & bis septem uigintiquatuor numerū adimpleuerūt. Similiter & secunda quaternatio Logos & Zoe Anthropos & ecclesia eundē nu merum elementorum ostendunt, & saluatoris quoq; narrabile nomē IHΣOYΣ literarū est sex. Inenarrabile aūt eius literarū uigintiqua tuor. Et χρισὸς literarū VII. q; est aūt in Christo inenarrabile literarū † xxx. Et propter hoc ait eum α & ω, ut per ista manifeste cum hunc nu merum habeat hæc auis. Iesus aūt hanc habet, inquit inenarrabilem ge nesim. A matre eī uniuersorū, id est, primæ quaternationis, in filiæ lo cū processit secūda quaternatio, & facta est octonatio, ex qua proces sa est decas, sic factum XVIII. decas itaq; adiuncta octonationi & decu plum eam faciēs, octuagies decies octingētorum numerum fecit, ut sit uniuersus literarum numerus ab octonatione in decadam progrediēs octo & LXXX. dat, quod est Iesus. Iesus enim nomen secundum Grę carum literarū cōputum dat summam LXXXVIII. habens manifeste & su percœlestis Iesu secundum eos genesim. Quopropter AB Græcorū ha bere monadas VIII. & decadas VIII. hecatōtadas VIII. dat LXXXVIII nu merum ostendentia, hoc est, Iesum qui est ex omnibus constans nume ris, & propter hoc α & ω nominari eum, cum significet ex omnib. eius generationem. Et iterum ita primæ quaternioni secundum processio nem numeri & semetipsam cōpositæ x apparuit numerus, α enim & β ut ς & δ in semetipso composita x faciūt, quod est ι, & hoc esse uolunt Iesum. Sed & Christus, inquit, literarū est VIII, ex quib. primā octona tionem significari, quæ cum Iota applicata dat LXXXVIII. numerū ge nerauit. Dicitur autem ait, & filius Christus, hoc est, duodecas: υἱὸς eī nomē literarum quatuor est, χρισὸς autem octo, quæ cōposita duode cadis ostēderunt magnitudinem. Prius autem, inquit, quàm huius no minis insigne appareret, hoc est, Iesus filius, in ignorantia magna fue runt homines & errore. Cum autē manifestum est VI. literarum nomē hoc quod est secundum carnem amictum est ut ad sensibilitatē homi nis descenderet, habēs in semetipso ipsum quoq; III. & uigintiquatu or, tunc cognoscentes eum cessauerunt ab ignoratione, & à morte in uitam ascenderunt, nomine eis facto ducatore ad patrem ueritatis. Vo luisse enim patrem uniuersorum soluere ignorantiā, & destruere mor tem. Ignorantiæ autem solutio, agnitio eius fiebat, & propter hoc dictum, secundum uoluntatem eius, eum qui est secundum imaginem eius, quæ sursum est uirtus, dispositum hominē: à quaternatione enim

† alius, XII

dat, uidetur de prauatum ex dccc nam hunc numerū cōficit ἰησοῦς. ἑκα τοντὰς centenarius nume rus.

ꝓgreſsi ſunt æones. Erat aũt in quaternatione Anthropos & eccleſia Logos & Zoe. Ab ijs igitur uirtutes, ait, emanatæ generauerunt eũ q̃ in terra manifeſtatus eſt, Ieſum. & logi quidem locum adimpleſſe angelum Gabriel, Zoes aũt ſpiritũ ſanctum, Anthropi aũt altiſsimi uirtutẽ, eccleſiæ aũt locum uirgo oſtendit, & ſic ille qui eſt ſecundũ diſpoſitionẽ per Mariã generatus apud eum homo, quẽ pater omniũ tranſeuntem per uuluam elegit per uerbum ad agnitionem ſuam. Cum aũt ueniſſet ipſe ad aquam, deſcẽdiſſe in eum quaſi columbã eũ qui recucurrit ſurſum, & impleuit XII. numerum, in quo inerat ſemen eorũ qui cõ ſeminati ſunt cum eo, & condeſcenderunt & coaſcenderunt. Ipſam aũt uirtutem quæ deſcendit ſemen dicit eſſe patris, habens in ſe & patrem & filiũ, & eam quæ per eos cognoſcitur innominabilis uirtus ſiges & omnes æonas: & hunc eſſe ſpiritũ qui locutus eſt per os Ieſu, qui ſe cõfeſſus eſt filium hominis, & manifeſtauit patrem, deſcẽdẽs quidẽ in Ieſum unitus eſt, & deſtruxit quidẽ mortẽ ait, qui fuit ex diſpoſitione ſaluator Ieſus. Agnouit aũt patrem Chriſtũ Ieſum eſſe. ergo Ieſum nomẽ quidem eius, qui eſt ex diſpoſitione homo dicit. poſitum aũt eſſe in aſſimulationem & figurationem eius qui incipit in eũ deſcendere hominis, quem capiẽtem habere & ipſum hominem & ipſum Logon & patrẽ & arrheton & ſigen & alethian & eccleſiã & Zoen. Hæc iam ſupra iu iu, & ſuper pheu, & ſuper uniuerſam tragicã exclamationẽ & doloris uociferationem ſunt. Quis enim non oderit eum qui tantorũ mendaciorum malus compoſitor eſt poeta, cum uideat ueritatem idolũ à Marco factã, & hoc Alpha beta literis ſtigmatã nuper, ſicut quod eſt ab initio, quod dici ſolet, & heri & ante Græci cõfitentur ab æſtimatione prima ſedecim accepiſſe. Poſt deinde procedẽtib. tẽporibus ſemetipſos adinueniſſe, aliquando quidẽ adſpiratas, aliquãdo aũt duplices. Nouiſsime autem omniũ Palameden aiunt longas eis adpoſuiſſe. Prius igitur q̃ apud Græcos hæc fierent nõ erat ueritas? Corpus em̃ eius ſecundum te Marce poſterius eſt tempore q̃ Cadmos, & eos qui ante eum ſunt. Poſterius aũt his qui reliqua elementa addiderũt temporis quàm Palamedes, poſterius autem tempore q̃ & tu ipſe. Tu autem ſolus in idolũ depoſuiſti eã quæ à te prædicatur ueritas. Quis aũt ſuſtinebit tuam illam quæ tantũ uerbo ſata eſt ſigen, quę innominabilẽ nominat æonem, inenarrabilem exponit, & eum qui inueſtigabilis eſt enunciat, & aperuiſſe os dicit eum quem incorporalem & infiguratũ dicis, & emiſiſſe uerbum quaſi unũ ex his quæ cõpoſita ſunt animalia. Verbum quoq̃ eius ſimilem eſſe ei qui eum emiſit, & formam inuiſibilis factam elementorũ quidem eſſe XXX. ſyllabarum aũt IIII. Erit ergo ſecundum ſimilitudinẽ uerbi pater omniũ ſicut tuus, elementorum quidem XXX. ſyllabarum autem IIII. Aut iterum quis ſuſtinebit te, in ſchemata

& nu-

& numeros,aliquando quidē xxx,aliquādo aūt xxiiii,aliquādo vi tantum,concludentē uniuersorum cōditorē,& Demiurgum, & factorem uerbum dei, & minuentē eum in syllabas quidē iiii.elemēta autē xxx.& omniū dominū qui firmauit cœlos in dccc lxxxviii.deducentem numeros, similiter atq; alphabetum ? & ipsum qui oīa capit patrem,à nullo aūt capitur in quaternationē & octonationē & duodecadem subpartientē,& per huiusmodi multiplicationes illud quod est inenarrabile & incognoscibile,quēadmodum tu dicis,patris enarrantem.Et quem incorporalem & insubstātiuū nominas,huius materiam & substantiā ex multis literis alijs ex alijs generatis fabricas,ipse Dędalus fictor faber malus factus sublimissimæ uirtutis, & quē indiuisibilem dicis substantiā in mutas & uocales & semiuocales sonos subdiuidēs,id quod est mutū.In his omniū patri & huius intentioni mentiēs, in summā blasphemiā & magnā impietatē & immisisti omnes qui tibi credunt.Quapropter & iuste & apte tali temeritati tuæ diuinæ adspirationis senior & præco ueritatis inuectus est interdicēs sic.Idolorū fabricator Marce & portētorū inspector, astrologiæ cognitor & magicæ artis,per quæ cōfirmas erroris doctrinas, signa ostēdēs his qui à te seducūtur apostaticæ uirtutis operationes,quæ tibi prędstat tuus pater satanas per angelicā uirtutē azazel facere,habens te præcursorē cōtrariæ aduersus deum nequitiæ. Et hæc quidem amator dei senior. Nos autem reliqua mysteria eorum quę sunt longa conabimur breuiter expedire,& ea quæ multo tēpore sunt occultata in manifestū producere.Sic enim fit ut facile argui & conuinci possint ab omnibus.

Quemadmodum ea quæ sunt in lege in suum transferunt figmentum. Cap. XIII.

GEnerationem itaq; æonum & errorem ouis & adinuentionē adunantis in unum,mystice audent annūciare hi, qui in numeros omnia deduxerunt, de monade & dualitate dicentes omnia cōstare, & à monade usq; ad quatuor numerantes,sic generant decadem. Vnum enim & duo & tres & quatuor in unum compositę decem æonum generauerunt numerum. Rursus autem dualitas ab ea progressa usque ad epiſemon,duo & quatuor & sex,duodecadem ostendit,& rursus à dualitate similiter numerantib. nobis, usq; ad xxx.numerus ostensus est,in quo est ogdoas & decas & duodecas. Vnde eadem igitur eo quod epiſemon habuerit consequentem sibi propter epiſemū passionem uocāt.Et propter hoc circa duodecim numerum cum labes quædam facta fuisset ouem luxuriatam aberrasse. Quoniam apostasiam à duodecade factam dicunt. Similiter & à duodecade abscedentem unam uirtutem perisse diuinant, & hanc esse mulierem quæ perdiderit dragmam,& accenderit lucernam & inuenerit eam. Sic igitur & numeros

meros reliquos in dragma quæ sunt nouem, in oue uero undecies IX. perplexos sibi semetipsis XCVIIII. numerū generare, quoniam nouies undecim XCVIIII. fiant. Quapropter tamen hunc habere dicunt numerū. Nō pigritabor autē tibi & aliter eos interpretātes annūciare, ut undiq; conspicias fructum eorum. Literam enim ϛ cum episemo ogdoadam esse uolunt cū ab alpha beta octauo sit posita loco, rursus iterum sine episemo cōputantes numerum ipsarum literarum & componentes usq; ad ϛ triacōtadem ostendūt. Incipiens enim quis ab α & perfiniens in ϡ, per numeros literarū, abstrahens autē episemum & insuper cōiungens incrementū literarum, inueniet tricenariū numerum. Vsq; ad ε literę XV fiūt, post deinde appositis eis VII. numerus II & XX perficit. Cum autē appositum est eis ϡ, quod est VIII. admirabilem triacōtadem adimpleuit, & hinc ostendūt ogdoadem matrem XXX æonū. Quoniā igitur ex tribus uirtutibus unitus est tricenarius numerus, ter idē factus XC fecit. Et ipsa aūt trias in se cōposita VIIII. generauit. Sic ogdoas XCIX. generauit numerū. Et quoniam duodecimus æon absistens reliquit, rursum XI. cōsequenter dicunt typum literarū in figura Logi positum esse. undecimam enim in literis esse λ qui est numerus XXX. & secundū imaginē positū esse superioris dispositionis, quoniam ab Alpha sine episemo ipsarū literarū numerus usq; ad λ, compositum secundū augmentū literarū cum ipso λ XC & IX faciūt numerū. Quoniā autem λ, undecimo loco est in ordine, ad similis eorū descendit inquisitionē ut impleret XII numerū, & cum inuenisset eum adimpleta est: manifestū esse ex ipsa figuratiōe literæ: λ enim quasi ad sui similis inquisitionē aduenies, & inueniēs & in semet rapiēs ipsum duodecimi adimpleuit locū, M litera ex duobus λambdis ΛΛ cōsistente. Quapropter & figurę eos per agnitionē XCIX. locū, hoc est, deminōrationē typū sinistræ manus sectari. Qui autē unū quod additū super XCIX. in dexterā eos manū transtulit. Tu quidē hæc pertrāsiens dilectissime, optime scio quoniā ridebis multū, tantā illorum in tumore sapientē stultitiā. Sūt aūt digni planctu, qui tantam dei religionē & magnitudinem uere inenarrabilis uirtutis, & tantas dispositiones dei per A & B, & per numeros tam frigidos & sic extortos enunciant. Quotquot aūt absistūt ab ecclesia & hīs anilibus fabulis assentiūt, uere à semetipsis sunt damnati. Quos Paulus iubet nobis post primā & secundam correptionē deuitare. Ioānes enim domini discipulus superextendit damnationē in eos, neq; aue nobis eis dici uolens. Qui enim dicit, inquit, eis aue, cōmunicat operibus ipsorū nequissimis, & merito: Nō est enim gaudere impīs, dicit dīs. Impij autem super omnem impietatem hi sunt, qui factorē cœli & terræ, unum deum omnipotentē super quem alius deus non est, ex labe & ipsa ex altera labe facta missum

Supputatio in digitis.

dicunt

dicunt:& sic iam secundū eos esse eum emissionē tertiæ labis.quā sententiā digne exufflātes & catanathematizantes,oportet porrò alicubi & longe fugere ab eis:& quanto plus hæc affirmāt & gaudēt in ijs ad inuentionibus suis,tanto magis sciamus plus eos agitari ab ogdoadis nequissimis spiritalib. quemadmodū hi qui in phreneticam passionē inciderunt,aut plus rident & ualere se putant, & quasi sani omia agūt, quædam aūt & quasi plus quàm sani sunt,tanto magis male habēt.Similiter aūt & hi quo magis plus sapere putātur eneruantes semetipsos super tonum sagittantes,tanto magis nō sapiunt.Exiens enim immundus spiritus ignorantiæ,dein uacantes eos non deo, sed mundialibus quæstionibus inueniens,assumens alios spiritus septem nequiores semetipso,& infatuans illorū sententiā, quasi possint quæ sunt super deum adinuenire,& aptabiliter in exclusionē cōpositā ogdoadem ignorantiæ nequissimorum spirituum in eos deposuit.

τόν Θ, intentio qualis est arcus aut chordæ

Quemadmodum incognitum omnibus conantur inducere patrem. Cap. XIIII.

VOlo autē tibi referre quēadmodū & ipsam cōditionē secundum imaginem inuisibilium a Demiurgo quasi ignorante eo,fabricatā per matrē dicunt.Primo quidē quatuor elementa dicunt, ignem, aquam,terrā,&aerem,imaginē emissam esse superioris quaternationis, & operationes eorū cū eis annumeratas,id est,calidū & frigidum, humectum & aridum,diligenter imaginare ogdoadem, ex qua decē uirtutes sic enumerant. Septem quidem corpora circūdata,quę etiam cœlos uocant. Post deinde continentē eos circulum quem octauū cœlū uocant,post deinde solem & lunam.Hęc cum sint decem numero,imagines dicunt esse inuisibilis decadis eius, quæ à Logo & Zoe ꝓgressa sit.Duodecada autē ostendi per eum qui Zodiacus uocatur circulus. XII.enim signa manifestissime hominis & ecclesiæ filiam duodecadē quasi per quandā umbram pinxisse dicunt:& è cōtrario super iūctum, inquiunt,uniuersorum oneri cum sit uelocissimū quod superpositum est cœlum,qui ad ipsam concauationem adgrauat, & ex contrarietate moderatur illorum uelocitatē sua tarditate,ita ut in XXX.annis circuitum à signo in signum faciat,imaginem dicunt eum Hori eius, qui trigesimam nominis illorum matrem circumcontinet.Lunam quoq; rursus suum cœlum circumeūtem XXX.diebus,per dies numerum XXX. æonum significare. Et solem autē in duodecim mensibus circumeuntem & perficientē circularē suam apocatastasin,per duodecim menses duodecadem manifestare. Et ipsos aūt dies XII. horarū habētes,typū non adparentis duodecadis esse: sed & horam dicunt quod est duodecimum diei ex triginta partibus adornatam propter imaginē triacontadis:& ipsius autem Zodiaci circuli circum commensurationem esse partium CCC. LX. quodque enim signorum partes habere XXX. Sic

ἀποκατάστασις,restitutio.

quoq;

quoq; per circulum imaginẽ copulationis eorum quę ſunt duodecim ad xxx. cuſtoditã dicũt. Adhuc etiam & terrã in xii. climata diuiſam dicentes, & in unoquoq; climate unãquanq; uirtutem ex cœlis ſecundum dimiſſionẽ ſuſcipientem, & ſimiles generantẽ filios ei uirtuti quę dimiſerit deſtellationem, typum eſſe duodecadis & filiorũ eius manifeſtiſsimum aſſeuerant. Ad hæc autẽ uolentem aiunt Demiurgũ ſuperioris ogdoadis interminabile & æternũ & infinitum & intemporale imitari, & cum non potuiſſet perſeuerabile eius & perpetuũ deformari, ideo quod fructus ſit labijs, in temporũ ſpacia & tempora & numeros multorum annorum, æternitatem eius depoſuiſſe, exiſtimãtem in multitudine temporum imitari eius interminatum: Hic dicunt, cũ effugiſſet eum ueritas, ſubſequutum mendacium: & propter hoc deſtructionem adimpletis temporibus accipere eius opus.

Quibus ex ſcripturis teſtimonijs utantur. Cap. xv.

ET de cõditione quidẽ talia dicẽtes, cotidie adinuenit unuſquiſq; eorum quemadmodũ poteſt, aliquid noui. Perfectus em̃ nemo, niſi qui maxima mendacia apud eos fructificauerit. De propheticis autem quæcunq; transformantes coaptant, neceſſariũ eſſe manifeſtãtes argutionem his inferre. Moyſes enim, inquiunt, incipiens id quod eſt ſecundum conditionẽ opus, ſtatim in principio matrem omniũ oſtendit, dicens, In principio fecit deus cœlum & terram. Quatuor hæc nominans, deum & principium, cœlum & terram, quaternionẽ ipſorum, quemadmodũ ipſi dicunt, figurauit. Et inuiſibile autem & abſcõditũ eius manifeſtantem dicere, terra autem erat, inuiſibilis & incompoſita. Secundam aũt quaternationẽ progeniem primę quaternionis ſic eum dixiſſe uolunt, abyſſum nominantem & tenebras, in quibus ſunt & aquæ, & qui ferebatur ſuper aquas ſpiritus. Poſt quã decadis cõmemorantem lumen dicere, & diem & noctem & firmamẽtum & ueſperã & quod uocatur mane, & aridam & mare, ad hoc etiam & herbã & decimo loco lignum: ſic quoq; per decem nomina x. æonas manifeſtaſſe. Duodecadis autẽ ſic formatam apud eos uirtutẽ. Solem enim dicere & Lunam & ſtellas, & tẽpora, & annos, & cetos, adhuc etiam piſces & ſerpentia & uolatilia & quadrupedia, feras quoq; & ſuper hæc omnia duodecimũ hominem: ſic ab ſpiritu triacõtadem per Moyſen dictam docent. Nec non & formatũ hominem ſecũdum imaginem ſuperioris uirtutis habere in ſe eam quæ ſit ab uno fonte uirtutẽ. Cõſtitutam aũt eã eſſe in eo qui ſit in cerebro locus, ex quo defluant uirtutes quatuor ſecundũ imaginem ſupernæ tetradis, quæ uocatur una quidẽ uiſio, altera autem auditus, tertia odoratus, & quarta guſtatio. Octanationem autem dicunt ſignificari per hominem, ſic: aures quidẽ duas habentẽ, & totidem uiſus, adhuc etiam odorationes duas, & duplicem guſtationem

nem amari & dulcis, Totum autē hominem omnē imaginem triacontadis sic habere docēt. In manibus quidem per digitos decadam baiulare: in toto corpore, cum in XII. mēbra diuidatur, duodecadem. Diuidunt autē illud, quemadmodū ueritatis apud eos diuisum est corpus de quo prędiximus. Ogdoadem aūt & inenarrabilem & inuisibilē, in uisceribus absconditam intelligi. Solem quoq; iterū qui sit magnū luminare, in quarta dierū fieri, propter quaternationis numerū dicunt. Tabernaculi quoq; quod à Moyse cōpositū est, atria de byssō & hyacintho & purpura & coccino facta, eandē apud eos ostēdere imaginē: sacerdotis quoq; poderem quatuor ordinib. lapidū precioſorū adornatum quaternionē significare præfiniunt. Et si qua omnino talia sunt posita in scripturis quæ quatuor possunt numerū designare: propter quaternationē ipsorū dicunt factum. Octonationem rursus ostēdi sic, in octauo dierum formatū dicūt hominē. Aliquādo enim dicunt eum septimo die factum, aliquādo autē octauo, nisi forte choicū quidem in septimo dierum dicūt formatū, carnalem aūt in octauo: distincta sunt enim hæc apud eos. quidam autem & alterū esse uolunt qui secūdum imaginem et similitudinem dei factus est homo masculofœmineus, & hunc esse spiritalem, Alterum autē qui ex terra plasmatus sit Seth. Arcæ autē dispositionē in cataclysmo, in qua octo homines liberati sunt, manifestissime dicunt ogdoadē ostēdere: Hoc autē idē & Dauid cum octauus esset genitus inter fratres suos significare. Adhuc etiam & circuncisionē quæ octauo die fit, circūcisionem superioris ogdoadis manifestare, & omnino quęcunq; inueniuntur in scripturis adduci posse ad numerum octauum, mysterium ogdoadis adimplere dicūt. Sed & decadē significari per decē gentes, quas promisit deus Abrahæ in possessionē dare, dicūt, Et dispositio aūt quæ est secundū Saram, quomodo post decem annos dat ei ancillam suam Agar, ut ex ea filium faciat, idem significare. Et seruus autē Abraham missus ad Rebeccā & super puteū dans ei armillas aureorū decem, & fratres eius tenētes eam diebus decem. Adhuc etiam Ieroboam qui decem scripta accepit, & tabernaculi decem atria & colūnæ decem cubitorū, & decem filij Iacob ad emptionē tritici prima uice in Ægyptum missi, & decem apostoli, quibus manifestatur post resurrectionē dominus, cum Thomas nō esset præsens, inuisibilem defigurabant, secundum eos, decadem. Duodecadem autem erga quam & mysterium passionis labis fuisse, ex qua passione uisibilia fabricata esse uolunt, signāter et manifestissime positam ubiq; dicunt: & duodecim filios Iacob ex quibus duodecim quoq; tribus, & Logium uariū duodecim habens lapides, & duodecim tintinnabula, & eos qui à Moyse positi sunt sub mōte duodecim lapides. Similiter autē & eos qui à Iesu in flumine positi sunt, & alteros qui trās-

positi sunt, & portantes arcam testamenti, & eos qui ab Helia positi sunt in holocausto uituli, Et numerus quoq; Apostolorum. & omnia omnino quæcunq; duodecim numerū custodiunt, Duodecadē ipsorum significare uolunt. Horum autē unitatem omnium, quæ uocatur triacōtas, per arcam cuius triginta cubitis altitudo fuit, & sub Noe, & per Samuelem declinantem Saul qui triginta diebus abscōdebatur in agro, & per eos qui cum eo intrauerūt in spelunca, & propter id quod longitudo fuerit sancti tabernaculi triginta cubitorum. Et quæcunq; alia æqualia numeris his inueniuntur, triacontadem ipsorum per huiusmodi ostendunt adseuerationes.

De redemptione sua quanta dicunt & faciunt. Cap. XVI

NEcessarium aūt duxi addere ijs & quanta de propatore ipsorum, incognitus erat omnibus ante aduentū Christi, eligentes de scripturis suadere cōtendunt, ut ostendant dominū non alterū annunciare patrē præter fabricatorē huius uniuersitatis, quē sicut prædiximus, impie blasphemantes labis fructū esse dicunt. Prophetā igitur Esaiam dicentem, Israel me aūt non cognouit & populus me nō intellexit, inuisibilis Bythi ignorantiā dixisse coaptant. & in Osee, quod dictū est: Non est in eis ueritas neq; agnitio dei, in hoc idē tendere conantur: & non est intelligens aut requirens deū, omnes declinauerūt, simul inutiles facti sunt, in Bythi ignorātia apponūt. Et per Moysen aūt dictum, nemo uidebit deū & uiuet, in illum habere suadent relationē. Et fabricatorem quidem à prophetis uisum dicunt, illud aūt quod scriptū est: Nemo uidebit deum & uiuet, de inuisibili magnitudine & incognita omnibus dictum uolūt. Et quoniam quidē de inuisibili patre factore omniū dictū est, Nemo uidebit deum, & omnibus nobis manifestum est: quoniā aūt nō de hoc qui ab ijs adinuētus est Bythus, sed Demiurgo, & ipse est inuisibilis deus, ostēditur procedēte sermone. Et Danielem aūt hoc idem significare, in eo quod interrogat angelum absolutionis parabolarum quasi nō scientem, sed & angelum abscondentem ab eo magnum mysterium Bythi dicere ei, recurre Daniel. Hi enim sermones obstructi sunt quoaduscq; intellectores intelligāt et albi inalbētur, & seipsos esse albos & intellectores gloriantur.

Quot modi apud eos sunt redhibitionis. Cap. XVII.

SVper hæe aūt inenarrabilē multitudinē apocryphorū & perperū scripturarū quas ipsi finxerunt adferunt ad stuporē insensatorū, & quæ sunt ueritatis nō scientiū literas. Assumunt aūt in hoc & illam falsationem, quasi dominus cū puer esset & disceret literas, cū dixisset magister eius, quēadmodū in consuetudine est, dic a, respōdit a. Rursum cum magister iussisset dicere eū b, respōdisse dominū, tu prior dic mihi quid est A, tūc ego dicam tibi quid est B. Et hoc exponūt quasi ipse solus

ſolus cognitū ſcierit, quod manifeſtauit in typū A. Quædā aūt eorum quæ in Euangelio poſita ſunt in hūc characterē transfigurant, Sicut illud quod ad matrē ſuā, duodecim annorū exiſtēs, reſpōdit, dicēs: Nō ſcitis quoniā in his quæ patris mei ſunt oportet me eſſe. Hunc quē nō ſciebant, dicunt, patrē annunciabat eis, & propter hoc emiſiſſe diſcipulos in duodecim tribus annūciātes ignotū eis deum. Et ei qui dixiſſet illi: Magiſter bone, eum qui uere bonus eſſet deus cōfeſſum eſſe reſpōdentem. Quid me dicis, unus eſt bonus pater in cœlis. Cœlos aūt nūc æonas dicunt, & propter hoc nō reſpōdiſſe eis, qui ei dixerunt, In qua uirtute hoc facis, ſed è cōtrario interrogatione ſua cōſternaſſe eos: ineenarrabile patris in eo quod nō dixerit nō oſtēdiſſe eum interpretātur. Et in eo quod dixerit, ſępius cōcupiui audire unū ex ſermonibus iſtis, & nō habui qui diceret mihi, manifeſtātius dicūt eſſe per hoc unū eū, qui ſit uere unus deus, quē nō cognouerint: In eo quod appropinquauit ad Hieruſalē, plorauit ſuper eā & dixit, Si cognouiſſes & tu hodie quæ ſunt ad pacē, abſcondita aūt ſunt à te, per eum ſermonē qui eſt abſconditus apocryphū Bythū manifeſtaſſe, Et iterū dicentē: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, diſcite à me, ueritatē patris annunciaſſe. Quod eū neſciebant, inquiunt, hoc eis promiſiſſe docturū. Oſtenſionē aūt ſuperiorū, & uelut finem regulę ſuæ adferunt hęc. Cōfiteor tibi pater domine cœli & terræ, quoniā adſcōdiſti à ſapientibus & prudētibus, & reuelaſti ea paruulis, Ita pater meus, quoniā in cōſpectu tuo placitū factū eſt: oīa mihi tradita ſunt à patre, & nemo cognouit patrē niſi filius, & filium niſi pater, & cuicūq; filius reuelauerit. His enim manifeſtiſsime aiunt oſtendiſſe eum, quod ante aduentū eius nemo manifeſte cognouerit patrē ueritatis, & à patre uolūt quod quaſi fabricator & cōditor ſemper ab omnibus cognitus ſit, & hęc dominum dixiſſe de cognito omnibus patre, quem ipſi adnunciāt. Redemptiōis autem ipſorū traditionem euenit inuiſibilem eſſe & incomprehenſibilium & inuiſibiliū mater, & propter hoc cum ſit inſtabilis non ſimpliciter neq; uno ſermone referendum eſt: quoniam unuſquiſq; illorum, quemadmodum ipſi uolunt, tradunt eam.

Quemadmodum imbuunt eos qui ſibi credunt, & quibus ſermonibus utuntur. Cap. XVIII.

QVanti enim ſunt huiuſmodi ſententiæ myſtici Antiſtites, tot ſunt redēptiones, & qui ad negationē baptiſmatis eius quæ eſt in deū generatiōis & uniuerſę fidei †reſtitutionē repromiſsionē inremiſſe eſt ſpecies hæc à ſatana, arguentes eos referemus aptiori loco. Dicūt aūt eam neceſſariam eſſe iīs, qui perfectam agnitionē acceperūt, ut in eam quæ eſt ſuper omnia uirtus, ſint regenerati. Aliter eī nobis impoſsibile eſſe infra pleroma introire, quoniā hæc eſt quæ in ꝓfundū Bythi

† alias reſtitutionem,

deducit ſecundum eos. Et baptiſma quidem apparentis Ieſu in remiſsi onem eſſe peccatorum, Redemptionē aūt eſſe eius qui in eo deſcende rit Chriſtus ad perfectionem: & illud quidē animale, illa aūt ſpiritalia eſſe repromittunt. Et baptiſma quidem ab Ioanne adnūciatum in pœnitentia, redemptionē aūt eius qui in eo eſt Chriſti poſitam eſſe ad perfectionē: & hoc eſſe, de quo dicit. Aliud baptiſma habeo baptizari, & ualde propero ad illud. Sed & filijs Zebedæi, matre ipſorum poſtulāte, ut ſedere faceret eos à dextris & à ſiniſtris, cum eo in regno, hanc ad poſuiſſe redemptionem domini dicunt, dicētem, poteſtis baptiſmo baptizari, quo ego debeo baptizari? Et Paulum manifeſte dicūt eā quæ ſit à Chriſto Ieſu redemptionem ſæpiſsime oſtendiſſe & eſſe hanc eam quæ ab ipſis uarie & incōſonanter traditur. Quidā enim ex ipſis ſponſale cubiculum quoddā adaptantes, & quaſi myſticū cōficiunt cū quibuſdam prophanis dictionibus ijs qui ſacrantur, & ſpiritales nuptias dicunt eſſe id, quod ab ipſis fit ſecundum ſimilitudinem ſupernarū cōiugationum. Alij aūt adducunt ad aquam, & baptizantes ita dicūt, In nomine ignoti patris omnium, in ueritate matris omnium, & in nomine deſcendentis Ieſu ad unctionem & redemptionem & cōmunionē uirtutū. Alij aūt & Hebraica nomina ſuperfantur, ut ſtupori ſint uel p terreant eos qui ſacrātur, ſic, Baſyma eacabaſa eanaa, irrauriſta dyarbada caeotaba ſobor camelāthi. Horū autem interpretatio eſt talis: Hoc quod eſt ſuper omnem uirtutem inuoco, quod uocatur lumen & ſpiritus & uita, quoniā in corpore renaſci. Alij autem rurſus redemptionē profantur ſic, Nomē quod abſconditū eſt ab uniuerſa deitate & dominatione & ueritate quod induit Ieſus Nazarenus in Zonis luminis, Chriſtus dominus uiuentis per ſpiritum ſanctum in redemptionē angelicā. Nomen quod eſt reſtaurationis meſsiau far magno in ſeenchal dia moſomeda eaacha faronepſeha Ieſu Nazarene, Et horū interpretatio eſt talis, Chriſti non diuido ſpiritum cor & ſupercœleſtem uirtutē miſericordem, fruar nomine tuo ſaluator ueritatis. Et hæc quidem profantur ipſi qui ſacrant. Qui autē ſacratur reſpondit, Confirmatus ſum & redēptus ſum & redimo animam meā, ab æone hoc & omnib. quæ ſunt ab eo in nomine Iao, qui redemit animam eius in redemptionē in Chriſto uiuente. Dehinc ſuperfantur qui aſtant, Pax omnibus in quibus hoc nomen requieſcit. Poſt deinde ungūt ſacratum opobalſamo. Vnguentum enim hoc typum dicunt eius ſuauitatis quæ ſit ſuper uniuerſa. Quidam autē eorum adducere quidē ad aquam ſuperuacuū eſſe dicunt: admiſcentes autem oleum & aquam in unum cum quibuſdam prophanis dictionibus ſimilibus quæ ſupra prędiximus, mittūt ſuper eorum caput qui ſacrātur, & hoc eſſe redemptionē uolunt: ungunt aūt & ipſi opobalſamo. Alij autem hæc omnia recuſantes dicunt nō oportere

Forma baptiſmi.

Portenta uerborum.

tere inenarrabilis & inuisibilis uirtutis mysteriũ per uisibiles & corruptibiles perfici creaturas & ea quæ mente concipi nõ possunt,& incorporalia & insensibilia per sensibilia & corporalia. Esse aũt perfectã redemptionẽ,ipsam agnitionẽ inenarrabilis magnitudinis: ea enim quę sunt de ignorãtiæ labis & passione facta,per agnitionẽ dissolui uniuersum ignorãtiæ statum,uti sit agnitio interioris hominis:& neq; corporalem esse eam,corruptibile enim est corpus,neq; animalem,quoniam anima de labe est spiritus uelut habitaculum:spiritalem ergo oportere & redemptionẽ esse,redimi enim per agnitionẽ interiorẽ hominẽ spiritalem,& sufficere eis uniuersorum agnitionẽ,& hanc esse redemptionem ueram. Alij sunt qui mortuos redimũt ad finẽ defunctionis, mittentes eorum capitibus oleum & aquam, siue prædictũ unguentes cũ aqua,& cum supradictis inuocationibus, ut incõprehẽsibiles & inuisibiles principibus & potestatibus fiant,& ut superascendant super uisibilia*interiorũ ipsorũ in creatura mũdi relinquatur, anima uero proij ciatur Demiurgo:& præcipiunt eis ueniẽtibus ad potestates hæc dicere,postea q̃; mortui fuerint.Ego filius à patre patris qui ante fuit, filius aũt in eo qui ante fuit,Veni autẽ uidere omnia quę sunt mea & aliena, nõ aũt aliena in totum,sed sunt Achamoth quę est fœmina, & hęc sibi fecit,deducit enim genus ex eo qui ante fuit, & eo rursus in mea unde ueni:& hæc dicentem euadere & effugere potestates dicunt. Venire quoq; ad eos qui sunt circa Demiurgũ,& dicere eis. Vas ego sum pretiosum,magis quàm fœmina quæ fecit uos, Si mater uestra ignorat radicẽ suã,ego aũt noui meipsum,& scio unde sim,& inuoco incorruptibilem Sophiam quæ est in patre.Mater est aũt matris uestræ, quæ nõ habet patrem neq; coniugẽ masculũ,fœmina aũt à fœmina efficit uos ignorans & matrem suam & putãs seipsam esse solam,ego autem inuoco eius matrem.Hæc autem eos qui circa Demiurgum sunt audientes ualde conturbari & reprehẽdere suam radicem & genus matris, ipsos autem abeuntes in sua proijcientes nodos ipsorum, id est animam. Et de redemptione quidem ipsorum,hæc sunt quæ quidem in nos uenerunt. Cum autem discrepant ad inuicẽ &doctrina & traditione,& qui recentiores eorum agnoscuntur,affectant per singulos dies nouum aliquid adinuenire & fructificare quod nunquam quisquam excogitauit,durum est omnium describere sententias.

Vnctio

*alias,interiori

Quod est propositum omnibus hæreticis,& quò tendant. Cap. XIX.

CVm teneamus aũt nos regulã ueritatis, id est, quia sit unus deus omnipotẽs,qui omnia cõdidit per uerbũ suum,&aptauit & fecit ex eo quod nõ erat ad hoc ut sint omnia, quẽadmodũ scriptura dicit, Verbo enim domini cœli firmati sunt,& spiritu oris eius omnis uirtus eorum.Et iterum: Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est

nihil. Ex omnibus aũt nihil ſubtractũ eſt, ſed omnia per ipſum fecit pater: ſiue uiſibilia, ſiue inuiſibilia: ſiue ſenſibilia, ſiue intelligibilia: ſiue tẽporalia, propter quãdam diſpoſitionẽ, ſiue ſempiterna, & ea omnia, nõ per angelos, neq; per uirtutes aliquas abſciſas ab eius ſentẽtia: nihil enim indiget omniũ deus, ſed per uerbum & ſpiritũ ſuum omnia faciẽs & diſponens & gubernans, & omnibus eſſe prętans: hic qui unum fecit, etenim mũdus ex oĩbus, hic qui hominẽ plaſmauit, hic qui deus Abrahã, deus Iſaac, & deus Iacob, ſuper quẽ alius deus nõ eſt, neq; initium, neq; uirtus, neq; pleroma. Hic pater domini noſtri Ieſu Chriſti, quẽadmodũ oſtendemus. Hãc ergo tenẽtes regulam, licet ualde uaria & multa dicãt, facile eos deuiaſſe à ueritate arguimus. Omnes enim ferè quotquot ſunt hęreſes, deum quidẽ unum dicunt, ſed per ſentẽtiam malam immutãt, ingrati exiſtẽtes ei qui fecit eos, quẽadmodũ per idololatriam. Plaſmata aũt dei contemnunt contradicentes ſuæ ſaluti, ipſi ſui accuſatores amariſsimi, & falſi teſtes exiſtentes. Qui quidem reſurgent in carne licet nolint, uti agnoſcant uirtutem ſuſcitantis eos à mortuis, cum iuſtis autem non adnumerabuntur, propter incredulitatẽ ſuam. Cũ ſit igitur aduerſus oĩes hæreticos detectio atq; cõuictio uaria & multifaria, & nobis propoſitum eſt omnibus ĩis ſecundum ipſorum characterem cõtradicere, neceſſariũ arbitrati ſumus prius referre fontem & radicem eorũ, uti ſublimiſsimum ipſorum Bythum cognoſcẽs intelligas arborem, de qua defluxerunt tales fructus.

Quæ eſt Simonis Samaritæ magi doctrina. Cap. XX.

SImon enim Samarites magus ille, de quo diſcipulus & ſectator apoſtolorum Lucas ait: Vir quidam autẽ nomine Simon, qui ante erat in ciuitate magicã exercens & ſeducens gentem Samaritanorũ, dicens ſe eſſe aliquem magnum quem auſcultabant à puſillo uſq; ad magnũ dicentes, hic eſt uere uirtus dei, quæ uocatur magna. Intuebãtur autẽ eum propter quod multo tempore magicis ſuis dementaſſet eos. Hic igitur Simon qui fidem ſimulauit putans Apoſtolos & ipſas ſanitates per Magiam & nõ uirtute dei perficere, & per impoſitionem manuũ ſpiritu ſancto adimplere credentes deo per eum qui ab ipſis Euangelizatur Chriſtus Ieſus, per maiorẽ quandam Magicam ſcientiam & hoc ſuſpicans fieri, & offerens pecunias Apoſtolis, ut acciperet & ipſe hãc poteſtatẽ quibuſcunq; uelit dandi ſpiritum ſanctũ, audiuit à Petro. Pecunia tua tecum ſit in perditionẽ, quoniã donum dei exiſtimaſti pecunia poſsideri: non eſt tibi pars neq; ſors in ſermone hoc, cor enim tuũ nõ eſt rectũ coram deo. In felle enim amaritudinis & obligatione iniuſtitiæ uideo te eſſe. Et cũ adhuc magis non credidiſſet deo, & cupidius intendit cõtendere aduerſus apoſtolos, uti & ipſe glorioſus uideretur eſſe, & uniuerſam Magiam adhuc amplius inſcrutans, ita ut in ſtuporẽ

coge-

cogeret multos hominũ, quippe cum esset sub Claudio Cæsare, à quo etiã statua honoratus esse dicitur propter Magiam. Hic igitur à multis quasi deus glorificatus est, & docuit semetipsum esse qui inter Iudæos quidẽ quasi filius adparuerit, in Samaria aũt quasi pater descenderit, & in reliquis uero gentibus quasi spiritus sanctus aduentauerit. Esse aũt se sublimissimã uirtutẽ, hoc est, eum qui sit super omnia pater, & sustinere uocari se quodcũq; eum uocãt homines. Simon aũt Samaritanus ex quo uniuersæ hæreses substiterũt, habet huiusmodi sectæ materiã. Hic Selenen quandam, quam ipse à Tyro ciuitate Phœnices quæstuariam cum redemisset, secum circunducebat, dicens, hanc esse primam mentis eius conceptionẽ, matrem omnium, per quam initio mente cõcepit angelos facere & archangelos. Hanc enim Ennoiam exiliẽtem ex eo, cognoscẽtem quæ uult pater eius degredi ad inferiora, & generare angelos & potestates, à quibus & mundum hunc factum dixit. Postea quam autem generauit eos, hæc detenta est ab ipsis propter inuidiam, quoniam nollent progenies alterius cuiusdam putari esse. Ipsum enim se in totum ignoratũ ab ipsis, Ennœan aũt eius detentam ab ijs quę ab ea emissæ essent potestates & angeli, & omnẽ cõtumeliã ab ijs passam uti non recurreret sursum ad suum patrẽ, usq; adeo ut & in corpore humano includeretur, & per secula ueluti de uase in uas transmigraret in altera muliebria corpora. Fuisse aũt eam & in illa Helena, ꝓpter q̃ Troianum contractũ est bellũ, quapropter & Stesichorũ per carmina maledicentem eam, orbatum oculis, post deinde pœnitentem & scribẽtẽ eas quæ uocantur palinodias & in quibus hymnizauit eã, rursus uidisse. Transmigrantem autem eam de corpore in corpus ex eo ut semper cõtumeliã sustinentẽ, in nouissimis etiam iam in fornice prostitisse: & hãc esse perditã ouem, quapropter & ipsum uenisse uti eam assumeret pœnam & liberaret eam à uinculis, hominibus autẽ salutem pręstaret per suam agnitionem. Cum enim male moderarentur angeli mundũ, quoniam unusquisq; eorum concupisceret principatum, ad emẽdationem uenisse rerum, & descendisse eum transfiguratum, & assimilatum uirtutibus & potestatibus & angelis, ut & in hominibus homo appareret ipse cũ non esset homo, & passum aũt in Iudæa putatum, cum nõ esset passus. Prophetas aũt à mũdi fabricatoribus angelis inspiratos dixisse prophetias, qua propter nec ulterius curarẽt eos, hi qui in eum & in Selenen eius spem habeant, & ut liberos agere quæ uelint. secundũ enim ipsius gratiam saluari homines, sed non secundum operas iustas. Nec enim esse naturaliter operatiões iustas, sed ex accidẽtia, quẽadmodum posuerunt qui mundum fecerũt angeli, per huiusmodi præcepta in seruitutẽ deducentes homines. Quapropter & solui mundũ, & liberari eos qui sunt eius ab imperio eorum qui mũdum fecerũt, repromi-

sit. Igitur horum mystici sacerdotes libidinose quidem uiuũt, Magias autem perficiũt, quemadmodum potest unusquisq; ipsorum. Exorcismis & incantationibus utuntur. Amatoria quoq; & agogima, & qui dicuntur paredri & oniropompi, & quæcunq; sunt alia parerga apud eos studiose exercentur. Imaginem quoq; Simonis habẽt factam ad figuram Iouis, & Selenæ in figuram Mineruæ, & has adorant: habent quoq; & uocabula à principe impijssimæ sentẽtiæ Simone dicti Simoniani, à quibus falsi nominis scientia accepit initia, sicut ex ipsis assertionibus eorum adest dicere.

Quæ est Menandri sententia & quæ operationes ipsorum. Cap. XXI.

HVius successor fuit Menander Samarites genere, qui & ipse ad summum Magiæ peruenit. Qui primam quidem uirtutem incognitam ait omnibus, se autẽ eum esse qui missus sit ab inuisibilibus saluatorem pro salute hominum. Mũdum autem factũ ab angelis, quos & ipse similiter, ut Simon, ab Ennoia emissos dicit. Dare quoq; per eã quę à se doceatur magiam scientiam, addidit, ut & ipsos qui mundum fecerunt uincat angelos. Resurrectionem enim per id quod est in eum baptisma accipere eius discipulos & ultra non posse mori, sed perseuerare non senescentes & immortales.

Relatio eius quæ est secundum Basilidem doctrina. Cap. XXII.

EX ijs Saturninus qui fuit ab Antiochea quæ est apud Daphnẽ & Basilides occasiones accipientes, distantes doctrinas ostenderũt, alter quidem in Syria, alter uero in Alexandria. Saturninus quidem similiter ut Menander unum patrem incognitum omnibus ostendit, qui fecit angelos, archangelos, uirtutes, potestates. A septem autem quibusdam angelis mundum factum & omnia quæ in eo. Hominem autem angelorum esse facturam, desursum à summa potestate lucida imagine apparente, quam cum cõtinere nõ potuissent, inquit, eo statu qui statim recurrerit sursum, adhortati sunt semetipsos, dicentes, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinẽ nostram. qui cum factus esset & nõ potuisset erigi plasma per imbecillitatẽ angelorũ, sed quasi uermiculus scarizaret, miserantẽ eius desuper uirtutem, quoniam in similitudinem eius esset factus, emisisse scintillam uitæ quæ erexit hominem & articulauit & uiuere fecit. Hanc igitur scintillã uitæ post defunctionem recurrere ad ea quæ sunt eiusdem generis, dicit. Et reliqua ex quibus facta sunt illa resolui. Saluatorem autẽ ignotum demõstrauit, & incorporalem, & sine figura, putatiue autem uisum hominem. Et Iudæorum deum unũ ex angelis esse dixit, & ꝓpter hoc quod dissoluere uoluerint patrẽ eius omnes principes aduenisse Christũ, ad destructionem Iudæorum dei & ad salutem credẽtium ei. esse aũt hos qui habent scintillã uitæ eius. Duo enim genera hic primus hominũ plasma-

ta

ta esse ab angelis dixit, alterum quidē nequam, alterū autem bonum. Et quoniam dæmones pessimos adiuuabant, uenisse saluatorē ad dissolutionem malorum hominum & dæmonum, ad salutem autem bonorum. Nubere autem & generare à Satana dicunt esse. Multi autem ex ijs qui sunt ab eo, & ab animalibus abstinent, perfecta huiusmodi continentia seducentes multos. Prophetias autem quasdam quidam ab ijs angelis qui mundum fabricauerint dictas, quasdam autem à satana, quem & ipsum angelum aduersarium mundi fabricatoribus ostendit, maxime autem Iudæorum deo.

Quæ est Saturnini argumentatio. Cap. XXIII.

BAsilides aūt, ut altius aliquid & uerisimilius ad inuenisse uideatur, in immēsum extendit sentētiā doctrinæ suæ, ostendēs Nū primo ab innato natum patre, ab hoc aūt natū Logon, deinde à Logo Phronesin, à Phronesi aūt Sophiam & Dynamin, à Dynami aūt & Sophia uirtutes & principes & angelos, quos & primos uocat, & ab ijs primū cœlum factū. Dehinc ab horū deriuatiōe alios item factos, aliud cœlū simile priori fecisse, & simili modo ex eorū deriuatione alij facti essent, tāti typi eis super eos essent, aliud tertium deformasse cœlū, & à tertio deorsum descendentiū quartū, & deinceps, secundū eum modum alteros & alteros principes & angelos factos esse dicūt & cœlos CCCLXV. quapropter & tot dies habere annū secundū numerū cœlorū. Eos aūt qui posterius cōtinent cœlū angelos, qui etiā à nobis uidentur, cōstitu isse ea quæ sunt in mūdo omnia, & partes sibi fecisse terræ, & earū quę super eam sunt gentiū, Esse aūt principem ipsorū eum qui Iudæorū putatur esse deus. Et quoniā hic suis hominibus, id est Iudæis, uoluit subigere reliquas gētes, reliquos omnes principes cōtrastetisse ei, & cōtra egisse. Quapropter & reliquæ residuæ ruerunt gentes eius genti. Innatum aūt & innominatū patrē uidētem perditionē ipsorum misisse primogenitū Nun suū, & hūc esse qui dicitur Christus, in libertatē credentium ei, à potestate eorum qui mundum fabricauerūt. In gētibus ipsorum autem apparuisse eum in terra hominē & uirtutes perfeciſſe. Quapropter neq; passum eum, sed Simonem quendā Cyrenæū angariatū portasse crucem eius pro eo: & hunc secundum ignorantiam & errorem crucifixum trāsfiguratum ab eo, uti putaretur ipse esse Iesus: & ipsum aūt Iesum Simonis accepisse formam, & stantem irrisisse eos. quoniam enim uirtus incorporalis erat æternus innati patris, trāsfiguratū quēadmodū uellet, & sic ascēdisse ad eum qui misit eū deridentē eos, cū teneri nō posset & inuisibilis esset omnibus. Et liberatos igitur eos qui hæc sciant à mundi fabricatoribus principibus, & nō oportere cōfiteri eum qui sit crucifixus, sed eū qui in hominis forma uenerit, & putatus sit crucifixus, & uocatus sit Iesus, & missus à patre uti per dispositionem

tionem hanc opera mūdi fabricatorū diſſolueret. Si quis igitur, ait, cō fitetur crucifixū, adhuc hic ſeruus eſt, & ſub poteſtate eorū qui corpora fecerunt. Qui autē negauerit, liberatus eſt quidē ab ijs, cognoſcit autem diſpoſitionem innati patris: animæ autē ſolæ eſſe ſalutem, corpus enim natura corruptibile exiſtit. Prophetias autem & ipſas à mundi fabricatoribus fuiſſe ait principibus, proprie autem legem, à principe autem qui eduxerit populum de terra Ægypti. Contemnere autē & idolothyta & nihil arbitrari, ſed ſine aliqua trepidatione uti eis. Habere autem & reliquarum operationū uſum indifferētem & uniuerſæ libidinis. Vtuntur autem & imaginibus & incantationibus & inuocationibus, & reliqua uniuerſa parerga: nomina quoq; quædam affingentes quaſi angelorū annunciant, hos quidem eſſe in primo cœlo, hos autē in ſecundo, & deinceps nituntur CCCLXV. mentitorū cœlorū & nomina & principia & angelos & uirtutes exponere. Quemadmodū & mundus nomen eſſe in quo dicunt deſcendiſſe & aſcendiſſe ſaluatorē
alias, cauſa eſſe caudeum
†eſſe cauſa cauleum. Igitur qui hæc didicerit, & angelos omnes cognouerit, & cauſas eorū, inuiſibilem & incōprehenſibilem eū poteſtatib. uniuerſis fieri, quemadmodū &
alias, cada caua.
†cauda canā fuiſſe. & ſicut filiū cognitum omnibus eſſe, ſic & ipſos à nemine oportere cognoſci, ſed cum ſciant ipſi omnes & per omnes tranſeant, ipſos omnibus inuiſibiles & incognitos eſſe. Tu enim, aiūt, omnes cognoſce, te aūt nemo cognoſcat. Quapropter & parati ſunt ad negationē qui ſunt tales, imò & magis ne pati quidem propter nomē poſſunt cū ſint omnibus ſimiles. Nō autem multos ſcire poſſe hæc, ſed unū à mille, & duo à myriadibus. Et ludæos quidem iam nō eſſe dicunt, Chriſtianos aūt nōdum: & nō oportere omnino ipſorum myſteria effari, ſed in abſcondito cōtinere per ſilentium. CCC autem LXV cœlorum locales poſitiones diſtribuūt ſimiliter ut mathematici. Illorum enim theoremata accipientes in ſuum characterem doctrinæ tranſtulerunt: eſſe autem principem illorū ἀβραάξας, & propter hoc CCCCLXV numerus habere in ſe.

Quæ eſt Carpocratis doctrina, & quæ operationes eorum qui ab eo ſunt. Cap. XXIIII.

CArpocrates autem & qui ab eo, mundū quidem, & ea quæ in eo ſunt, ab angelis multo inferioribus, ingenito patre factū eſſe dicūt. Ieſum autem è Ioſeph natum, & qui ſimilis reliquis hominibus fuerit, diſtaſſe à reliquis ſecundū id quod anima eius firma & munda cum eſſet, cōmemorata fuerit quę uiſa eſſent ſibi in ea circulatione quę fuiſſet
alias, à deo.
in ingenito deo: & propter hoc †ab eo miſſam eſſe ei uirtutē, ut in mūdi fabricatoribus effugere poſſet, & per omnes tranſgreſſa, & in omni
alias, ad eum.
bus liberata, aſcenderet *ad deum, & ea quę ſimilia ei amplecteretur ſimiliter. Ieſu autem dicunt animam in ludæorū conſuetudine nutritam

con-

contẽpsisse eos, & propter hoc uirtutes accepisse, per quas euacuauit quæ fuerunt in peius passiones quæ erant hominibus. Ea igitur quæ similiter, atq; illa Iesu anima potest contemnere mũdi fabricatores archontas, similiter accipere uirtutes ad operandũ similia. Quapropter & ad tantũ elationis prouecti sunt, ut quidã quidem similes se esse dicant Iesu. Quidã autẽ adhuc secundũ aliquid illo fortiores, qui sunt distantes amplius q̃ illius discipuli, utputa quàm Petrus & Paulus & reliqui apostoli. Hos autẽ in nullo deminorari à Iesu: animas enim ipsorũ ex eadẽ circũlatione deuenientes, & ideo similiter cõtemnentes mũdi fabricatores, eadẽ dignos habitos esse uirtute, & rursus in idẽ abire. Si quis aũt plus q̃ ille contẽpserit ea quę sunt hic, posse meliorẽ q̃ illũ esse. Artes em̃ magicas operãtur & ipsi, & incãtationes, philtra quoq; & charitesia & paredros oniropompos & reliquas malignationes, dicẽtes se potestatẽ habere ad dominandũ iam principibus & fabricatoribus mũdi huius. Non solũ aũt, sed & his omnibus quæ in eo sunt facta. Qui & ipsi ad detrectationẽ diuini nominis & ecclesiæ, quemadmodũ & gẽtes à satana præmissi sunt, uti secundũ alium modum quæ sunt illorũ audientes homines, & putãtes omnes nos tales esse, auertãt aures suas à prẽconio ueritatis. Aut ut uidẽtes quæ sunt illorũ, omnes nos blasphemẽt in nullo eis communicantes, neq; in doctrina, neq; in moribus, neq; in cotidiana conuersatione. Sed uitam quidẽ luxuriosam, sententiam aũt impiam ad uelamen malitiæ ipsorum nomine abutũtur, quorũ iudiciũ iustũ est, recipientiũ dignam suis operibus à deo retributionẽ: & in tantũ insania effrenati sunt, uti & omnia quæcunq; sunt irreligiosa & impia potestatẽ habere operãdi se dicant. Sola enim humana opinione negocia mala & bona dicũt, Et utiq; secundũ trãsmigrationes in corpora oportere in omni uita et in omni actu fieri animas, si non præoccupans quis in uno aduentu omnia agat semel ac pariter: quæ non tantum dicere & audire non est fas nobis, sed ne quidẽ in mẽte conceptionẽ uenire, nec credere si apud homines cõuersantes in his quæ sunt secundum scripta eorũ, dicunt in omni usu uitæ factæ animæ ipsorum, exeũtes in nihilo adhuc minus habeãt. Ad operandũ autem in eo ne forte propter eam quod deest libertati aliqua re cogantur iterũ mitti in corpus, propter hoc dicũt Iesum hanc dixisse parabolam. Cum es cum aduersario tuo in uia, da operã ut libereris ab eo, ne forte te det iudici, & iudex ministro, & minister mittat te in carcerem. Amẽ dico tibi non exies inde donec reddas nouissimũ quadrantem. Et aduersariũ dicunt unũ ex angelis, qui sunt in mũdo, quẽ diabolum uocant, dicentes factum eum ad id ut ducat eas quę perierunt, animas à mundo ad principem. Et hunc dicunt esse primum ex mundi fabricatoribus, & illũ altero angelo qui ministrat ei tradere tales animas, uti

in alia

in alia corpora includat. Corpus enim dicũt esse carcerem, & id quod ait, Nõ exies inde quoad nouissimũ quadrantẽ reddas, interpretãtur quasi non exeat quis à potestate angelorũ eorũ, qui mundũ fabricauerũt, sic transcorporatũ semper quoadusq; in omni omnino operatione, quæ in mundo est fiat: & quum nihil defuerit ei, tũ liberatã eius animam eliberari ad illum deũ, qui est supra angelos mundi fabricatores. Sic quoq; saluari & omnes animas, siue ipsæ prẽoccupãtes in uno aduentu in omnib. misceantur operationibus, siue de corpore in corpus transmigrãtes uel immissæ in unaquaq; specie uitę, adimplẽtes & reddentes debita liberari, uti iam nõ fiant in corpore. Et si quidẽ fiant hęc apud eos quæ sunt irreligiosa & iniusta & uetita, ego nequaquam credo, In cõscriptionibus autẽ illorũ sic conscriptũ est, et ipsi ita exponũt. Iesum dicẽtes in mysterio discipulis suis & apostolis seorsum locutũ, & illos expostulasse ut dignis & assentiẽtib. seorsum hęc traderẽt: per fidẽ enim et charitatẽ saluari, Reliqua uero indifferentia cum sint, secũdum opinionẽ hominũ quædam quidẽ bona, quædã autẽ mala uocari, cũ nihil natura malum sit. Alij uero ex ipsis signãt cauteriantes suos discipulos in posterioribus partibus extantiæ dextræ auris. Vnde & Marcellina quæ Romã sub Aniceto uenit, cum esset huius doctrinæ, multos exterminauit. Gnosticos se autẽ uocant, etiam imagines quasdam quidem depictas, quasdã autem & de reliqua materia fabricatas habent, dicẽtes formã Christi factam à Pilato illo in tempore quo fuit Iesus cum hominibus, & has coronant & proponũt eas cum imaginibus mundi philosophorum, uidelicet cũ imagine Pythagoræ & Platonis & Aristotelis & reliquorũ, & reliquam obseruationẽ circa eas similiter ut gentes faciunt.

Qualis est doctrina Cerinthi. Cap. XXV.

CErinthus aũt quidam in Asia nõ à primo deo factũ esse mũdum docuit, sed à uirtute quadã ualde separata & distante ab ea principalitate quæ est super uniuersa, & ignorante eo, qui est super omnia deo. Iesum autẽ subiecit non ex uirgine natum, impossibile enim hoc ei uisum est, fuisse autem eũ Ioseph & Mariæ filium similiter ut reliqui omnes homines, & plus potuisse iustitia & prudentia & sapiẽtia præ omnibus, & post baptismum descendisse in eum Christũ ab ea principalitate quæ est super omnia figura columbę, & tunc annũciasse incognitum patrẽ & uirtutes perfeciſſe, in fine autem reuolasse iterũ Christum de Iesu, & Iesum passum esse, resurrexisse, Christum autẽ impassibilem perseuerasse existentem spiritalem.

Quæ est Ebionitarum doctrina. Cap. XXVI.

QVi aũt dicuntur Ebionei cõsentiunt quidẽ mundũ à deo factum, ea aũt quæ sunt erga dominũ nõ similiter ut Cerinthus & Carpocrates

crates opinantur. Solo aũt eo cp̃ eſt ſecundũ Matthæũ Euãgelio utuntur,&apoſt.Paulum recuſant,apoſtatã eũ legis dicentes. Quę aũt ſunt prophetica,curioſius exponere nituntur,& circunciduntur ac perſeuerant in his conſuetudinibus quæ ſunt ſecundũ legem & Iudaico charactere uitæ uti,& Hieroſolymam adorant,quaſi domus ſit dei.

Quæ ſint Nicolaitarum opera. *Cap.* XXVII.

NIcolaitæ autem magiſtrum quidem habẽt Nicolaum unũ ex VII qui primi ad Diaconium ab apoſtolis ordinati ſunt, qui indiſcrete uiuunt. Pleniſsime autẽ per Ioannis Apocalypſim manifeſtãtur,qui ſint,nullam differentiam eſſe docentes in mœchando & Idolothytum edere,quapropter dixit & de ijs ſermo. Sed hoc habes qđ odiſti opera Nicolaitarum,quæ & ego odio.

Quæ eſt Cerdonis ſententia. *Cap.* XXVIII.

ET Cerdon autem quidam ab ijs qui ſunt erga Simonẽ occaſionẽ accipiens,cum ueniſſet Romam ſub hoc Hygino qui nonum locum Epiſcopatus per ſucceſsionẽ ab Apoſtolis habuit, docuit eũ qui à Lege & prophetis annunciatus ſit deus, non eſſe patrem domini noſtri Chriſti Ieſu. Hũc enim cognoſci,illum autem ignorari, & alterum quidem iuſtum,alterum autem bonum eſſe.

Quæ ſunt quæ Marcion docuerit. *Cap.* XXIX.

SVccedens aũt ei Marcion Põticus adimpleuit doctrinam impuratę blaſphematus eum,qui à lege & prophetis annũciatus eſt deus, malorum factorem & bellorũ concupiſcentẽ, & inconſtantem quoq; ſententia & cõtrarium ſibi ipſum dicens,† Ieſum aũt qui eſt à deo patre ſuper mundi fabricatorẽ deum,uenientẽ in Iudæam tẽporibus Pontij Pilati præſidis,qui fuit procurator Tiberij Cæſaris,in hominis forma manifeſtatũ,his qui in Iudæa erant,diſſoluentẽ prophetas & legem & omnia opera eius dei, qui mundum fecit,quem & Coſmocratorem dicit:& ſuper hæc,id quod eſt ſecundũ Lucam Euangeliũ circuncidens. & omnia quæ ſunt de generatione domini cõſcripta auferẽs, & de doctrina ſermonũ domini multa auferẽs,in quibus manifeſtiſsimo cõditorem huius uniuerſitatis ſuũ patrem confitens dominus conſcriptus eſt,ſemetipſum eſſe ueraciorẽ cp̃ ſunt hi, qui euãgelium tradiderũt Apoſtoli,ſuaſit diſcipulis ſuis,nõ Euangeliũ, ſed particulam euãgelij tradens eis. Similiter aũt & apoſtoli Pauli epiſtolas abſcidit,auferens quę cunq; manifeſte dicta ſunt ab Apoſtolo de eo deo,qui mundum fecit, quoniam hic pater domini noſtri Ieſu Chriſti,& quęcunq; ex propheticis memorans Apoſtolus docuit prænũciantibus aduentũ dei. Salutem aũt ſolum animarum eſſe futuram earum quæ eius doctrinam † didiciſſent. Corpus aũt uidelicet quoniã à terra ſit ſumptũ, impoſsibile eſſe participare ſalutẽ. Super blaſphemiã aũt quæ eſt in deũ adiecit &

† *alias,Ieſum aũt ab eo patre qui eſt ſuper mũdi.*

† *alias,audiſſent.*

e hoc

hoc,uere diaboli os accipiens,& omnia contraria dicēs ueritati. Caim enim & eos qui ſimiles ſunt ei, & Sodomitas & Ægyptios & ſimiles eis,& omnes omnino gētes quæ in omni permixtiōe malignitatis am bulauerunt,ſaluatas eſſe à domino,cum deſcēdiſſet ad inferos,& accurriſſent ei,& in ſuum aſſumpſiſſe regnū. Abel aūt & Enoch, & Noe & reliquos iuſtos,& eos qui ſunt erga Abraam patriarchas,cum omnib. prophetis,& his qui placuerunt deo nō participaſſe ſalutē,qui in Marcione fuit,ſerpens prȩconiauit. Quoniam enim ſciebant,inquit,deum ſuum ſemper tentantem eos,& tunc tentare eum ſuſpicati nō accurrerunt Ieſum,nec; crediderunt annūciationi eius: & ꝓpterea remanſiſſe animas eorū apud inferos dixit. Sed huic quidē quoniā & ſolus manifeſte auſus eſt circuncidere ſcripturas, & impudorate ſuper omnes obtrectare deum, ſeorſum contradicemus, ex eius ſcriptis arguentes eū, & ex ijs ſermonibus qui apud eum obſeruati ſunt domini & Apoſtoli quibus ipſe utitur,euerſionem eius faciemus præſtante deo.

Quæ eſt continentum auerſatio. *Cap.* XXX.

NVnc aūt neceſſario meminimus eius,ut ſcires quoniā omnes qui quoquo modo adulterant ueritatē & præconiū eccleſiæ lędunt, Simonis Samaritani magi diſcipuli & ſucceſſores ſunt. Quāuis nō cō fiteantur nomē magiſtri ſui ad ſeductionē reliquorū,attamē illius ſententiam docent,Chriſti quidē Ieſu nomen tanc; irritamentū præferentes,Simonis aūt impietatem uarie introducentes mortificant multōs, per nomen bonū ſententiam ſuam male diſperdētes, & per dulcedinē & decorem nominis amarū & malignū principis apoſtaſiæ ſerpentis uenenum porrigentes eis. Ab his aūt qui prędicti ſunt iam multæ propagines multarum hæreſum factæ ſunt,eo quod multi ex ipſis,imò omnes uolunt doctores eſſe,& abſcedere quidē ab hęreſi in qua fuerūt. Aliud aūt dogma ab alia ſententia,& deinceps alteram ab altera cōponentes,noua docere inſiſtunt,ſemetipſos adinuentores ſentētię quamcunc; cōpegerint,enarrantes. Vt exempli gratia dicamus,à Saturnino & Marcione qui uocantur cōtinentes, abſtinentiā à nuptijs annunciauerunt,fruſtrātes antiquā plaſmationē dei,& oblique accuſantes eum, qui & maſculum & fœminā ad generationem hominū fecit: & eorum quæ dicuntur apud eos animalia abſtinentiā induxerūt, ingrati exiſtētes ei qui omnia fecit deo:contradicunt quoque eius ſaluti qui primus plaſmatus erat,& hoc nunc adinuentum eſt apud eos.

Qualis eſt Tatiani doctrina. *Cap.* XXXI.

TAtiano quodam primo hanc introducente blaſphemiam, qui cū eſſet luſti auditor,in quantum quidem apud eum erat,nihil enarrauit tale:poſt uero illius martyriū abſiſtens ab eccleſia,& præſumptione magiſterij elatus & inflatus, quaſi præ cæteris eſſe proprium chara

ct erem

cterem, doctrina constituta, non quasdma inuisibiles, similiter atq; hi qui à Valentino sunt uelut fabulam enarrans: nuptiarum autem corruptelas, fornicationes similiter ut Marcion & Saturninus dicens, Adæ autem saluti ex se contradictionem faciens.

Vnde ij qui differentias induxerunt, acceperunt occasiones. Cap. XXXII.

ALij autem rursus à Basilide & Carpocrate occasiones accipiẽtes, indifferentes coitus, & multas nuptias induxerunt, & negligẽtiam ipsorũ quæ sunt idolothyta ad manducandũ, non ualde hoc cõparare dicentes deum. Et quid enim non est numerum dicere eorum qui secundum alterum & alterum modum exciderunt à ueritate.

Quibus temporibus fuerunt omnes qui prædicti sunt, & à quibus initia & doctrinas acceperunt. Cap. XXXIII.

SVper hos aũt ex his qui prędicti sunt Simoniani multitudo gnosticorũ Barbelo exurrexit, & uelut à terra fungi manifestati sunt, quorum principales apud eos sentẽtias enarramus. Quidã em̃ eorũ æonẽ quendam nunq; senescentẽ in uirginali spiritu subijciunt, quem Barbelum nominant. Vbi esse patrem quendã innominabilẽ dicũt, uoluisse autem hũc manifestare se ipsi Barbeloni: ennœam aũt hãc progressam stetisse in cõspectu eius, & postulasse prognosin. cum prodisset autem & prognosis his rursum petentibus prodijt incorruptela, post deinde uita æterna: in quibus gloriantẽ Barbelon, & prospicientem in magnitudine & concepto, delectatam in hanc generasse simile ei lumen. Hãc initium & luminationis & generationis omniũ dicunt: & uidentẽ patrem lumen hoc, unxisse illud sua benignitate ut perfectum fieret. Hũc aũt dicunt esse Christum, qui rursus postulat quẽadmodum dicũt adiutorium sibi dari Nun, & progressus est Nus. Super hæc aũt emittit pater Logon. Coniugationes aũt fient Ennoiæ & Logi, & Aphtharsias & Christi, & æonia aũt Zoe thelemati cõiuncta est, & Nus prognosi, & glorificabitur ei magnũ lumen & Barbelon. Post deinde & de Ennoia, & de Logo autogenen emissum dicũt ad repręsentationẽ magni luminis, & ualde honorificatũ dicunt, & omnia huic subiecta. Coemissam aũt ei Alethiam, & esse cõiugationem Autogenus & Alethię. De lumine aũt quod est Christus, & de incorruptela quatuor emissa luminaria ad circunstantiam Autogeni dicunt, & de Thelemate rursus & æonia Zoe quatuor luminaria, quas nominat, Charin, thelesin, synesin, phronesin. Et Charin quidẽ magno & primo luminario adiunctã, hunc aũt esse Sotera uolũt, & uocant eum Harmogen. Thelesin aũt secundo, quem & nominant Raguel. Synesin aũt tertio luminario, quẽ uocant* Dauid. Phronesin aũt quarto quem nominant Elelet. Confirmatis igitur sic omnibus, super hæc emittit Autogenes hominẽ perfectũ & uerũ, quem adamantẽ uocãt, quoniã neq; ipse domatus est, neq;

*Alias Dadud

ij, ex quibus erat, qui & remotus est primo lumine ab Harmoge. Emissam autē cum homine ab Autogene agnitionē perfectā & coniunctā ei, unde & hunc agnouisse eū, qui est super omnia, uirtutē quoq; ei inuictam datam à uirginali spiritu, & refrigerant in hoc omnia hymnizare magnum æona. Hinc enim dicitur manifestatā matrē, patrem, filiū. Ex Anthropo aūt & Gnosi natum lignum quod & ipsum Gnosin uocant. Deinde ex primo angelo qui astat Monogeni emissum dicūt spiritum sanctum, quem & Sophiam & pronicum uocant. Hūc igitur uidentem reliqua omnia coniugationem habentia, se aūt sine cōiugatione, quæsisse cui adunaretur: & cum non inueniret asseuerabat & extendebatur & prospiciebat ad inferiores partes, putans hic inuenire cōiugem, & non inueniens exilijt tædiata quoq;, quoniam sine bona uolūtate patris impetū fecerat. Post deinde simplicitate & benignitate acta generauit opus, in quo erit ignorātia & audacia. Hoc aūt opus eius esse proarchontem dicunt fabricatorē conditionis huius: uirtutē aūt magnam abstulisse eum à matre narrant, & abstulisse ab ea in inferiora, & fecisse firmamentū cæli, in quo & habitare dicunt eum. Et cum sit ignorantia, fecisse eas quæ sunt sub eo potestates, & angelos, & firmamēta, & terrena omnia. Deinde dicunt adunitum eum Atabadiæ generasse Kakian, zelum, & phthonon, & erinnyn, & epithymian. Generatis aūt his mater Sophia cōtristata refugit, & in altiora secessit, & fit deorsum numerantibus octonatio. Illa igitur secedente se solum opinatum esse, & propter hoc dixisse: Ego sum deus Zelotes, & præter me nemo est. Et hi quidem talia mentiuntur.

φθόνον. i. inuidiam. ἔριν = νύς furia. ἐπιθυμίαν, concupiscentia.

Quæ sint Gnosticorum genera, & quæ secundum eos sententiæ. Cap. XXXIIII.

ALij aūt rursus portentuosa loquuntur, esse quoddā primū lumen in uirtute Bythi beatum & incorruptibile, & interminatum. Esse aūt hoc patrem omniū, & uocare primum hominē. Ennœam aūt eius progredientē filium dicunt emittentis, & esse hunc filium hominis secundum hominem. Sub his aūt spiritum sanctum esse, & sub superiora spiritu segregata elemēta aquam, tenebras, abyssum, chaos, super quæ ferri spiritum dicunt primam fœminā eam uocantes. Postea dicunt ex ultāte primo homine cum filio suo super formositate spiritus, hoc est, fœminæ, & illuminantē eam generauit ex ea lumen incorruptibile tertium masculum quem Christū uocant filium primi & secūdi hominis, & spiritus sancti primæ fœminæ. Concūbentibus aūt patre & filio fœminæ, quam & matrem uiuentiū dicunt, cum aūt nō potuisset portare nec capere magnitudinem luminum, super repletam, & super ebullientem secundum siniſteriores partes dicunt, & sic quidem filium eorū solum Christū, quasi dextrū & in superiora alleuatitiū arreptū statim cū matre in incorruptibilem æonem. Esse aūt hāc & ueram & sanctā eccle-

siam

ſiam, quæ fuerit appellatio, & cõuentio, & adunatio patris omniũ primi hominis, & filij ſecũdi hominis, & Chriſti filij eorũ, & prædictę fœminæ. Virtutẽ aũt quæ ſuperebullit ex fœmina habẽte humectationẽ luminis, à patribus decidiſſe deorſum docent, ſua aũt uoluntate habentem humectationẽ luminis, quem & ſiniſtrã, & Pronicon, & Sophiã, & maſculofœminam uocant, & deſcendẽtes ſimpliciter in aquam, cũ eſſent immobiles, & ne mouiſſe quoq; eas petulanter agẽtem uſq; ad abyſſos, & aſſumpſiſſe ex eis corpus. Humectationẽ enim luminis eius omnia accucurriſſe & adhæſiſſe dicũt, & circũtenuiſſe eam, quã niſi habuiſſet, tota abſorpta fortaſſe fuiſſet & demerſa à materia. Deligatã igitur hanc à corpore quod erat à materia & ualde grauatã repſiſſe aliquãdo & conatã eſſe fugere aquas, & aſcendere ad matrẽ. Nõ potuiſſe aũt propter grauedinẽ circũpoſiti corporis. Valde aũt male ſe habentẽ machinatam eſſe abſcõdere illud quod erat deſuper lumen, timentẽ ne & ipſum lęderetur ab inferioribus elementis quẽadmodũ & ipſa: & cum uirtutem accepiſſet ab humectatione eius quod erat ſecundum eam lumen, reſilijt & in ſublimitatẽ elata eſt, & facta in alto dilatauit & cooperuit, & fecit cœlum hoc, quod apparet à corpore eius, & remanſit ſub cœlo quod fecit, adhuc habens aquatilis corporis typum, cum accepiſſe concupiſcentiã ſuperioris luminis, & uirtutẽ ſumpſiſſet per omnia depoſuiſſet corpus & liberatã ab eo. Corpus aũt hoc exuiſſe dicũt eã fœminam à fœmina nominant, & filium aũt eius dicunt habuiſſe & ipſum aſpirationẽ quãdam in ſe incorruptelæ à matre relictã ei, per quã operatur, & potens factus emiſit & ipſe, & dicunt, ab aquis filium ſine matre, neq; enim cognouiſſe matrem eum uolunt, & filium eius ſecundum patris imitationẽ alterum emiſiſſe filium. Hic quoq; tertius quartum generauit, & quartus ipſe generauit filium, de quinto ſextũ filium generatũ dicunt, & ſextus ſeptimum generauit: ſic quoq; hebdomada perfecta eſt apud eos, octauũ matre habente locum. & quẽadmodũ generationibus, ſic & dignitatibus, & uirtutib. præcedere eos abinuicẽ: & nomina autem mendacio ſuo talia poſuerũt. Eum enim qui à matre primus ſit Ialdaboth uocari, eũ aũt qui ſit ab eo Iao, & qui ab eo Sabaoth magnũ, quartũ aũt Adoneum, & quintum Eloeum, & ſextum Oreum, ſeptimum aũt & nouiſsimũ omnium Aſtaphæum. Hos aũt cœlos & arotheas, & uirtutes, & angelos, & conditores ſubijciunt per ordinem ſedentes in cœlo ſecundum generationẽ ipſorum, apparẽtes regere quoq; cœleſtia & terreſtria, primo ipſorum Ialdaboth cõtemnente matrẽ in eo quod filios & nepotes ſine ullius permiſſu fecerit, adhuc etiam angelos, & uirtutes, & poteſtates, & dominatiões: quibus factis ad litem & iurgium aduerſus eum cõuerſos eſſe filios eius de principatu: propter quæ contriſtatum Ialdaboth & deſperatum conſpexiſſe in

ſubiacentē faciem materiæ,& conſolidaſſe cōcupiſcentiā ſuam in eam, unde natum filium dicunt. Hunc eſſe Nun in figura ſerpētis contortū, de hinc & ſpiritum & animā,& omnia mūdalia inde generatā omnem obliuionē,& malitiam,& zelum,& inuidiā,& mortē. Hunc aūt ſerpētiformem & cōtortum Nun eorū adhuc magis euertiſſe patrem dicūt tortuoſitate,cū eſſet cum patre ipſorū in cœlo & in paradiſo. Vnde exultante Ialdaboth in omnib. his quæ ſub eo eſſent gloriatū & dixiſſe, Ego & pater,& deus,& ſuper me nemo. Audiētem autem matrem clamaſſe aduerſus eum,noli mētiri Ialdaboth,eſt enim ſuper te pater omnium primus Anthropus,& Anthropus filius Anthropi. Conturbatis autem omnibus ad nouam uocem & inopinali nuncupatione,& quærentibus unde clamor,& ad uocādos eos,& adeſſe ſe ducendū dixiſſe Ialdaboth dicunt: uenite faciamus hominē ad imaginem noſtrā. Sex autem uirtutes audiētes hęc,matre dante illis excogitationē hominis,uti per eum euacuet eos à principali uirtute, cōuenientes formauerunt hominem immenſum latitudine & longitudine. ſcarizante aūt eo tantum adduxerunt eum patri ſuorū, & hoc ſophia operāte uti & illū euacuet ab humectatiōe luminis,uti nō poſſet erigi aduerſus eum qui ſurſum eſt,habens uirtutem. Illo aūt inſufflante in hominē ſpiritū uitę, latenter euacuatum eum à uirtute dicūt: hominē aūt inde habuiſſe Nū & Enthymeſin,& hæc eſſe quæ ſaluantur, ut dicunt: & ſtatim gratias agere eū primo homini relictis fabricatoribus. Zelantē aūt Ialdaboth uoluiſſe excogitare euacuare hominē per fœminā, & de ſua Enthymeſi eduxiſſe fœminā, q̄ illa prunicos ſuſcipiens inuiſibiliter euacuauit à uirtute. Reliquos autem uenientes & mirantes formoſitatē eius uocaſſe eam Euam,& cōcupiſcentes eā hanc,generaſſe ex ea ſibi filios, quos angelos eſſe dicunt. Mater autem ipſorum argumentata eſt per ſerpētem ſeducere Euam,& Adam ſupergredi præceptū Ialdaboth. Eua autem quaſi à filio dei hoc audiens facile credidit,& Adā ſuaſit manducare de arbore,de qua dixerat deus non manducare. Prunicum autem uidentem,quoniā &per ſuam blaſphemiam uicti ſunt ualde,ualde gratulatum & rurſum exclamaſſe, quoniam cum eſſet pater incorruptibilis olim hic ſemetipſum uocans patrē mentitus eſt,& cū homo olim eſſet & prima fœmina & hæc adulterans peccauit. Ialdaboth autem ꝓpter eam quæ circa eum erat obliuionem ne quidem intendētem ad hæc ꝓieciſſe Adam et Euam de paradiſo,quoniam trāſgreſſi erant præceptū eius. Voluiſſe enim filios ei ex Eua generari et non adeptū eſſe, quoniam mater ſua in omnibus contrairet ei, et latenter euacuans Adam et Euā ab humectatione,quæ maledictionē participaret, neq; opprobrium is qui eſſet à principalitate ſpiritus,Sic quoq; uacuos à diuina ſubſtantia factos maledictos eſſe ab eo, et deiectos à cœlo in hūc mūdum

docent

docent. Sed & serpentē aduersus patrem operantē deiectū ab eo in de orsum mūdū: in potestatē aūt suam redigentē angelos qui hic sunt, & ipsum sex filios generasse, septimo ipso extante ad imitationē eius quę circa patrē est hebdomadis. Et hos septē dæmonas mundiales esse dicunt aduersantes & resistentes semper generi humano, quoniā ꝓpter eos pater illorū proiectus est deorsum. Adā aūt & Euam prius quidē habuisse leuia & clara, & uelut spiritualia corpora, quēadmodū & plasmati sunt: uenientes aūt huc demutasse in obscurius pinguius & pigrius. Sed & animā dissolutam & languidā, quippe à factore tantūmodo insufflationem mundialem habētes, quoadusqꝫ iterum prunicos misserata eorū reddidit eis odorē suauitatis humectatiōis luminis, per quā in cōmemorationē uenerunt suam ipsorū, & cognouerunt seipsos nudos, & corporis materiā, & cognouerunt quoniā mortē baiulāt, & magnanimes extiterunt, cognoscentes quoniā ad tempus corpus circundatū esteis: & escas quoqꝫ inuenisse eos prę eūte eos Sophia, & satiatos coisse inuicē carnaliter & generasse Cain, quem & deiectibilis serpēs cū filiꝭ statim suscipiēs uertit, & adimpleuit mūdiali obliuione stultitia & audacia, immittēs ita ut & dū fratrē suū Abel occideret, primus zelū & mortē ostēderit: post quos secundū ꝓuidentiā prunici dicūt generatū Seth, post Noreā, ex quib. reliquā multitudinē hominū generatā dicūt, & ab inferiori hebdomade in omnē malitiā immissam, & apostasiam superiori sanctæ hebdomadæ & idololatriā, & reliquā uniuersam contēptionē, cū cōtraria eis esset semper mater inuisibiliter, & propriū saluaret, hoc est, humectationē luminis. Sāctā aūt hebdomadā, septē stellas quas dicūt planetas esse uolūt, & proiectibilē serpentē duo habere nomina, Michael & Samuel dicūt, Iratū aūt Ialdaboth homini bus quoniā eum nō colebant, neqꝫ honorificabāt, quasi patrē & deū, diluuiū eis immisisse, ut oēs simul perderet. Contra stante aūt & hic Sophia saluatos eos esse qui circa Noe erāt in arca, ꝓpter humectationē illius luminis quod ab eo erat, per quam iterum adimpletum esse mundum hominibus: ex quibus quendam Abraham elegisse ipsum Ialdaboth, & testamentū posuisse ad eū, si perseuerauerit semen eius seruiēs ei, dare ei hęreditatē terræ. Post per Moysen eduxisse eos ex Ægypto, qui ab Abrahā essent, & dedisse eis legē, & fecisse eos Iudæos, ex quibus elegisse septem dies, quos & sanctam hebdomadā uocant, & unusquisqꝫ eorum suum præconem ad semet gloriandum, & deum annuntiandum, & uti & reliqui audientes glorias, seruirent & ipsi his qui à ꝓphetis annunciantur Dñ. Sic autem prophetas distribuunt: huius quidē Ialdaboth Moysen fuisse, & Iesum Naue, & Amos, & Abacuc. Illius autem Iao, Samuel & Nathan, & Ionam, & Micheam. Illius autem Sabaoth Heliam, & Ioel, & Zachariam. Illius autem Adonei.

Esaiam,& Ezechiel,& Ieremiam,& Daniel.Illius autem Eloei, Tobiã & Aggeum.Illius autem Orei Micheam & Naum.Illius autem Astafei Hesdram & Sophoniam. Horum igitur unusquisq; glorificãs suũ patrem & deum Sophian,& ipsam per eos multa loquutã esse, de primo homine & incorruptibili ęone,& de illo Christo,qui sit sursum dicunt præmonentẽ,&rememorantẽ homines in incorruptibile lumen, & in primum hominẽ,& in descensione Christi: in quibus conterritis principibus & admirãtibus nouitatem in his quæ à prophetis annunciabantur,operatã esse pronicum per Ialdaboth nesciẽtem quid faciat duorum hominũ factas esse emissiones.Alterũ quidem de sterili Elizabet,alterũ autem ex Maria uirgine.& quoniam nõ haberet eadem ipsa requiem,neq; in cœlo,neq; in terra,contristatam inuocasse in adiutorium matrem.Mater aũt eius prior fœmina miserata est super pœnitẽtia filiæ,& postulauit à primo homine adiutorũ ei mitti Christum,qui & descendit emissus ad sororẽ suam,& ad humectationẽ luminis.Cognoscentẽ autem eam quæ deorsum est Sophiam descẽdere ad fratrẽ eius,& annũciasse eius aduentũ per Ioannẽ,& præparasse baptismum pœnitentiæ,& ante adaptasse Iesum,uti descendens Christus inueniat uas mundum,& uti per filiũ eius Ialdaboth fœmina à Christo annũciaretur.Descẽdisse autem eum per septẽ cœlos,assimilatũ filijs eorum dicunt,& sensim eos euacuasse uirtutem.Ad ipsum enim uniuersam humectationẽ luminis cõcurrisse dicunt,& descendentẽ Christũ in hunc mũdum,induisse primum sororẽ suam Sophiam, & exultasse utroq; refrigerantes super inuicem,& hoc esse sponsum & sponsam definiũt. Omnia autem quippe ex uirgine per operationem dei generatũ sapiẽtiorem &mundiorẽ,& iustiorem hominibus omnibus fuisse in Christum perplexum Sophiæ descendisse,& sic factũ esse Iesum Christum. Multos igitur ex discipulis eius non cognouisse Christi descẽsionẽ in eum dicunt.descẽdente autem Christo in Iesum, tunc cœpisse uirtutes perficere,& curare,& annunciare incognitum patrem, & se manifeste filiũ primi hominis confiteri.In quibus irascentes principes & patrem Iesu operatos ad occidendũ eum: & in eo cum adduceretur ipsum quidem cũ Sophia abstitisse in incorruptibilem æonem dicunt.Iesum aũt crucifixũ,non autem oblitũ suum Christum, sed misisse de super uirtutem quandã in eum,quæ excitauit eũ in corpore, quod & corpus animale &spirituale uocant:mundialia enim remisisse eum in mundo.Videntes aũt discipuli resurrexisse eũ,nõ eum cognouerũt, sed ne ipsum quidem Iesum,cuius gratia à mortuis resurrexit.Et hunc maximũ errorem inter discipulos fuisse dicunt,quoniã putarẽt eum in corpore mũdiali resurrexisse,ignorantes quoniã caro & sanguis regnũ dei non apprehendunt.Confirmare aũt uolunt descẽsionem Christi & ascensionem

nẽ ex eo, quod neq; post baptismũ, neq; post resurrectionẽ à mortuis aliquid magni fecisse Iesum dicant discipuli, ignorantes adunitum esse Iesum Christo, & incorruptibilẽ æonem hebdomadi, & mundiale corpus animale dicunt. Remoratũ aũt eum post resurrectionẽ XVIII. mensibus, & sensibilitatẽ in eum descendentem didicisse quod liquidũ est, & paucos ex discipulis suis, quos sciebat capaces tãtorũ mysteriorum docuit hæc, & sic receptus est in cœlum. Christo sedente ad dextrã patris Ialdaboth, ut animas eorum qui cognouerũt eos post de passione mundialis carnis recipiat in se, ditans semetipsum patre eius ignorãte, sed ne uidẽte quidẽ eũ, uti in quantũ Iesus semetipsum ditat in sanctis animabus, in tantum pater eius in detrimentis factus deminoretur euacuatus à uirtute sua per animas. Iam enim non habiturum eum animas sanctas, ut rursus demittat eas in seculum, sed tantũ eas quę sunt ex substantia eius, id est, quæ sunt ex insufflatione. Consummationẽ aũt futuram quando tota humectatio spiritus luminis colligatur, & abripiatur in æonem incorruptibilitatis. Tales quidem secundum eos sententiæ sunt, à quibus uelut Lernæa hydra multiplex capitibus fera, de Valẽtini schola generata est. Quidam etiam ipsam Sophiam serpentẽ factã dicunt, quapropter & contrariã extitisse factori Adæ, & agnitionem hominibus immisisse, & propter hoc dictum serpentẽ omnium sapientiorem. Sed & propter positionẽ intestinorũ nostrorũ per quas esca infertur, eo quod talem figuram habeant, ostendentẽ absconsam generatricem serpentis figuræ substantiam in nobis.

Quæ est Ophitarum & Cainorum inreligiositas, etiam impudentia, & unde conscripta ipsorum. Cap. XXXV.

Ophitæ à serpẽte nomẽ habẽt, quẽ colunt pro Christo: Caini Caim & Iudã Iscariotem uenerantur.

ALij aũt rursus Cain à superiore principalitate dicũt & Esau & Core & Sodomitas, & omnes tales cognatos suos cõfitentur, & propter hoc à factore impugnatos neminẽ ex eis male acceptos. Sophia enim illud quod propriũ ex ea erat abripiebat ex eis ad semetipsam: & hæc Iudam proditorem diligenter cognouisse dicunt, & solum prę cæteris cognoscentem ueritatem perfecisse proditionis mysterium, per quem & terrena & cœlestia omnia dissoluta dicunt, & confinctionem afferunt huiusmodi, Iudæ Euangeliũ illud uocantes. Iam aũt & colligi eorum cõscriptiones, in quibus dissoluere opera hysteræ adhortãtur. Hysteram aũt fabricatorẽ cœli & terræ uocãt: nec em̃ aliter saluari eos nisi per om̃ia eant, quẽadmodũ & Carpocrates dixit, & in unoquoq; peccatorũ & turpium operationũ angelum assistere, & operantẽ accidere audaciã & immunditiã inferre, id quod inest ei operationi angeli nomẽ edicere. O tu angele ab. a. te. or. opere tuo fatua illa potestas, perficio tuam operationem: & hoc esse scientiam perfectam, sine tremore in tales abire operationes, quas ne nominare quidem fas est. A talibus matri-

ὑστέρα uulua

Cõsentiebãt uestigia codicum nec quiquã adhuc potuit elici

matribus,& patribus,& proauis eos qui à Valẽtino sint,sicut ipsæ sententiæ & regulæ ostendũt eos,necessariũ fuit manifeste arguere, & in medium afferre dogmata ipsorum,si qui forte ex hijs pœnitentiã agẽtes,& cõuertentes ad unum solum cõditorẽ & deum factorẽ uniuersitatis,saluari possint.Reliqui aũt nõ iam abstrahãtur à praua quasi ueri simili suasione eorũ,putãtes maius & aliquid altius ab hijs scituros se mysteriũ. Sed à nobis bene discentes,quoniã ab illis male docentur,de rideant quidẽ doctrinam eorũ.Illorum autem miserẽtur, qui adhuc tã miserrimis & instabilibus fabulis tantam elationẽ assumpserũt,ut meliores semetipsos reliquis propter talem magnitudinẽ, imò ignorãtiã arbitrentur.Delectatio aũt eorũ hæc est,siue aduersus eos uictoria est sententię eorũ manifestatio. Quapropter conati sumus uniuersum male cõpositum uulpeculæ huius corpusculum in medium producere,& apertum facere manifestũ.Iam enim non multis opus erit sermonibus ad euertendum doctrinam eorũ,manifestam omnibus factam. Quem admodum bestię alicuius in sylua abscõditæ,& inde impetũ facientis, & multos uastantis,qui segregat & denudat syluam, & ad uisionẽ adduxit ipsam feram,iam non elaborauit ad capiendã, uidentes quoniã ea fera fera est:ipsis em̃ adest uidere & cauere impetus eius, & iaculari undiq;,& uulnerare & interficere uastatricẽ illã bestiam. Sic & nobis cum in manifestum redegerimus eorũ abscõdita,& apud se tacita mysteria,iam nõ erit necessarium multis destruere eorum sentẽtiã. Adest enim & tibi & omnibus qui tecũ sunt ad hæc quæ prædicta sunt exercere &*excutere nequam ipsorum doctrinas & inconditas, & apta ueritati ostendere dogmata. Cum igitur hæc sic se habeant, quatenus ꝑmisi secundum nostram uirtutem inferemus euersionem ipsorum, omnibus eis contradicentes in sequenti libro:Enarratio enim in longum pergit,ut uides:& uiatica quoq; dabimus ad euersiõem ipsorũ,occurrentes omnibus sententijs secũdum narrationis ordinem, ut simus nõ tantum ostendentes,sed & uulnerantes undiq; bestiam.

alias euertere.

CAPITA LIBRI SECVNDI.

HÆc insunt in secundo libro redargutionis & euersionis falso cognomine agnitionis.

1 Ostensio quod neq; extra pleroma sit uniuersorum deus, neq; extra plenitudinem eius esse aliquid,neq; quidem duos esse deos immenso interuallo ab inuicem distantes, neq; uirtutem aliquam mundi fabricatricem immensum separatam à patre ignorante eam.

2 Neq; interim in ijs quæ continentur à patre alium quẽdam fabricasse hunc mundum,neq; patrẽ per alia adminicula eam quæ secundum nos est fecisse conditionem,sed tantum per uerbum suum:esse autem conditorem eum, qui est super omnia deus,& ipsum patrem esse domini nostri Iesu Christi.

3 Quoniam inuisibilis quidem est pater,sed non incognitus, neq; ignorare eũ quidem

quidem poterant angeli licet plurimum deorsum deiecti essent ab eo.
4 Quoniam subbilis est pleroma Valentini discipulorum.
5 Ostensio non esse eam quæ est secundum nos creaturam imaginem pleromatis eorum neq; Demiurgum unigeniti.
6 Quomodo immensus excidit de imaginibus eorum sermo.
7 Quoniam non est uerisimile ea quę sunt hic umbrā pleromatis eorum esse.
8 Quàm falsa umbra & uacua eorum ostenditur.
9 Ostensio quoniam est & subsistit mundi fabricator deus, non constat autem qui super hunc adinuenitur pater.
10 De quæstionib. & parabolis quō oporteat soluere ea quæ quæruntur.
11 Quoniam substantiam materię labi adiungere non constat, uoluntate autē & uirtute dei constat & fidem habet.
12 Contradictiones his qui sunt à Valentino.
13 Quomodo is sermo qui est de triacontade illorum concidit in utroq;, & secundum id quod plus est, & secundum id quod minus.
14 Quoniam impossibile est separatas esse ab inuicem eam quæ infra plenitudinem dicuntur cōiugationes, adunitis aūt ijs impossibile est Sophiā sine cōiuge assumpsisse labem, aut etiam generasse aliquid.
15 Quoniam in eodem pleromate non poterat uerbum & silentium esse.
16 Quoniam nullius momenti ostenditur primus ordo emissionum ipsorum.
17 Quoniam sensus non potuisset emitti, quia ipse emittebat reliqua.
18 Quid est emissio, & quoniam hæ quæ ab ijs dicuntur emissiones hominibus congruunt magis quàm deo.
19 De quæstionibus quō & hinc ethnici uerisimilius de uniuersorum generatione responderunt & gratius, & quōdo ab ipsis quæ sunt à Valentino initia sumpserunt, eiusq; sunt secundum eos regulæ.
20 Quæstio de omni specie emissionis & de pleromatis inconsequentia.
21 Quoniam quæ nobis qui sumus ab ecclesia imputant ij qui sunt à Valentino, illis rursum imputant hi qui sunt à Basilide, & illis iterum alij.
22 Quoniam si quis trāsmotus fuerit à Demiurgo, in multos deos & infinitos mundos excidere eum necesse est.
23 Ostensio quoniam Logos in diminutione non est prolatus.
24 Quoniā secundū hæreticos uoluntas patris inuenitur fecisse ignorantiā &
25 Quoniā Sophia nunq; ignorantia & in deminoratione est. (labem.
26 Ostensio quomodo neq; enthymesis sine æone propriam habuerit substantiam, neq; passio sine enthymesi.
27 Quoniā neq; dissoluí neq; pati æon poterat, cū esset spiritalis & in his quæ similia erant conuersans.
28 Quoniam patris exquisitio & inuestigatio magnitudinis eius neq; passionem neq; labem sed tantum perfectiones faciebat in æone.
29 Quoniam nō capit æonem infra pleroma desideriū passionis percepisse.
30 Quomodo de semine ipsorum sermo uniuersus instabilis ostenditur.
31 Quoniam non ignorauit Demiurgus in eum seminis depositionem.
32 Et quoniam si in eum depositum fuisset semen, non potuisset ignorare ea quæ sunt super eum.
33 Quomodo contraria de matre & labe eius consilia decreuerunt.
34 Ostensio quod neq; conceptio neq; generatio seminis fuerit.
35 Quoniam ex solutione parabolarū inpropriam & inconuenientem fictionem suam faciunt.
36 Ostensio quod uno anno non præconiauerit dominus post baptismum sed

sed omnem eam ætatem.
37 Quomodo destruetur qui est de numeris ipsorum, & nominibus sermo.
38 Quoniam secundum Legem neq; imagines neq; figuræ existũt plenitudinis ipsorum, sed neq; figuræ esse possunt.
39 Quoniam omnis numerus constare potest ex scripturis, & typus dici omnis argumenti.
40 De diebus & horis & mensibus & uocabulis & syllabis, de amen, & de nonagintanouem ouibus ex quibus una periit & inuenta est.
41 Ostensio quoniam neque secundum formam pleromatis eorum facta sint quæ facta sunt, neq; rursus uane & prout euenit.
42 Quoniam non possit constare per numeros ueritas.
43 Quæ sunt quæ à nobis possunt exolui & quæ sunt quæ remittuntur deo fabricatori.
44 Ostensio quoniam Demiurgus non sit supergressibilis mente, neque super eum alteram diuinitatem esse.
45 Quid sit quod à Paulo dictum est, scientia inflat, dilectio aũt ædificat.
46 Quomodo oportet parabolas exolui.
47 Quoniam omnem agnitionem non possumus habere in hac uita.
48 Quomodo de emissionibus eorum sermo compositus ostendit patrem & non simplicem, nec uniformem.
49 Quoniam non est uerisimile uerbũ tertiũ habere à patre emissionem.
50 Ostensio quoniam Nus & Logos Nus, & Nus ipse est pater omnium.
51 Quomodo dominus quædam cõcedit patri, & quæ causa est propter quã diem & horam à nemine altero cognosci ait nisi à solo patre.
52 De natura animæ, quoniam secundum illorum sermonem, cum animæ seruentur, necesse est & corpora participare salutem.
53 Quoniam in nullo potest interior illorum homo supergredi Demiurgum.
54 Quoniam non est uerisimile hos quidẽ spiritales esse, Demiurgum autem animalem.
55 Ostensio quod non sit animalis Demiurgus.
56 De assumptione Apostoli usq; ad tertium cœlum, & cur dixit, siue in corpore, siue extra corpus.
57 Quomodo ea quæ aduersus Valentinũ dicũtur omnẽ euertunt hæresim.
58 Conuersio hæreticorum omnium in his quibus non communicant cum Valentino.
59 Ostensio quod non transeant animæ in alia corpora.
60 Ostensio quod non bibant secundum Platonem obliuionis poculum.
61 Ostensio quoniam corpus non est obliuio.
62 Quoniam in corporis communione non amittit suas uires anima.
63 Ostensio quod unusquisque nostrum suam habeat animam sicut & suum corpus.
64 Quomodo perseuerant animæ corporis habentes figuram.
65 Quomodo animæ cũ sint generales in futurũ incorruptibiles perseuerant.
66 Euersio Basilidis cœlorum fabricationis.
67 Ostensio quoniam prophetæ non à uarijs dijs fecerint prophetationes, sed ab uno & eodem.
68 Expositio hæreticorum nominum eorum quæ in prophetis posita sunt.

Argu-

ARGVMENTVM DES. ERASMI ROTERODAMI IN SECVNDVM LIBRVM D. IRENAEI.



IN primo libro recensuit ac detexit Valentini & aliorũ qui hũc sequuti sunt, opiniones, quæ ferè tales sunt, ut in lucem protraxisse sit confutasse. Hic cum singulorum dogmatibus cõgreditur, indicans quid à quibus philosophis sint furfurati ad deceptionem simplicium hæretici. Sic autẽ cum illis pugnat, ut ex ipsorum doctrina sumat tela, quibus illos cõficiat. Vix enim sibi cõstare potest qui multa comminiscitur. Est unus aut alter locus in hoc libro qui requirit candidum interpretẽ, Vnus est cap. 49. Vbi uidetur sentire quod solus pater sciuerit diem & horam, ignorãte filio. Verba s. Irenæi subscribam, Quãdoquidem & dominus ipse filius dei ipsum iudicij diem & horam concesit scire solum patrem, manifeste dicens, De die autẽ illa & hora nemo scit, neq; filius, nisi pater solus. Si igitur scientiam diei illius, filius nõ erubuit referre ad patrem, sed dixit quod uerum est, neq; nos erubescimus &c. Dubitandum autem nõ est quin pio sensu hæc scripserit Irenæus. Sed pulchre nobis exemplũ ingessit, quos pudet quicquam nescire, etiam in rebus diuinis. Alter est in capitibus. 39. & 40. Vbi refert dominum nõ fuisse passum anno trigesimo, aut trigesimo primo, sed ultra quadragesimum annum docuisse Euangelium, Hãc opinionem cõfirmat ratione & autoritate duplici. Rationem hanc adfert, quod quemadmodum dominus pueris, adolescentibus, uiris & senibus seruandis uenerat, ita conueniebat ut omnium ætates susciperet, post annum autem quadragesimũ homo uergit ad senium. Autoritatem profert ex Euãgelio Ioãnis, Quinquaginta annos nõdum habes & Abraham uidisti. ex hoc colligit dominum id temporis prætergressum annum quadragesimum. nondum autem ad quinquagesimum peruenisse. Cõfirmat hoc testimonio discipulorum qui cum Ioanne Euangelista uixerant in Asia, qui se prædicarent hæc audisse, non solum ab ipso Ioanne, uerumetiam ab alijs Apostolis. Hæc opinio plurimum discrepat ab ea, quam nunc sequitur ecclesia. Consideret lector.

PRAEFATIO SECVNDI LIBRI.



IN primo quidem libro qui ante hunc est arguentes falsi nominis agnitionem, ostendimus tibi dilectissime, omne ab his qui sunt à Valentino per multos & contrarios modos adinuentum esse falsiloquium, & sentētias exposuimus eorum, qui priores extiterunt, discrepantes eos sibimetipsis ostendētes, multo autem prius ipsi ueritati. Et Marci quoq; magi sententiam, cum sit ex his, cum operibus eius omni diligentia exposuimus, & quāta ex scripturis eligentes, adaptare conātur fictioni suæ, diligēter retulimus: ijdem quonāmodo per numeros & per uigintiquatuor elemēta alphabetæ ueritatē affirmare conātur & audent, minutatim perexiuimus. Et quemadmodum conditionem secūdum imaginē inuisibilis apud eos pleromatis factam dicunt, & quanta de Demiurgo sentiunt ac docent renūciauimus, & progenitoris ipsorum doctrinam Simonis Magi Samaritani & omnium eorum qui successerunt ei manifestauimus. Diximus quoq; multitudinem eorum qui sunt ab eo gnostici, & differētias ipsorum, & doctrinas & succesiones adnotauimus, quæq; ab eis hęreses institutæ sunt, omnes exposuimus. Et quoniam omnes à Simone hæretici initia sumentes, impia & inreligiosa dogmata induxerunt in hanc uitam ostēdimus, & redemptionē ipsorum, & quomodo initiāt eos qui perficiuntur, & factiones eorū & mysteria manifestauimus: & quia unus deus cōditor, & quia nō postremitatis fructus, & quia neq; super illum, neq; post eum est aliquid. In hoc autem libro instruemus, quæ nobis apta sunt, & quæ permittit tēpus, & euertemus per magna capitula omnem ipsorū regulā: quapropter quod sit detectio & euersio sententiæ ipsorum, operis huius conscriptionem ita titulauimus. Oportet enim absconditas ipsorum coniugationes per manifestarum coniugationem indicium & euersionem Bythum dissoluere, & quoniam neq; fuerit aliquando, neq; sit accipere ostensionem.

διεξιῶναι

OSTENSIO QVOD

NEQVE EXTRA PLEROMA SIT VNIVERSORVM DEVS neq; extra plenitudinem eius esse aliquid, neq; quidem duos esse deos immenso interuallo abinuicem distantes, neq; uirtutem aliquam mundi fabricatricem immensum separatam à patre ignorante eam. Cap. 1.

BENE igitur habet à primo & proximo capitulo inchoare nos à Demiurgo deo q̃ fecit cœlum & terram & omnia quæ in eis sunt, quẽ ĩj blasphemantes extremitatis fructũ dicunt: & ostendere, quod neq; super eum, neq; post eum est aliquid: neq; ab aliquo motus, sed sua sentẽtia & libere fecit omnia, cum sit solus deus & solus dominus, & solus conditor, & solus pater, & solus continens omnia, & omnibus ut sint, ipse præstans. Quemadmodũ enim poterit super hũc alia, plenitudo, aut initium, aut potestas, aut alius deus esse? cum oporteat deum horum omniũ pleroma in immenso omnia circumcontinere, & circumcontineri à nemine. Si autẽ extra illum aliquid, iam non omnium est pleroma, neq; cõtinet omnia. Deerit enim pleromati aut ei qui sit super omnia deo, hoc quod extra eum dicũt. Quod autem deest & delibatum est ab aliquo, non est omnium pleroma. & terminum autẽ & medietatẽ & finem habebit, ad eos qui sunt extra eum. Si autẽ finis est in ea quę sunt deorsum, initium est ad ea quę sunt sursum. Similiter autem & ex reliquis partib. necessitas est omnis id ipsum experiri, & ab eis qui foris sunt cõtineri, & determinari, & includi. Is enim qui est deorsum finis necessario omni modo circũscribit & circũdat eum qui firmatur in eum. Et iterũ secũdum eos, pater omnium, quem uidelicet & proonta & proarchen uocãt cum pleromate ipsorum. Et Marcionis bonus deus in aliquo conditus & reclusus & à foris circũdatus ab altera principalitate quam necesse est maiorẽ esse, quoniã id quod cõtinet eo quod cõtinetur maius est, quod aũt maius est, id & firmius est & magis dominus, & quod maius est & firmius, & magis dominus, hoc erit deus. Cum enim sit secundũ eos & aliud quid, quod quidẽ extra pleroma esse dicunt, id quod est superiorẽ erraticam uirtutẽ descendisse opinãtur, necesse est omĩ modo & cõtinere id quod extra est, cõtineri aũt pleroma, alioquin nõ erit extra pleroma. Si enim extra pleroma est aliquid, intra hoc ipsum quod extra pleroma dicunt, erit pleroma, & cõtinebitur pleroma ab eo quod est extra. Cum pleromate autẽ subaudiatur & primus deus, aut rursus in immensum distare & separata esse ab

πρόων, id est qui prius fuit.

inuicem,id est & pleroma,& quod est extra illud. Si aũt hæc dixerint, tertiũ quid erit, quod in immensum separat pleroma, & hoc quod est extra illud,& hoc tertiũ circũ definit & cõtinebitur aqua,& erit maius tertium hoc pleromate & eo quod extra illud,sicut in suo sinu cõtinẽs utraq; :& in infinitũ de his quæ continentur,& de his quæ cõtinent in cidet sermo. Si aũt tertiũ hoc initiũ habebit in superiora, & finẽ in inferiora,oñino necessitas est & à laterib. definiri illud,uel inchoãs,uel desinens ad alia quædã,& illa rursus & alia quæ sunt sursum & quę deorsum,ad alia quædã habebũt initia,& hoc usq; in infinitũ, ut nunq; stet eorum cogitatio in uno deo,sed per occasionem plusquã est quærẽdi, in id quod nõ sit excidat,& abstat à uero deo. Similiter aũt hæc & ad uersus eos qui sunt à Marcione aptata sunt. Continebãtur em̃ & circũ finiebantur & duo dei,ab immẽso interuallo,quod separat eos ad inuicem. Si aũt id excogitandi est necessitas, secundũ omnem partem multos deos immensa separatione distãtes,ab inuicẽ quidẽ inchoantes,ad inuicem autem finientes,& illa ratione,qua nitũtur docere super fabricatorem cœli & terræ esse aliquod pleroma aut deũ, eadẽ ratione utẽs quisq; adstruet super pleroma, alterũ esse pleroma, & sup illud rursus aliud,& super Bythum aliud pelagus dei. Et à laterib. autem similiter eadem esse, & sic in immẽsum excitante sententia & semper necessitas erit excogitare altera pleromata,& alteros Bythos,& nunq; aliquãtos cõsistere,semper quærẽtes alios præter dictos. Et erit aũt incertũ utrũ nam hæc sint deorsum quæ sunt secundum nos, an hæc ipsa superiora sint,& quæ dicuntur ab eis sursum,utrum nã sursum aut deorsum sint: & nullus status,neq; firmitas continebit sensum nostrũ, sed in immensos mundos & indeterminatos deos excedere necessitas erit. Et cũ hęc sic se habent,unusquisq; deus suis cõtentus erit,& nõ curiose aget de alienis:si quo minus, iniustus erit & auarus & cessans esse qd' deus est. & unaquæq; cõditio suũ fabricatorẽ glorificabit, & ipso sufficiẽs erit, &alterũ nõ cognoscet:si quo minus,apostata iustissime ab omnib. iudicatus,dignissimã cõcipiet pœnam. Oportet enim aut unũ esse qui omnia cõtinet,& in suis fecit unũquodq; eorũ quę facta sunt,quẽadmodũ ipse uoluit:aut multos rursus & indeterminatos factores & deos, ab inuicẽ quidẽ incipientes,ad inuicẽ aũt desinẽtes per omnẽ partem: & alios omnes à foris ab alterutro quodãmodo recõtineri,& uel inclusos &manentes in suis unũquenq; eorũ cõfiteri necessitas erit,neminẽ aũt horum omnium esse deum. Deerit enim unicuiq; eorũ partẽ minimam habenti,ad cõparationem omniũ reliquorũ,& soluetur omnipotẽtis appellatio,& necessitas erit in impietatẽ cadere talẽ sensum. Qui autẽ ab angelis mũdum dicunt fabricatum, uel ab alio quodam mũdi fabricatore,præter sententiã eius qui super omnia pater est, primo quidem

dem ex hoc ipso peccant, præter uoluntatem primi dei talem & tantam conditionem angelos fecisse dicentes: quasi efficaciores sint angeli quàm deus, aut rursus quasi ille negligens sit, aut minor existens aut nullam curam habens eorum, quæ in proprijs ipsius fiant, utrum nam male an bene fiant, ut illud quidem dissipet & prohibeat, alterum autem laudet & gaudeat: hoc autem ne homini quidem solerti applicet quis, quanto magis deo? Post deinde dicant nobis, Vtrumnam in his quæ ab illo continentur, & in proprijs eius fabricata sunt hæc, an in alienis & extra eum positis. Sed si quidem dicant extra eum, similiter omnia prædicta inconuenientia occurrent eis, & includetur primus deus ab eo qui extra eum est, in quo & desinere eum necesse erit.

Neq; iterum in ijs quæ continentur à patre alium quendam fabricasse hunc mundum, neq; patrem per alia adminicula eam quæ secundum nos est facisse conditionem, sed tantum per uerbum suum: esse autem conditorem eum, qui est super omnia deus, & ipsum patrem esse domini nostri Iesu Christi. Cap. II.

SI autem ualde uanum erit præter sentẽtiam eius in eius proprijs ab angelis & ipsis qui sunt potestatis eius, aut ab alio quodã dicere fabricatum esse mundum, aut quasi non omnia respiciat ipse quæ sint in suis, aut non sciat quæ ab angelis futura sunt. Si autem nõ præter uoluntatem eius, sed uolente & sciente, quemadmodum quidam opinantur, nõ angeli uel mundi fabricator causæ erant fabricationis istius, sed uoluntas dei. Si enim mũdi fabricator est, angelos ipse fecit, aut etiam causa creationis eorum ipse fuit: & mundum ipse uidebitur fecisse, qui causas fabricationis eius præparauit: licet per longam successionem deorsum angelos dicant factos, uel mũdi fabricatores à primo patre, quẽ admodum Basilides ait, nihilominus id quod est causa eorũ quæ facta sunt, in illum qui prolator fuit talis successionis recurret: quemadmodum in regem correctio belli refertur, qui præparauit ea quæ sunt causa uictoriæ: & conditio huius ciuitatis, aut huius operis, in eũ qui præparauit causas ad perfectionem eorum quæ deorsum facta sunt. Quapropter non iam securim dicimus incidere ligna, uel serram secare, sed hominem concidere & secare rectissime quis dicat eum, qui ipsam securim & serrã ad hoc fecit, & multo prius armamenta omnia, per quæ fabricata sunt securis & serra. Sic igitur iuste secũdum illorum rationẽ pater omnium dicetur fabricator huius mundi, & non angeli, neq; alius quis mundi fabricator, prẽter illum qui fuit prolator, & prius causa factionis huiusmodi præparationis existens. Sit fortasse hic sermo suasorius siue seductorius apud eos qui ignorant deum, & hominib. qui assimilant eum in operibus, & his qui nõ possunt statim aliquid ex parato fabricare, sed indigẽtib. multis organis ad eorum fabricationem: non autem ueri similis in totum apud eos, qui sciunt, quoniam nullius

indigens omniũ deus,uerbo condidit omnia & fecit,neq; angelis indi gẽs adiutoribus ad ea quæ fiunt,neq; uirtute aliqua ualde inferiori ab illo,& ignorãte patre,Neq; aliqua labe,neq; ignorantia,ut is qui inci peret eũ cognoscere homo fieret:sed ipse in semetipso, secundũ id qđ est inenarrabile & inexcogitabile nobis omnia prędestinans fecit quẽ admodum uoluit,omĩbus cõsonantiã & ordinem suum & initiũ crea tionis donãs. Spiritalibus quidẽ spiritalem & inuisibilem,& supercœ lestibus cœlestem,& angelis angelicã,& animalibus animalem,& na tantibus aquatilem,& terrigenis terrigenã,omnib. aptam æqualitatis substantiam:omnia aũt quæ facta sunt,infatigabili uerbo fecit. Propri um est enim hoc dei supereminentiæ,non indigere alijs organis ad cõ ditionem eorum quę fiunt,& idoneus est & sufficiẽs ad formationem omnium proprium eius uerbum, quemadmodum & Ioãnes domini discipulus ait de eo. Omĩa per ipsum facta sunt, & sine ipso factũ est ni hil. In omnibus aũt est & hic qui est secũdum nos mũdus. Et hic ergo ā uerbo eius factus est,sicut scriptura Geneseos dicit,omnia quæ sunt, secundum nos fecisse deum per uerbum suum. Similiter aũt & Dauid exequitur. Quoniã ipse dixit & facta sunt, ipse mãdauit & creata sunt. Cui igitur magis credemus de mundi fabricatione,his ne qui prędicti sunt,hæreticis,sic fatua & inconstantia garrientibus, an discipulis do mini,& fideli famulo dei Moysi & prophetæ? qui primo genesim mũ di narrauit,dicẽs. In principio fecit deus cœlum & terram,& deinceps reliqua omnia,sed non dĩj,neq; angeli.

Quoniam inuisibilis quidem est pater,sed non incognitus,neq; ignorare eum quidem poterant angeli licet plurimum deorsum deiecti essent ab eo. Cap. III.

QVoniam autem hic deus est pater domini nostri Iesu Christi & de hoc Paulus apostolus dixit, Vnus deus pater qui est super omẽs, & per omnia,& in omnibus nobis, Iam quidem ostendimus unũ esse deum:ex ipsis autem apostolis,& ex domini sermonibus adhuc osten demus. Quale enim est:prophetarum & domini & apostolorũ relin quentes nos uoces,attendere his nihil sani dicentibus? Instabilis igi tur qui est secũdum eos Bythus,& id quod est huius pleroma,& Mar cionis deus. Siquidem,quemadmodum dicũt, extra se habet subiacẽs se aliquid, quod uacuum & umbram uocant, & uacuum hoc maius pleromate ipsorum ostenditur instabile. Est autem & hoc dicere,infra se omnia continente eo ab altero quodam fabricatam esse conditio nem: oportet enim illos necessarie uacuum aliquid & informe cõfite ri,in quo fabricatum est hoc,quod est uniuersum,infra spiritale plero ma,& informe hoc,utrum sciente & propatore quæ in eo futura erant ex studio sic reliquisse,an ignorante. Et si quidẽ ignorante,iam nõ om nium erit præscius deus. Sed nec quidem causam reddere habebunt,

propter

propter quam rem locum hunc temporibus tãtis otioſum ſic reliquit. Si autem præſcius eſt & mente cõtemplatus eſt eam cõditionẽ, quę in eo loco futura eſſet, ipſe fecit eã, qui & performauit eam in ſemetipſo. Quieſcant igitur dicere, ab alio factũ eſſe mundũ: ſimul enim ac mente cepit deus, & factum eſt hoc, quod mẽte cõceperat. Nec enim poſsibile erat alium quidẽ mente concipere, alium uero facere quæ ab illo mẽte concepta fuerant: Sed aut æternũ mundũ mente concepit ſecũdum eos hæreticos deus, aut tẽporalẽ, quæ utraq; incredibilia. Sed ſi quidẽ æternũ eum mente concepit, & ſpiritalem & uiſibilẽ, talis & factus fuiſſet. Si aũt talis qualis eſt, & ipſe fecit eum talem, qui talẽ quidẽ mente cõceperat, aut in præſentia patris uoluit eſſe eũ ſecundũ mentis conceptionem talem, & cõpoſitum & mutabilem & tranſeuntẽ. Cum aũt ſit talis, qualem pater deformauerat apud ſemetipſum, dignum eſſe patris fabricatione. Quod autem à patre uniuerſorum mente cõceptum eſt, & prę formatum, ſic quemadmodum & factum eſt, labis eſſe dicere fructum & ignorantiæ prolationem, magnæ blaſphemiæ eſt. Erit em̃ ſecundum illos, pater omnium ſecundum ſuam mentis cõceptionem in pectore ſuo, labis emiſsionis & ignorantiæ fructus generans: quę enim mente conceperat, hæc facta ſunt.

Quoniam ſubbilis eſt pleroma Valentini diſcipulorum. Cap. IIII.

CAuſa igitur quærenda eſt huiuſmodi diſpoſitionis dei, ſed non fabricatio mundi altero aſcribenda: & ante præparata omnia dicenda ſunt à deo ut fierent, quemadmodum & facta ſunt. Sed non umbra & uacuitas quæretur, utrum ab omnium patre & prolatore, ſecundum eos & ipſum prolatum, & eſt æqualis honore & cognatum reliquis æonibus, forte autem & antiquius ipſis. Si autem ab eodem emiſſum eſt, ſimile eſt ei qui emiſit, & his cum quibus emiſſum eſt. Neceſsitas ergo erit omni modo & Bythum ipſorum cum Sige uacuo ſimilem eſſe, hoc eſt uacuum eſſe: & reliquos æonas, cum ſint uacui fratres, uacuam & ſubſtantiam habere. Si autem non eſt emiſſum, à ſe natum eſt, & à ſe generatum eſt, & æquiparans in tempore ei qui eſt ſecũdum eos Bytho omnium patri, & ſic eiuſdem naturę & eiuſdem honoris erit uacuũ ei, qui eſt ſecundũ eos, omniũ patri. Oportet enim illum emiſſum eſt ab aliquo, aut à ſe generatũ, & à ſe natũ eſſe. Sed ſi quidem emiſſum eſt uacuum, uacuus & prolator eſt Valentinus, uacui & ſectatores eius. Si aũt non prolatũ eſt, ſed à ſe generatum eſt, & ſimile eſt & fraternũ & eiuſdem honoris id quod eſt uacuũ ei patri qui prædictus eſt à Valentino: antiquius autem & multo ante exiſtens & honorificẽtius reliquis æonibus ipſius Ptolemæi & Heracleonis, & reliquis omnibus qui eadem opinantur. Si autem & aporiati in his confiteantur continere omnia patrem omniũ, & extra pleroma eſſe nihil. Nam neceſsi-

Videtur reddidiſſe Græcã uocẽ κενόζωλος

Vterq; fuit imitator Valẽtini.

ceſsitas eſt omni modo definiri eum & circumſcribi ab aliquo maiore, & id quod extra & quod intus, dicere eos ſecūdū agnitionē & ignorā tiam ſed non ſecundum localem ſentētiam. In pleromate aūt uel in his quæ continētur à patre facta à Demiurgo aut ab angelis quęcunq; & facta ſcimus, contineri ab inenarrabili magnitudine, uelut in circulo cē trum, aut uelut in tunica maculā: Primo quidē qualis Bythus erit ſubſiſtens in ſinu ſuo macula fieri, & permittens in ſuis alterum quendam condere uel proferre, præter ſuam mētem, quod quidem imbecillitatē uniuerſo pleromati afferre inciperet, cum poſſet ab initio abcidere labem, & eas quæ ab eo initium acceperunt emiſsiones, neq; ignorātia, neq; in paſsione, neque in labe conſtitutionem creationis permittere accipere. Qui enim poſtea emendat labem uel maculam, multo prius poterat obſeruare ne quidem initio in ſuis fieri talem maculam. Vel ſi initio quidem conceſsit, quoniam aliter fieri non poterant, quę facta ſunt, oportet & ſemper ſic fieri illa. Quæ enim initio nō poſſunt emendationem perficere, quemadmodū hanc poſtea percipient, aut quēad modum homines aduocari, aut quem factum dicunt cauſæ ex quibus facti ſunt homines uel ipſe Demiurgus uel angeli in labe dicātur eſſe: ſi ideo quod benignus ſit in nouiſsimis tēporibus miſertus eſt hominum, & perfectum eis dat, illorū primo miſereri debuit qui fuerunt hominis factores, & dare eis perfectū. Sic utiq; & homines miſerationē percepiſſent, de perfecto perfecti facti. Si enim operis ipſorū miſertus eſt, multo prius illorum miſereri debuit, & non ſinere in tantum cæcitatis uenire eos. Soluetur autem eorū & ille qui eſt de umbra & uacuo ſermo, in quibus eam quæ eſt ſecundū nos factā dicunt cōditionē, ſi in his quæ cōtinentur à patre facta ſunt hæc: ſi enim paternū illorū lumē tale opinātur, ut omnia adimplere poſsit quæ intra eū ſunt, & omnia illuminare, quemadmodū uacuū & umbra in his quæ à pleromate & à paterno lumine continentur poterat eſſe. Oportet enim eos & locū oſtendere intra propatorē aut intra pleroma nō illuminatū nec retentum ab aliquo, in quo aut angeli aut Demiurgus fecit quæcūq; uoluit. Nec enim modicus locus eſt, in quo tanta & talis cōditio facta eſt. Neceſsitas erit itaq; uniuerſa, intra pleroma aut intra patrē ipſorū localiter uacuum aliquid & informe & tenebroſum fieri, in quo fabricata ſunt quæ fabricata ſunt: incuſationē quoq; recipiet paternum ipſorū lumen, quaſi nō poſsit ea quæ intra ipſum ſunt illuminare & implere. Adhuc autem labis fructum dicentes ea, & erroris operā, labem & errorem adducent intra pleroma & in ſinum patris.

Oſtenſio non eſſe eam quæ eſt ſecundum nos creaturam imaginem pleromatis eorum neq; Demiurgum unigeniti. Cap. V.

ADuerſus eos igitur qui dicunt extra pleroma uel ſub bono deo hunc

hunc mundum factum, ea quæ pauloante dicta sunt à nobis apta sunt; & cõcludentur tales cũ patre suo ab eo qui extra; in quo etiã & desinere eos necesse est. Aduersus eos aũt qui dicunt in his quæ cõtinentur à patre, ab alijs quibusdam factum hunc mũdum; omnia quæ nũc dicta sunt absurda & incõuenientia occurrent, & cogẽtur aut omnia lucida & plena & operosa ea quæ sunt intra patrem confiteri, aut paternũ lumen accusare, quasi qui nõ possit omnia luminare: aut sicut pars; sic & uniuersum pleroma ipsorũ uacuum & indispositũ & tenebrosum cõstitendũ. Et reliqua omnia quæcunq; sunt conditionis accusant, quasi tẽporalia sint, & ęterna choica, aut inaccusabilia esse oportet, cũ sint intra pleroma & in sinu patris: aut etiã in uniuersũ pleroma similiter uenient incusationes, & causa ignorãtiæ inuenietur, Christus eorũ. Sic enim dicunt eum formasse secũdum substantiã, matrem ipsorũ foras proiecit extra pleroma, id est separauit ab agnitiõe. Ipse igitur in ea ignorantiã fecit, qui separauit eam ab agnitione. Quõ igitur idem ipse reliquis q̃dem æonibus ijs qui eo anteriores erãt præstare agnitionẽ poterat, matri autem eius causa esse ignorantiæ: extra agnitionẽ enim fecit eam extra pleroma eam proijciens. Adhuc quoq; si secundum agnitionem & ignorantiam, intra pleroma & extra pleroma dicent, si quidã ex ipsis dicunt, quoniam qui ignorantiæ est intra id est quod agnoscit saluatorem, quem omnia esse dicunt, in ignorantia fuisse cõsentire eos necesse est. Dicũt enim eum cũ foras extra pleroma uenisset formasse matrem ipsorum: sic igitur id q̃ est extra ignorantiã dicũt uniuersorũ: exijt aũt saluator ad formationẽ matris ipsorũ. extra agnitionẽ uniuersorum factus est, hoc est in ignorantia. Quomodo igitur illi agnitionem prẽstare poterat cum & ipsa extra agnitionem esset: & nos enim extra agnitionem cum simus ipsorum, extra pleroma esse dicunt. Et iterum. Si igitur saluator exiuit extra pleroma ad inuestigationem perditæ ouis, pleroma aũt est agnitio, extra agnitionẽ factus est, qđ est ignorãtia. Aut enim localiter quod est extra pleroma consentire eos necesse est, & omnia quæ prædicta sunt contraria occurrent eis, Vel si secũdum agnitionem dicũt, quod est intus, & ignorantiam quod est extra, saluator illorum & multo ante Christus ignorãtia facti erunt extra pleroma, egressi ad formationem matris ipsorum, quod est extra agnitionem. Hęc autem aduersus omẽs qui quolibet modo uel ab angelis, uel ab alio quodam præter uerbũ dei mundũ factum esse dicunt, similiter adaptabuntur. Quam enim incusationem faciũt de Demiurgo & de his quę facta sunt materialia & tẽporalia, recurreret in patrem. Si quidem quẽadmodum in uentre pleromatis facta sunt, quę inciperẽt mox demũ dissolui secundum concessionẽ & ad placitum patris. Iam igitur nõ est fabricator causa huius operationis, ualde bene putans semetipsum fabricare,

sed

sed qui in suis cõcedit & probat labis prolatiõis & erroris opera fieri, & in æternis temporalia, & in incorruptibilib. corruptibilia, & in his quæ ueritatis sunt, ea quæ sunt erroris. Si autẽ non concedẽte neq; approbante patre uniuersorũ facta sunt hæc, potẽtior & fortior & dominatior is qui fecit in hijs quæ propria illius sunt, quæcũq; ille non concessit. Si aũt non approbãs cõcessit pater ipsorum, quemadmodũ quidam dicunt, aut potẽs prohibere cõcessit per necessitatẽ quãdam, aut non potens. Sed si quidem nõ poterat, inualidus & infirmus est. Si autem potens, seductor & hypocrita & necessitatis seruus, non consentiens quidem, cõcedens autem quasi cõsentiens, & initio cõcedens sistere errorem & crescere illum conatur, quãdo iam multi male perierunt per labẽ. Non decet autẽ eum qui super omnia sit deus, cum sit liber & suæ potestatis, necessitati seruisse dicere, ut sit aliquid secũdum cõcessionem prẽter sentẽtiã eius. Alioquin necessitatẽ maiorẽ & dominationem facient, quàm deũ, quãdo id quod magis potest antiquius sit omnibus. Et statim in principio causas abcidere necessitatis debuit, & nõ concludere semetipsum ad habendam necessitatẽ, cõcedendo aliquid præterquã deceat eum. Multo enim melius & consequẽtius & magis deificũ erat, ut in principio initiũ excederet huiusmodi necessitatis, q̃ postea quasi de pœnitẽtia conaretur tãtum fructificationẽ necessitatis eradicare. Et si necessitati seruiens erit mater uniuersorũ, & sub fatũ cadet modeste ferens in his quæ fiunt, præter necessitatẽ aũt & fatum nihil agere possit, Similiter atq; Homericus Iupiter qui p̃ necessitatẽ dicit. Et ego enim tibi dedi uelut uolens nolente animo. Secũdum igitur hanc rationẽ necessitatis & fati inuenietur seruus Bythus ipsorũ. Quo modo aũt & ignorabant uel angeli aut mũdi fabricator primum deũ, quando in eis propr̃js essent & creaturæ existerent eius & continẽtur ab ipso. Inuisibilis quidẽ poterat eis esse propter eminẽtiã, ignotus autem nequaq̃, propter prouidẽtiam. Etenim licet ualde per descensionẽ multum separati essent ab eo, quoquo modo autẽ, sed tamẽ dominio in omnes extenso, oportuit cognoscere dominantem ipsorum, & hoc ipsum scire, quoniã qui creauit eos est dominus omniũ. Inuisibile eñ eius cum sit potens magnam mẽtis intuitionẽ & sensibilitatẽ omnibus præstat potentissimæ & omnipotentis eminentiæ. Vnde etiã si nemo cognoscit patrẽ nisi filius, neq; filiũ nisi pater, & quibus filius reuelauerit, tamen hoc ipsum omnia cognoscunt, quãdo ratio mentibus infixa moueat ea & reuelet eis, quoniã est unus deus omniũ dominus, & propter hoc altissimi & omnipotẽtis appellationi omnia subiecta sunt, & huius inuocatione etiã ante aduentũ domini nostri saluabantur homines & à spiritibus nequissimis & à dæmonũjs uniuersis, & ab uniuersa apostasia, Nõ quasi uidissent eum terreni spiritus aut dæmones, sed

Iliados A: κεἰ γὰρ ἐγώ σοι δῶκα ἑκὼν ἀέκοντι θυμῷ.

cum

cum scirēt quoniam est super omnia deus,cuius & inuocationē treme bāt & tremit uniuersa creatura & principatus & potētia, & omnis sub iecta uirtus. Aut nunquid hi qui sub Romanorū imperio sunt, quāuis nunc̄ uiderint imperatorē, sed ualde & per terrā & per mare separati ab eo,cognoscēt propter dominiū eum, qui maximam potestatem ha bet principatus? Qui autem super nos erant angeli, uel ille quem mun di fabricatorem dicunt,non cognoscent omnipotētem? quādo iam & muta animalia tremant & cedant tali inuocationi,& utique non uide runt eum,tamē domini nostri nomini subiecta sunt omnia: sic & unus qui omnia fecit & condidit uocabulo, cum alter non sit quàm ipse qui mundū fecit. Et propter hoc ludæi usc̄ nunc hac ipsa aduocatione dæ monas effugant,quando omnia timeant inuocationē eius qui fecit ea. Si itac̄ mutis animalib. irrationabiliores uoluerint angelos esse, inue nient quoniā oportebat,licet non uidissent hi eum qui super omnia de us est,uti cognoscerēt potentatū & dominiū eius. Ridiculum enim ue re adparebit,si se quidē qui super terrā sunt cognoscere dicūt, eum qui super omnia est deus,quem nunc̄ uiderūt: ei autem qui eos fecit & u niuersum mundū secundū eos,non permittāt,cum sit in summis & su per cœlos,cognoscere ea quæ ipsi quū sint in humilib.sciunt: nisi si for te sub terra in tartaro esse Bythum suum dicūt, Quapropter & primos se cognouisse eum quàm hi qui in altitudine habitāt angeli, in tantam amentiam uenientes,uti dementē pronuncient mūdi fabricatorē: quo rum quidem uere est misereri,cum in tanta dementia dicant nec̄ ma trem agnouisse eum nec̄ semen eius,nec̄ pleroma æonum,nec̄ pro patorem,nec̄ quid essent quæ fabricauit.

Quomodo immensus excidit de imaginibus eorum sermo. Cap. VI.

ESse autem imagines eorum quæ intra pleroma sunt,latenter salua tore operato sic fieri in honorem eorum qui sursum sunt,ignoran te c̄ Demiurgo uniuersa saluatorem dicunt honorasse pleroma in con ditione per matrem, similitudines & imagines eorum quæ sursum sunt emittentem. Sed quoniā quidem impossibile erat extra pleroma esse aliquid, in quo imagines dicunt factas esse eorum, qui sunt intra pleroma, ab alio quodam præter primam deum fabricari hunc mun dum ostendimus. Si autem suaue est undique euertere eos, & menda ces arguere,dicemus aduersus eos, quoniam si in honorem eorū quæ sursum sunt,facta sunt hæc secundum illorum imaginē à saluatore,sem per ea oportet perseuerare,uti & semper sint in honore quæ sunt inho norata. Si aūt trāscunt,quæ utilitas huius breuissimi tēporis honoris, qui aliquādo quidem nō fuit,rursus autem non erit? Vanæ igitur glo riæ appetitor magis erit saluator, c̄ honorans quæ sunt sursum argui tur à nobis. Quis enim honor est æternorum eorum quæ semper sunt,

ea quæ

ea quæ sunt temporalia,eorum quæ stant,ea quæ prætereunt,incorruptibilium corruptibilia? Quandoquidē & apud homines qui sunt tēporales nulla gratia est eius honoris qui celeriter præterit,sed eius qui plurimum quātum potest perseuerat. Quæ autem statim ut facta sunt exterminantur,in contumeliam magis eorum qui putantur honorari, facta esse iuste dicentur, & contumelioſe tractari id quod est æternū, corrupta eius & soluta imagine. Quid autem nō ploraſſet & aporiata esset mater ipsorum nō habuisse saluator per quę honoraret plenitudinem extremæ confusionis,nō habentis propriam substantiā, per quā honoret propatorem. O uanæ gloriæ honor,qui statim præterit & iā non apparet,Erit aliquis æon in quo in totum talis honor fuisse nō reputabitur,& inhonorata erunt tunc quæ sunt sursum, aut aliam iterū necesse erit matrem emittere plorantem & aporiatam in honorē plerorum matis. O indissimilis simul autem & blasphemæ imaginis, imaginem mihi dicitis emissam à mūdi fabricatore unigeniti,quem & Nun uultis esse patris uniuersorum,& imaginem hanc ignorare quidem semetipsam,ignorare autem & conditionem,ignorare autem & matrē,& omne quodcunq; est ipsorum quę sunt,& eorum quę ab eo facta sunt, & non erubescitis aduersus uos ipsos ignorantiam inducentes usq; ad ipsum Monogenen. Si enim secundum similitudinem eorū quę sunt sursum,à saluatore facta sunt hæc,ignorante eo qui secundum similitudinem factus est,necesse est & circa eum & secundum eum ad cuius similitudinem factus est is qui ignorat huiusmodi ignorantiam non extiterit spiritaliter,Nō enim possibile est cum sint utriq; spiritaliter emissi, neq; plasmati,neq; compositi,in quibusdam quidem similitudinē seruasse,in quibusdā uero deprauasse imaginē similitudinis, quæ in hoc sit emissa,ut sit secundum similitudinem eius, quæ sursum est emissio: quod si nō est similis saluatoris erit incusatio,qui dissimilē emisit imaginem,quasi reprobabilis artifex. Nec enim dicere possunt, quasi non haberet potestatē emissionis saluator,quē omnia esse dicunt. Si igitur dissimilis est imago,malus est artifex,est culpa saluatoris secundū eos. Si autem similis est,eadem ignorātia inuenietur circa Nun propatoris ipsorū,hoc est,Monogenen:& ignorabit quidē semetipsum Nus patris,ignorauit autem & patrem,ignorauit autem & ea quæ ab eo facta sunt. Si autem cognoscit ille & eum qui ad similitudinē eius factus est à saluatore,necesse est cognoscere quæ sunt similia,& soluta est ipsorū, secundum suam regulam maxima blasphemia. Et sine hoc autem,quo nā modo ea quæ sunt creaturæ sic uaria & multa & innumerabilia, eorum æonum qui sunt intra pleroma xxx imagines esse possunt,quorū & nomina quæ sunt & secundum quod dicunt, in eo qui est ante hūc libro posuimus? Et non tantum uniuersæ creaturæ ueritatem, sed ne

qui-

quidem patris alicuius aut cœlestium, aut superterrestrium, aut aquatilium poterint adaptare pleromatis ipsorum paruitati. Quoniã enim pleroma ipsorum xxx. æones sunt ipsi testantur, quoniã autem in una parte ipsorum quę dicta sunt non xxx. sed multa milia speciẽ esse adnumerant, eos ostendere omnis quicunq; confitebitur. Quomodo igitur ea quæ tam multa sunt conditionis, & contrarijs subsistentia, & repugnantia inuicem, & interficientia alia, imagines & similitudines esse possunt xxx. æonum pleromati, si quidẽ unius naturæ, quemadmodũ dicunt ex æquali & simili existant, & nullam habeãt differentiã. Oportebat autem si hæc illorum imagines sunt, quemadmodum natura nequam homines dicunt quosdã, & natura rursus bonos, & æonum ipsorum ostendere tales differẽtias, & quosdam quidem ex ipsis natura bonos dicere emissos, quosdam aũt & natura malos, ut imaginis illorum adinuentio congruens esset æonibus. Adhuc aũt quoniã in mũdo altera quidem sunt mansueta, altera uero fera, & quædam quidem innocẽtia, quædam aquatilia, quędam uolatilia, quędã cœlestia, similiter æonas ostendere debent tales habere affectiones, si quidem hęc illorũ magines sunt. Et ignis autem æternus, quem pręparauit pater diabolo & angelis eius, cuius eorum qui sunt sursum æones imago sit, interpretari debẽt, & ipse eñ in cõditione numeratur. Si aũt excogitationis eius qui passus est æonis dicent imagines hæc esse, primum quidem impie agent aduersus matrem suam, malorum & corruptibilium imaginem initiatricem esse eam dicẽtes. Deinde autem ea quę sunt multa & dissimilia, & contraria natura, quo iam modo unius & eiusdem imaginis erunt? Et si pleromatis angelos multos esse dicent, & horũ, illa quę sunt multa imagines esse, nec sic constat ratio. Primo enim differẽtias pleromatis angelorum contrarias inuicem debent ostẽdere, quemadmodũ & subiacentes imagines cõtrarię naturæ inuicem sunt. Deinde autem cum sint multi & innumerabiles circa factorẽ angeli, quemadmodum omnes cõfitentur prophetæ, dena milia denum milium assistere ei, & multa milia milium ministrare ei, & secundũ eos pleromatis angeli angelos factoris imagines habebunt, & manet conditio integra in imagine pleromatis, iam non consequentibus xxx. æonis in multiformẽ cõditionis uarietatem. Adhuc etiam, si secundum similitudinem hæc illorum facta sunt, illa rursus, ad quorum similitudinem erãt facta? Si eñ mundi fabricator non à semetipso fecit hęc, sed quemadmodum nullius momẽti artifex, & quasi primum discens puer de alienis archetypis trãstulit Bythus ipsorum, unde habuit speciem eius, quam primũ emisit dispositionis? consequẽs est igitur illum ab altero quodã qui super eum est exemplum accepisse, & illum rursus ab altero. Et nihilo minus in immẽsum excidet de imaginibus sermo, quẽadmodum & de his, si

non fixerimus ſenſum in unum artificẽ,ut in unum deum,qui à ſemetipſo fecit ea quæ facta ſunt. Aut de hominibus quidem aliquis permittit à ſemetipſis utile aliquid ad uitã adinueniſſe:ei aũt deo qui mũdum conſummauit,nõ permittit à ſemetipſo feciſſe ſpeciem eorũ quæ facta ſunt,& adinuentionẽ ornatæ diſpoſitiõis? Vnde aũt & hæ illorũ imagines,cum ſint illis contrariæ,& in nullo poſsint eis cõmunicare. Quę cum ſint cõtraria,eorũ quorũ ſunt contraria eſſe quidem poſſunt exitioſa,imagines uero nullo modo,quemadmodũ aqua igni, & rurſus lumen tenebris,& alia tanta nequaq̃ erunt inuicem imagines. Sic nec ea quæ ſunt corruptibilia & terrena,& cõpoſita,& prętereũtia,eorũ quę ſecũdum eos ſunt ſpiritaliũ imagines erunt,niſi ſi & ipſa cõpoſita,& in circũſcriptione,& in figuratione cõfiteãtur eſſe, & nõ iam ſpiritalia,& effuſa,& locupletia,& incõprehenſibilia. Neceſſe eſt enim ea in figuratione eſſe & circũſcriptiõe,ut ſint imagines ueræ,& abſolutũ eſt ea nõ eſſe ſpiritalia. Si aũt illa ſpiritalia,& effuſa,& incõprehenſibilia dicunt, quomodo poſſunt quæ ſunt in figura & circũſcriptione,imagines illorum eſſe quæ ſunt ſine figuratione & incõprehẽſibilia? Si aũt ſecundũ figurationem,nec ſecundum formationem, ſed ſecundum numerũ & ordinem emiſsionis imagines ea dicent eſſe,primo quidẽ nõ ſunt imagines dicẽda hæc & ſimilitudines eorũ, qui ſurſum ſunt æonũ. Quæ enim nec habitum,nec figuram illorum habent, quemadmodũ imagines ſunt ipſorum? Poſt deinde & numeros,& emiſsiones ſuperiorum æonum eoſdem & ſimiles ad eos qui ſunt conditionis adaptent. Nũc autem triginta oſtendẽtes æones,& tãtam multitudinem eorum quæ ſunt in conditione, imagines eorum quæ ſunt triginta dicentes, iuſte ut inſenſati arguentur à nobis.

Quomodo non eſt ueriſimile ea quæ ſunt hic umbram pleromatis eorum eſſe. Cap. VII.

Si autem hæc illorũ umbram dicent eſſe, quemadmodũ quidã ipſorum audent dicere,aut ſecundum hoc imagines eſſe, neceſſe erit & corpora ipſos ea quæ ſunt ſurſum cõfiteri. Ea em̃ quæ ſurſum ſunt corpora umbram faciunt,non autem iam ſpiritalia,quandoquidem nulli obſcurare poſſunt. Si autẽ & demus illis, quod quidẽ eſt impoſsibile eorum quæ ſunt ſpiritalia & lucida umbram eſſe,in quam matrem ſuam deſcendiſſe dicunt:tamen cum illa ſint æterna, & ea quæ ex ipſis efficitur umbra ſempiterna perſeuerat cum his quæ ſe adumbrant. Si autem hæc tranſeunt,& illa neceſſe eſt,quorum hæc ſunt umbræ,tranſire:illis autem perſeuerantibus,perſeuerant & umbrę ipſorum. Si aũt non ſecundum id quod obumbretur dicentes eam umbrã eſſe, ſed ſecũdum id quod multo ab illis ſeparata ſunt,paterni luminis ipſorũ puſillitatem & infirmitatem accuſabunt, quaſi non attingat uſq; ad hæc, ſed deficiat adimplere id quod eſt uacuũ, & diſſoluere umbrã, & hoc

quan-

quando nemo sit impedimento: in caliginem enim cõuertetur secundum eos,& obcæcabitur paternũ lumen eorum,& deficiet in his quæ sunt uacuitatis locis,cum minime possit adimplere omnia.Non igitur iam dicant pleroma esse omnium Bythum ipsorum,qui id quod est uacuum & umbra, neq; adimpleuit, neq; illuminauit,ut iterũ umbrã & uacuum permittant:si quidem adimplet omnia paternum ipsorum lumen.Neq; igitur extra primũ patrem,id est,qui super omnia est deus, aut pleroma aliquid esse potest,in quod enthymesin passi eonis descẽdisse dicunt, ut non definiatur & circũscriptura ab eo qui est extra & cõtineatur ipsum pleroma,uel primus deus: neq; uacuum esse aut umbram capiet cum iam ante sit pater,uti ne deficiat lumen eius & definiatur in uacuũ.Irrationale est autem & impium adinuenire locũ, in quo cessat,& finem habet qui est secundũ eos propator & proarche,& omnium pater,& huius pleromatis: nec rursus in patris sinu alterũ quendam dicere tantã fabricasse conditionẽ fas est,uel consentiente, nel nõ consentiẽte,& propter prædictas causas. impium est enim similiter & demens dicere tantam conditionẽ ab angelis aut ab emissione quadã ignorante uerum deum in his quæ sunt ipsius fabricasse.neq; infra pleroma ipsorum,cum sit uniuersum spiritale,ea quę sunt terrena & choica possibile facta esse:sed ne quidem secundũ illorum imaginem, cum dicitur pauci & similis formationis & unum esse,possibile est, & quæ multæ conditionis,& contraria inuicem facta esse.

Quàm falsa umbra & uacua eorum ostenditur. Cap. VIII.

FAlsus autem apparuit,& qui est de umbra Cenomatis,id est,uacui ipsorũ sermo,secundũ omnia. Itaq; uacuũ ostensum est figmentũ eorum,& incõstans doctrina,uacui autem & hi qui attẽdunt eis, uere in profundũ perditionis descẽdentes. Quandoquidẽ est mundi fabricator deus, cõstat & ipsis qui multis modis cõtradicunt ei & cõfitẽtur eum,fabricatorem eum uocantes,& angelum dicentes:ut nõ dicamus quoniã omnes clamãt scripturæ, & dominus hunc patrẽ qui est in cœlis docet,& nõ alium,quemadmodũ ostendemus procedẽte sermone. κένωμα

Ostensio quoniam est & subsistit mundi fabricator deus,non constat autem qui super hunc adinuenitur pater. Cap. IX.

NVnc autem sufficit id quod est ab eis qui cõtraria nobis dicunt testimonia,hominibus ad hoc demum sentientibus, ueteribus quidem & in primis à primoplasti traditione hãc suadelam custodientib. & unum deum fabricatorẽ cœli & terræ hymnizantibus. Reliquis autem post eos à prophetis dei huius rei cõmemorationem accipientib. ethnicis uero ab ipsa conditione discentibus.Ipsa enim conditio ostẽdit eum,qui cõdidit eam,& ipsa factura suggerit eum qui eam fecit, & mũdus manifestat eum qui se disposuit. Ecclesia aũt omnis per uniuer

sum orbem hanc accepit ab Apostolis traditionē. Cōstante igitur hoc deo, quemadmodū diximus, & testimoniū ab omnibus accipiēte, quoniam est ille sine dubio, qui secundum eos adinuenitur pater, incōstās & sine teste est, Simone mago primo dicēte semetipsum esse super omnia deum, & mundum ab angelis eius factum: post deinde his qui successerunt ei secundum quod ostēdimus in primo libro uarijs sentētijs impias & inreligiosas aduersus fabricatorē circūducētibus doctrinas, quorum discipuli cum sint hi, & ethnicis peiores efficiūt eos qui assentiūt eis. Illi enim creaturę potius q̄ creatori seruiētes, & his qui nō sunt dij, uerum tamē primū deitatis locum attribuūt fabricatori huius uniuersitatis deo, Hi aūt hunc quidem labis fructum dicentes & animalē eum uocantes, & non cognoscentem eam quę super eum est uirtutē, dicentem quoq̄, Ego sum, & pręter me nō est alius deus, mentiri eum dicentes, ipsi mentientes, omnem malitiā copulātes ei, eum qui nō est super hunc quod sit fingentes, secundum sententiam suam detegūtur eum quidem qui est deus blasphemantes, eum autem qui non est, deū fingentes, in suam ipsorum condemnationem.

De quæstionibus & parabolis quomodo oporteat soluere ea quæ quæruntur. Cap. X.

ET qui dicunt semetipsos perfectos, & uniuersorū habere agnitionem, Ethnicis peiores, & magis blasphemi sensu, etiam aduersum suum factorē inueniuntur. perq̄ itaq̄ irrationale est, prætermittentes eum, qui uere est deus, & qui ab omnibus habet testimoniū, quęrere si est super eum is qui non est, & qui à nemine unquam adnunciatus est. Quoniam enim manifestū est, dictum est de eo, & ipsi testimoniū perhibēt. Quia aūt parabolæ, quæ quęrūtur & ipsæ quomodo dictę sint, male ad eū, qui adinuētus est ab ipsis transfigurantes, alium nunc qui ante nunquam quæsitus est generant, manifestū est. Per hoc enim qđ uelint ambiguas exoluere scripturas, ambiguas autem non quasi ad alterum deum, sed quasi ad dispositiones dei, alterum deum prædicauerunt, quemadmodum prædiximus de harena restículas nectentes, & quæstioni minori quæstionem maiorem adgenerantes. Omnis autē quæstio nō per aliud quod quæritur habebit resolutionem, nec ambiguitas per aliam ambiguitatem soluetur, apud eos qui sensum habēt, aut ænigmata per aliud magis ænigma, sed ea quæ sunt talia ex manifestis & consonantibus, & claris accipiunt absolutiones. Hi aūt bis quærentes exoluere scripturas & parabolas, alteram maiorem & impiam quęstionem introducunt, siquidem super mundi fabricatorem deum, quod alius sit deus, non exoluentes quæstiones, (unde enim?) sed minori quæstioni magnam quæstionem adnectētes, & nodum insolubilem inserētes. Vt enim sciant hoc ipsum scire, quod utiq̄ xxx. annorū

domi-

dominus uenit ad baptiſmum ueritatis,hoc nō diſcentes,ipſum deum fabricatorem qui miſit eum ad ſalutem hominum, impie cōtemnunt: & ut putentur poſſe enarrare unde ſubſtantia materiæ, non credentes quoniã deus ex his quæ nō erãt,quẽadmodũ uoluit,ea quæ facta ſunt ut eſſent omnia,fecit ſua uoluntate & uirtute ſubſtantia uſus,ſermones uarios collegerunt,uere oſtendentes ſuã infirmitatẽ. Quoniam quidẽ his quæ ſunt non credunt,in id quod non eſt ceciderunt. Quod enim dicunt ex lacrymis Achamoth humectam prodiſſe ſubſtantiam, à riſu autem lucidam,à triſtitia autem ſolidam, & à timore mobilẽ, & in his altum ſapere,& inflatũ eſſe,qũo hæc non digna riſione,& uere ridicula? qui non credunt quidem,quoniã ipſam materiam, cum ſit potẽs & dives in omnibus deus,creauit, neſcientes quãtum poteſt ſpiritalis & diuina ſubſtantia,credentes aũt quoniam mater ipſorum, quam fœminam à fœmina uocant,à prædictis paſsionibus emiſit tantam conditionis materiã:exquirentes quidem unde ſuppeditauit fabricatori conditionis ſubſtantia,non quærentes autem unde matri ipſorum quã Enthymeſin & impetum ęonis errantis dicunt,lachrymas tantas aut ſudores,aut triſtitias,aut reliqua materiæ emiſsio.

Quoniam ſubſtantiam materiæ labi adiungere non conſtat, uoluntate autem & uirtute dei conſtat & fidem habet. Cap. XI.

ATtribuere enim ſubſtantiã eorũ quæ facta ſunt uirtuti & uolũtati eius qui eſt omniũ deus,& credibile & acceptabile,& conſtãs, & in hoc bene diceretur: Quoniã quæ impoſsibilia ſunt apud homines poſsibilia ſunt apud deũ. Quoniã homines quidẽ de nihilo nō poſſunt aliquid facere,ſed de materia ſubiacenti. Deus aũt quàm homines melior,eo quod materiã fabricationis ſuę cum ante non eſſet,ipſe adinuenit. Dicere aũt de Enthymeſi æonis errantis prolatam materiã,& lõge quidem æonem ab Enthymeſi eius ſeparatã, & huius rurſus paſsionem & affectionẽ extra ipſam quidem eius eſſe materiam,& incredibile,& fatuum,& impoſsibile, & inconſtans. & non credentes quidem, quoniã hic qui eſt ſuper omnia deus,in his quæ ſunt eius uaria & diſsimilia uerbo fabricauit,quemadmodũ ipſe uoluit, cum ſit omniũ fabricator,ut ſapiens Architectus & maximus rex.

Contradictiones his qui ſunt à Valentino. Cap. XII.

CRedentes autẽ quoniã angeli aut uirtus aliqua ſeparata à deo & ignorans eum,fecit hanc uniuerſitatem. Sic igitur & ueritati non credentes,in mẽdacio aũt uoluntatis perdiderunt panem uitæ uerę,in uacuum & in profundum umbræ incidẽtes,ſimiles Æſopi cani, ei qui panem quidẽ reliquit,in umbrã aũt eius impetũ fecit, & perdidit eſcã. Et ex ipſius aũt domini uerbis facile eſt oſtẽdere cõfitẽtis, unũ patrem & factorem mũdi,& plaſmatorẽ hominis, qui à lege & prophetis annuncia-

nuntiatus sit,& alterum nescientis,& hunc esse super omnia deum, docentis aũt & per se eam quæ est ad patrem adoptio filiorũ, quę est ęternа uita omnib.iustis attribuentis.Sed quoniã amãt incusare & ea quę sunt sine calumnia,& calumniosi cõcutiũt,multitudinẽ parabolarũ & quæstionum inferentes nobis,bene hæc arbitrati sumus primo interrogare eos è contrario de suis dogmatibus,& quod non est uerisimile ipsorum ostendere,& temeritatẽ ipsorũ excidere,post deinde domini sermones inserere,ut nõ sint tantũ ad proponendũ uacãtes: sed ꝓpter hoc quod non possint ad ea quę interrogantur ratione respõdere,dissolutam suam uidentes argumentationẽ,aut reuertentes ad ueritatem, & semetipsos humiliantes,& cessantes à multifaria sua phantasia, placantes de his quę aduersus eum blasphemauerunt,saluentur,aut si perseuerauerint in ea,quæ præoccupauit animũ ipsorum uana gloria, argumentationem suam immutent.

Quomodo is sermo qui est de triacontade illorum concidit in utroq;,& secundum id quod plus est,& secundum id quod minus. Cap. XIII.

PRimo quidẽ de triacõtade ipsorũ sic dicamus,uniuersam eã utrinque cõcidere, & secundũ id quod minus habet, & secundũ id qđ plus,ꝓpter quod dicunt triginta annorũ dominũ ad baptismũ uenisse. Hæc aut dicentes manifesta erit uniuersæ argumentationis ipsorũ euersio:& secundum dominorationẽ quidem sic:primo quidẽ, quoniam annumerãt reliquis ęonibus propatorem. Pater enim omniũ annumerari non debet cum reliqua emissione,qui nõ est emissus, cũ ea quę emissa est,& innatus cum ea quæ nata est,& quem nemo capit, cum ea quæ ab eo capitur,& ꝓpter hoc incapabilis, qui figuratus nõ est cũ ea quæ figurata est:secundum enim id quod melior quàm reliqui non debet cum eis annumerari, & hoc cum æone passibili & in errore constituto,qui est impassibilis,& non errans.

Quoniam impoßibile est separatas esse ab inuicem eas quæ infra plenitudinem dicuntur coniugationes,adunitis autem ijs impoßibile est Sophiam sine coniuge assumpsisse labem,aut etiam genera sse aliquid. Cap. XIIII.

QVoniam enim à Bytho inchoantes triacontada enumerãt usq; ad Sophian,quã æonẽ errantẽ dicunt,ostẽdimus in eo libro, qui est ante hunc librũ,& quæ dicunt nomina ipsorũ posuimus: hoc aũt non annumerato iam nõ sunt xxx secundũ eos emissiones æonũ, sed xx & viij fiunt.Post deinde primã emissionẽ Ennoiam, quã Sigen uocãtes, ex qua rursum & Alethiam emissos dicũt in utriusq; exorbitẽt. Impossibile est enim ennœan alicuius aut silentiũ separatim intelligi,& extra eum emissum propriam habere figurationẽ. Si aũt non dicẽt emissam esse illam extra,sed adunatã propatori,ut quid cũ reliquis æonibus annumerant eã his qui nõ sunt adunati,& propter hoc ignorãt magnitudinẽ eius.Si aũt & unita est,considerемus & hoc,necessitas est omnis

aduni-

adunita cõiugatione & inseparabili & una existente, indiscretã & unitam eam quæ ex ea est emissionẽ fieri, ut nõ dissimilis sit ab eo qui emisit. hoc aũt se sic habente unum & idem fiet, quemadmodũ Bythus & Sige, sic & Nus & Alethia semper adhærentes inuicẽ, & quod nõ possit alterũ sine altero intelligi, quemadmodũ neq; aqua sine humectatione, neq; ignis sine calore, neq; lapis sine duritia: unita sunt enim inuicẽ hæc, alterũ ab altero separari nõ potest, sed semper coexistere ei. Sic & Bythũ cũ Ennœa adunitũ esse oportet, & Nũ cũ Alethia, eodẽ modo, rursus & Logos & Zoe ab unitis emissi unitos esse, & unũ esse debẽt. Secũdũ hæc aũt & homo & ecclesia, & uniuersa reliquorũ æonũ cõiugatiõis emissio, unita esse debet, & semper coexistere alterũ ab altero. Fœminã enim æonum pariter esse oportet cũ masculo secundũ eos, cũ sit uelut affectio eius: & hæc cum ita se habeant, & cum hæc dicãtur ab ipsis impudorate audent docere iuniorẽ duodecadis æonẽ, quẽ & Sophian appellant, sine permixtione cõiugis quem Teletũ uocãt passam esse passionẽ, & separatim sine eo fructum generasse, quem & fœminã à fœmina nominant, in tantũ dementiæ progressi, ita ut manifestissime duas cõtrarias de eodem sentẽtias censeant. Si enim Bythus adunitus est cũ Sige, Nus cũ Alethia, & Logos cũ Zoe, & reliqui deinceps, quẽ admodũ poterat Sophia sine cõiugis perplexione pati aliquid, uel generare? Si aũt hæc sine ullo passa est, necesse est & reliquas cõiugationes abcessionẽ & separationẽ à semetipsis accipere: quod est impossibile, sicut prædiximus. Impossibile est ergo & Sophiã passam esse sine Teleto, & soluta est ipsorum rursus omnis argumentatio.

Quoniam in eodem pleromate non poterat uerbum & silentium esse. Cap. XV.

DE passione enim quam sine complexione coniugis passam eã dicunt, iterum derelinquã, uniuersam uelut tragœdiæ cõpositionẽ affinxerunt: Si aũt impudorate & reliquas cõiugationes disiunctas ab inuicem dixerint esse separatas propter nouissimam coniugationẽ, uti nõ soluatur illorũ uaniloquiũ, primo quidem impossibili insistũt rei. Quemadmodũ enim separabunt propatorem ab ennœa eius, aut Nũ ab Alethia, aut Logon à Zoe, & reliquos similiter: quemadmodum autem & ipsi ad unitatem recurrere dicũt, & omnes unum esse, siquidẽ hæ quæ sunt intra pleroma coniugationes unitatem non custodiunt, sed distantes sunt ab inuicem, in tãtũ uti & patiantur & generent sine alterius cõplexu, quemadmodũ gallina sine caponibus. Post demũ & sic soluetur illorũ rursum prima & Archeogonos Ogdoas: erunt emi speciali ter in eodẽ pleromate Bythus & Sige, & Nus & Alethia, Logos & Zoe, Anthropos & ecclesia. Impossibile est aũt Logo præsente Sigen esse, aut iterũ Sige præsente Logon ostendi. Hæc enim cõsumptibilia sunt inuicem, quemadmodum lumẽ & tenebræ in eodem nequaquã

erunt,sed siquidē lumen sit,non sunt tenebræ,ubi aūt tenebrę sunt,nō erit lumen,uenīēte enim lumine solutæ sunt tenebræ. Sic ubi est Sige, nō erit Logos,& ubi Logos,nō utiq; est Sige. Si aūt Endiatheton Logon dixerint,Endiathetos erit & Sige,& nihilominus soluetur ab Endiatheto Logo. Quoniā aūt nō est Endiathetos,ipsa hæc ordinatio ipsorū emissionis significat. Iam igitur non dicant primā & principalem Ogdoadē ex Logo & Sige cōstare,sed aut Sigen aut Logō refutēt, & soluta est illorū Ogdoas. Si enim unitas cōiugationes dixerint, soluta est eorū uniuersa argumentatio. Quō enim unitis eis Sophia sine cōiugeLabem generauit? Si aūt sicut in emissione unūquenq; ex æonibus propriā substantiam habere dicēt, quēadmodum in eodem ostēdi potest Sige & Logos? Et hæc quidem secundum diminutionē,secūdum aūt id quod plus est,rursus soluitur triacōtas ipsorū sic,Emissum enim à Monogene dicunt,sicut & reliquos æonas,Horon,quē plurimis nominibus uocant,sicut prædiximus in eo qui ante hunc est liber. Hunc aūt Horon quidā quidem à Monogene emissum dicūt, alij uero ab ipso propatore in similitudine sua: adhuc etiā emissionē dicunt factam à Monogene Christo & spiritu sancto,& hos nō annumerant ad numerum pleromatis,sed neq; saluatorē,quē etiam totum esse dicūt. Hoc enim manifestū est & cæco,quoniā non solum triginta emissiones secūdum illos emissæ sunt,sed quatuor cum istis xxx. Ipsum enim propatorem annumerāt in pleroma, & eos qui ex successione ab inuicē emissi sunt,quod isti non annumerabuntur illis in eodem pleromate existentes,qui adepti sunt eādem emissionem. Quam enim & dicere possunt iustam causam,ob quam non annumerant cum reliquis ęonibus,neq; Christum quem uolente patre à Monogene dicūt esse emissum, neq; spiritum sanctum,neq; Horon,quem & sotera dicunt, sed neq; ipsum saluatorem qui uenit ad auxilium & formationē matris ipsorum: utrū quasi sint isti infimiores illorum,& ideo indignos esse ęonum appellatione & numero,aut quasi meliores sint & differentes? Sed infimi quidem quomodo fient,qui etiam in fixionem & emendationē reliquorū emissi sunt: meliores aūt rursus prima & principali tetrade esse nō possunt,à qua & emissi sunt, & illa enim annumeratur in prædictū numerum. Oportuerat autem & istos annumerari in pleromate ęonum,aut & illorū æonum honorē huiusmodi appellatiōis auferri. Cū ergo soluta illorum triacontas sicut ostendimus, & secundum id qud minus est,& secundum id quod plus est,in tali enim numero ipsius fuerit,aut minus reprobabilē faciet numerū,quāto magis tanta. Instabilis igitur ea quæ de Ogdoade ipsorū,& de duodecade fabula. Instabilis aūt & uniuersa illorum regula,ipso firmamento ipsorum dissipato,& in Bythum,hoc est,in id quod non est,dissoluto. Quęrāt igitur iam amodo

alias

alias cauſas oſtendere, quare xxx. annorum dominus ad baptiſmū uenerit, & duodecadis Apoſtolorum, & eius quę eſt ſanguinis profluui um paſſa, & reliquorum quæcunq; uane laborantes delirant.

Quomodo nullius momenti oſtenditur primus ordo emiſſionis ipſorum. Cap. XVI.

ET ipſum quidem primū ordinem emiſsionis ipſorū reprobabilē eſſe ſic oſtēdimus. emiſſum em̄ dicūt de Bytho & huius Ennœia, Nun & Alethian, quod quidem contrarium oſtenditur. Nus enim eſt ipſum quod eſt principale & ſummum, & uelut principiū & fons uniuerſis. Ennoia aūt quæ ab hoc eſt, qualis libet & de quolibet facta motio. Non capit igitur ex Bytho & Ennoia emiſſum eſſe Nun: ueriſimilius enim erat dicere eos, de propatore & de hoc Nu emiſſam eſſe filiam Ennoian. Nō enim Ennoia mater eſt Noos, ſicut dicunt, & Nus pater ſit Ennoiæ. Quēadmodū aūt & emiſſus eſt Nus à ꝓpatore, qui principalem, & primum eius quæ eſt intus abſconditæ & inuiſibilis affectionis locum cōtinet, à qua ſenſus generatur & Ennoia, & Enthymeſis, & alia quæ nō alia ſunt præter Nū, ſed illius ipſius, quēadmodū prædiximus de aliquo incogitate diſpoſitæ qualislibet motionis ſecūdū perſeuerationem & augmentum, non ſecundum immutationem uocabula accipientis, & in cognitionē cōterminatæ, & in uerbum coemiſſę ſenſum à mente intus & cōdente, & adminiſtrāte, & gubernante libere, & ex ſua poteſtate, quemadmodum & uult, quę prędicta ſunt. prima em̄ motio eius de aliquo Ennoia appellatur, perſeuerās autem & aucta, & uniuerſam apprehendens animam Enthymeſis uocatur. Hæc autē Enthymeſis multum temporis faciens in eodem, & uelut probata nomina tur: hæc autem ſenſatio in multum dilatata conſilium facta eſt, augmētum autem & motus in multum dilatatus cōſilij, cogitationis examinatio quæ etiam in mēte perſeuerās uerbum rectiſsime appellabitur, ex quo emiſsibilis emittitur uerbum. Vnum autē & idem eſt omnia quę prædicta ſunt, à Noę initium accipientia & ſecum augmentū aſſumētia appellationis. Quemadmodū & corpus hominis aliquando quidem nouellum, aliquando quidē uirile, aliquando autem ſenile, ſecundum augmentum & perſeuerantiam accepit appellationes, ſed nō ſecundū ſubſtantię demutationē, nec ſecundū corporis amiſsionē, ſic & illa. De quo enim quis contēplatur, de eo cogitat, & de quo cogitat, de hoc & ſapit, de hoc & cōſiliatur, & qđ cōſiliatur, hoc & animo tractat, & quod animo tractat, hoc & loquitur. Hæc aūt omnia quēadmodū diximus, Nus gubernat, cum ſit ipſe inuiſibilis, & à ſemetipſo, per ea quæ prædicta ſunt, ſicut per radium emittens uerbum, ſed non ipſe ab alio emittitur. Et hęc quidem in hominibus capit dici cōpoſiti natura, & ex corpore, & anima ſubſiſtentis: qui autē dicūt ex deo emiſſam eſſe Ennœam, & ex Ennœa Nun, deinceps ex ijs Logon, primo quidem

arguendi

arguendi sunt improprie emissionibus usi, post deinde hominum affectiones, & passiones, & intentiones mentis describentes. Deinde autē ignorantes quidē ea quæ obueniūt hominibus ad loquendū eis applicant, omnium patrē, quem etiam ignotū omnibus dicunt, negātes quidem ipsum mūdum fecisse, ut ne quidem pusillus putetur, hominū autem affectiones & passiones donantes. Si aūt scripturas cognouissent, & à ueritate docti essent, scirent utiq;, quoniā non sit deus quemadmodum homines, & nō sic cogitationes eius, quomodo cogitationes hominum, Multum enim distat omniū pater ab his quæ proueniunt hominibus affectionibus & passionibus, & simplex, & non compositus, & similimēbrius, & totus ipse sibimetipsi similis, & æqualis est totus, cū sit sensus & totus spiritus, & totus sensu habilitas, & totus Ennœa, & totus ratio, & totus auditus, & totus oculus, & totus lumē, & totus fons omnium bonorum, quemadmodū adest religiosis ac pijs dicere de deo. Est autē & super hæc, & propter hæc inenarrabilis. sensus em̄ capax omniū bene & recte dicetur, sed nō similis hominū sensui: & lumen rectissime dicetur: sed nihil simile ei, quod est secūdum nos lumini. Si autē est in reliquis hominibus, nulli similis erit omnium pater hominum pusillitati: & dicitur quidem secundū hæc propter dilectionē, sentitur autem super hæc secūdum magnitudinē. Si igitur & in hominibus ipse quidē sensus nō emittitur, neq; separatur amnois qui emittit reliqua, ammonitionis autē eius & affectus perueniūt ad manifestū, multo magis dei, qui totus sensus est, ipse à semetipso nequaquā separabitur, neq; quasi ab alio aliud emittitur.

Quoniam sensus non potuisset emitti, quia ipse emittebat reliqua. Cap. XVII.

Si enim sensum emisit ipse qui emisit sensum secūdum eos compositus & corporalis intelligitur, ut sit separatim quidē q̄ emisit deus, separatim autē qui emissus est sensus. Si autē de sensu sensum dicant emissum, præcidunt sensum dei & partiūtur. Quo autem & unde emissus est? quod enim ab aliquo emittitur, in aliquod subiectū emittitur? Quid aūt subiacebat q̄ sensus dei, in quo emissum dicūt eum? quātus autem & erat locus ut susciperet & caperet dei sensum? Si autem quēadmodū à sole radiū dicūt, sicut subiacet aer hic susceptor, & antiquior erit q̄ ipse radius, & illic ostendant subiacēs aliquid in quo emissus est sensus dei, capabile eius & antiquius: post oportebit quemadmodū solem minorem esse quē omnia uidemus longe à semetipso emittente radios, sic & propatorem dicere extra longe & à semetipso emisisse radium. quidnam autem extra aut lōge sentiri à deo potest in quod radiū emisit? si autem non emissum extra patrē illum dicēt, sed in ipso patre, primo quidem superfluū erit etiā dicere emissum esse eum. Quemadmodum enim est eius quod emittitur extra emittentem manifestatio

post

post deinde hęc emissio,& is qui ab eo Logos erit intra patrem,simili ter aũt & reliquæ Logi emissiones. Iam igitur non ignorabat patrem eum intra eum sint,nec secũdum descensionem emissionũ quis cognoscet eum,undiq; omnes patre æqualiter circundati:sed & impassibiles omnes similiter perseuerabũt,cũ sint in paternis uisceribus,& deminoratione nemo ipsorũ erit.Nõ enim est deminoratio pater,nisi forte uelut in circulo magno minor cõtinetur circulus,& intra hũc rursus alter minor:aut uelut sphæræ similitudinẽ,aut tetragoni patrem dicãt,intra se undiq; continere sphærę similitudinẽ uel quadratã reliquam æonũ emissionem,unoquoq; illorum circundato, ab eo qui est super eũ maior,& circundante eum qui post se est minorem, & propter hoc minorem & ultimum omnium in medio constitutũ,& multum à patre separatum,ignorasse propatorem.Si aũt hæc dixerint, in figura & circumscriptione concludent Bythum ipsorum & circundantem & circundatũ:cogentur enim & extra illum cõfiteri esse aliquid, quod circũdet eum.Et nihilominus in immẽsum,de his qui cõtinent & continẽtur incidit sermo,& corpora inclusa esse,& omnes manifeste apparebũt: ad huc etiam aut uacuum esse eum cõfitebuntur,aut omne quod est intra eum omnes similiter participabunt de patre.

Quid est emissio, & quoniam hæ quæ ab ijs dicuntur emissiones hominibus congruunt magis quàm deo. Cap. XVIII.

QVemadmodũ in aqua circulos si quis faciat,uel rotũdas,uel quadratas figuras,omnia hęc similiter participabunt de aqua.Quemadmodum & quæ in aere fabricabũtur necesse est participare de aere, & quæ in lumine,de lumine.Sic & qui sunt intra eum omnes similiter participabunt de patre,ignorantia apud eos locũ non habente. ubi enim participatio patris adimplẽtis? si aũt adimpleuit illic & ignorãtia non erit.soluetur igitur ipsorum deminorationis opera,& materiæ emissio,& reliqua mundi fabricatio,quæ ex passione & ignorantia uolunt substantiam habuisse.si autem uacuum illum cõfitebuntur, in maximam incidentes blasphemiam,denegabũt id quod est spiritale eius. Quemadmodum enim est spiritalis is,qui ne quidem ea quæ intra cũ sunt adimplere potest?Hæc aũt quę dicta sunt de sensu emissiõis, similiter & aduersus eos,qui à Basilide sunt,aptata sunt, & aduersus reliqs gnosticos,à quibus hi initia emissionũ accipiẽtes,cõiuncti sunt in primo.Sed qm̃ quidẽ reprobabilis & impossibilis prima Noos,id est,sensus ipsorũ emissio est, manifeste ostẽdimus. Videamus aũt & de reliqs. ab hoc em̃ Logõ & Zoẽ fabricatores huius pleromatis dicũt emissos,& Logi,id est,uerbi quidẽ emissionẽ ab hominũ affectiõe accipiẽtes,& addiuinantes aduersus deũ quasi aliquid magnũ adinuenientes in eo quod dicunt à Nu esse emissum Logon, quod quidem omnes

uideli-

uidelicet sciunt, quoniam in hominibus quidem cõsequenter dicatur, in eo autẽ qui sit super omnes deus, totus Nus & totus Logos cum sit, quemadmodũ prædiximus, & nec aliud antiquius nec posterius, aut aliud anterius habente in se, sed toto æquali & simili, & uno perseuerãte, iam non talis huius ordinationis sequetur emissio: quemadmodũ qui dicit eum totum uisionem, & totum auditum, quo autem uidet ipso & audit, & in quo audit, in ipso & uidet, nõ peccat: sic & qui ait, totum illum sensum, & totũ uerbum, in quo sensus est, in hoc & uerbum esse, & uerbum esse eius hunc Nun, minus quidem adhuc de patre omnium sentiet: decentiora autem magis cꝫ hi, qui lationem prolatiui hominum uerbi transferũt in dei & æternum uerbum, & prolationis initium donãtes & genesim, quemadmodum & suum uerbum: & in quo distabit dei uerbum, imò magis ipse deus, cum sit uerbũ, à uerbo hominum, si eandem habuerit ordinationẽ & emissionẽ generationis? Peccauerunt autem & circa Zoen, dicentes eam sexto loco emissam, quam oportebat omnibus prꝫparare, quoniam deus uita est, & incorruptela & ueritas: & non secundum descensionem, & quæ sunt alia acceperũt emissiones, sed earum uirtutũ quæ semper sunt cum deo appellatiões sunt, quemadmodum possibile est & dignum hominibus audire & dicere de deo. Appellatione enim dei eo obaudient sensus, & uerbũ, & uita, & incorruptela, & ueritas, & sapientia, & bonitas, & omnia talia: & necꝫ sensum uita antiquiorẽ aliquis potest dicere, ipse enim sensus uita est, nec uitam posteriorem à sensu, uti nõ fiat aliquãdo sine uita is, qui est omnium sensus, id est deus. Si autem dixerint in patre quidẽ fuisse uitam, sexto autẽ loco prolatam, ut uiuat uerbum, multo ante eum quidem oportebat quarto loco emitti, ut uiuat Bythus ipsorũ: cũ propatore ipsorum adnumerare quidem Sigen, & hãc coniugem ei donare, non connumerare autem Zoen, quomodo non super omnẽ est insipientiam? De ea autem quæ est ex his secũda emissione hominis & ecclesiæ ipsi patres eorum falso cognominati gnostici, impugnant aduersus inuicem sua propria indicantes, & malos fures semetipsos conuincentes, aptabiles esse magis emissiones dicentes uti uerisimile ex homine uerbum, sed nõ ex uerbo hominem emissum, & esse hominẽ uerbo anteriorẽ, & hũc esse qui est super omnia deus. Et usꝫ hoc quidẽ, quẽadmodum prædiximus omnes hominum affectiones & monitiones mentis & generationis uerborum conꝟcientes uerisimiliter, non uerisimiliter mentiti sunt aduersus deũ. Ea enim quꝫ accidũt hominibus, & quæcunꝫ patientes ipsi recognoscunt, ad diuinam rationem adducentes, apta dicere uidentur apud eos qui ignorant deum, & per humanas has passiones transducentes eorum passiones, sensum, genesim & προβολὴν pbolen quinto loco uerbo dei enarrãtes mirabilia mysteria & inenarrabilia

rabilia & alta à nullo alio cogitata dicunt se docere, de quib. & dixerit dominus, quærite & inuenietis, ut quærant scilicet, qui de Bytho & Sige & Nu & Alethia processerũt, si sunt ex eis rursus & Logos & Zoe, dehinc ex Logo & Zoe, anthropos & ecclesia.

De quæstionibus quomodo & hinc ethnici ueri similius de uniuersorum generatione responderunt & gratius, & quomodo ab ipsis quæ sunt à Valentino initia sumpserunt, eiusq; sunt secundum eos regulæ. Cap. XIX.

MVlto ueri similius & gratius de uniuersorũ genesi dixit unus de ueteribus comicis Antiphanes in Theogonia. Ille enim de nocte & silẽtio Chaos emissum dicit, dehinc de Chao & nocte cupidinẽ, & hoc lumẽ, dehinc reliquam secũdum eum primã genesim. Post quod rursus secũdam deorum generationẽ induxit & mũdi fabricationem, dehinc de secundis dijs narrat hominum plasmationem: unde ipsi assumentes sibi fabulam, quasi naturali disputatione cõmenti sunt, solummodo demutantes eorum nomina, idipsum autem uniuersorum generationis initium & emissionem ostendentes, pro nocte & silentio Bythum & Sigem nominantes, pro Chao autẽ Nun, & pro cupidine per quem ait Comicus reliqua omnia disposita, hi uerbũ attraxerũt, & pro primis ac maximis dijs æonas formauerunt, & pro secundis dijs eam quæ est extra pleromatis ipsorum enarrant dispositionem, secundam ogdoadem uocãtes eam, ex qua mundi fabricationẽ, & plasmationem hominum similiter atq; illi annũciãt, inenarrabilia & incognita mysteria solos se dicẽtes scire, quæ ubiq; in theatris ab hypocritis splendidissimis uocibus comœdisantur, trãsferentes in suum argumentum, imò uero his de argumentis docentes, tantum immutantes nomina: & nõ solum quæ apud comicos posita sunt arguũtur, quasi propria proferẽtes, sed etiam quæ apud omnes qui deum ignorant, & qui dicũtur philosophi, sunt dicta, hæc cõgregant, & quasi centonem ex multis & pessimis panniculis cõsartientes† superficiem subtili eloquio sibi ipsi præparauerunt, nouam quidem introducentes doctrinam, propterea qđ nunc noua arte substituta sit, ueterẽ aũt & inutilem, quoniã quidem de ueteribus dogmatibus ignorantiã & irreligiositatẽ olentibus hæc eadem subsecuti sunt. Thales quidem Milesius uniuersorũ generationẽ & initium id aquam dixisse. Idem autẽ est dicere aquam & Bythũ. Homerus autẽ poeta Oceanum deorũ genesim, & matrẽ Thetin dogmatizauit, quæ quidem hi in Bythum & Sigen transtulerunt. Anaximander aũt hoc qđ immẽsum est omniũ initiũ subiecit seminaliter habens in semetipso omniũ genesim, in quo immensos mundos cõstare ait, & hoc aũt in Bythum & in æonas ipsorũ transfigurauerũt. Anaxagoras aũt qui & Atheus cognominatus est, dogmatizauit facta animalia, de cidentib. è cœlo in terrã seminib. quod & hi ipsi in matris suę transtulerunt

Antiphanis Theogonia

alias, fictum superficium.

Thales Homerus

Anaxagoras

lerunt semina,& esse hoc semen seipsos statim cõfitentes apud eos qui sensum habent & ipsos esse quæ sunt Anaxagoræ irreligiosi semina.

Democritus Epicurus Vmbram aũt & uacuũ ipsorũ à Democrito & Epicuro sumentes sibi metipsis aptauerunt, cum illi primũ multum sermonem fecerint de uacuo & atomis,quorũ alterum quidem quid esse uocauerũt,alterum uero hoc quod nõ est appellauerũt:& quẽadmodũ & hi esse quidem illa quæ sunt intra pleroma uocant,quemadmodum illi Atomos,non esse autem hæc quæ sunt extra pleroma,quẽadmodum illi uacuum: semetipsos ergo in hoc mundo cum sint extra pleroma in locum qui nõ est deputauerũt. Quod aũt dicũt imagines esse hæc eorũ quæ sunt,rursus manifestissime Democriti & Platonis sententiam ediserũt. Democritus enim primus ait multas & uarias ab uniuersitate figuras expressas descendisse in hunc mundum. Plato uero rursus materiã dicit & exemplum & deũ,quos isti sequẽtes, figuras illius & exemplũ imagines eorum quæ sunt sursum uocauerunt,per demutationẽ nominis semetipsos inuentores & factores huius mũdi imaginariæ fictionis gloriãtes.

Plato

Hoc aũt quod ex subiecta materia dicunt fabricatorẽ fecisse mũdũ, & Anaxagoras,& Empedocles,& Plato primi ante hos dixerũt, ut uidelicet datur intelligi & ipsi matre sua inspirati. Quod aũt ex necessitate unumquodq; in illa secedit ex quibus & factum esse dicũt,& huius necessitatis seruũ esse deum,ita ut non possit mortali immortalitatẽ addere,uel corruptibili incorruptelam donare, sed secedere unũquemq; in similem naturæ suę substantiã,& hi qui ex porticu Stoici appellantur, & uniuersi quotquot deum ignorant Poetæ & cõscriptores affirmãt: qui eandem habẽtes infidelitatẽ, spiritalibus quidem suam regionem attribuerunt,eam quę est intra pleroma,animalibus autẽ Choicum:& præter hæc nihil posse deum,sed unumquenq; prædictorũ ad ea quę sunt eiusdem substantiæ secedere affirmant. Quod aũt saluatorẽ ex omnibus factum esse æonibus dicant, omnibus in eum deponẽtibus uelut florem suum,nõ extra Hesiodi Pandoram nouum aliquid afferũt.

Empedocles

Hesiodi Pandora

Quæ enim ille ait de illa,hæc hi de saluatore insinuãt,Pandoram introducẽtes eum,quasi unus quisq; æonum quod haberet optimũ,donauerit ei. Ipsam autem edulium & reliquarum operationum indifferentem sententiam,& quod putent à nemine in totum posse coinquinari propter generositatẽ,licet quodq; manducent uel operẽtur,à Cynicis possederunt cum sint cum eis eiusdem testamenti. Et minutiloquium autem & sublimitatem circa quęstiones,cum sit Aristotelicum,inferre fidei conantur. Quod autem uelint in numeros transferre uniuersum hoc à Pythagoricis acceperunt. Primum enim hi initium omnium numeros substituerũt,& initiũ ipsorũ parem, & imparẽ, ex quibus & ea quæ sensibilia & insensata sunt subiecerũt. Et altera quidẽ substitutionis ini-

nis initia esse, altera autē sensationis & substātiæ, ex quibus prima omnia perfecta dicunt, quemadmodū statuam de æramēto & de formatione. Hoc autē ij his qui sunt extra pleroma aptauerunt, sensationis autem initia dixerunt, in quem sensus intelligens est eius, quod primū assumptum est, quærit quoadusq; defatigata ad unum & indiuisibile cōcurrat: & esse omniū initium, & substantiā uniuersæ generatiōis Hen, ἓν id est, unū, ex hoc autem Dyadem & tetradem & pentadem & reliquorum multifariam generationē. Hæc hi ad uerbum de plenitudine suorum & Bytho dicunt, unde etiā & eas quæ sunt de uno coniugationes adnituntur introducere, quæ Marcus uelut sua iactans, uelut nouius aliquid uisus est præter reliquos adinuenisse, Pythagoræ quaternationem, uelut genesim & patrē omnium enarrās. Dicemus autē aduersus eos utrum ne hi omnes prædicti, cū quibus eadem dicētes arguimini, cognouerunt ueritatē, aut non cognouerunt? Et si quidē cognouerūt, superflua est Saluatoris in hunc mundū descensio, ut quid enim descēderat? nunquid ut eam quæ cognoscebatur ueritas in agnitionē adduceret his, qui cognoscunt eam in omnibus hominibus? Si autē non cognouerunt, quemadmodū eadem cum his qui ueritatem non cognoscebant dicentes, solos uosmetipsos eam quę est super omnia cognitio habere gloriamini, quā etiam qui ignorant deum habēt? secūdum antiphrasin ergo ueritatis ignorātiam agnitionē uocāt, & bene Paulus ait uocū nouitates falsæ agnitionis. Vere enim falsa agnitio ipsorū inuenta est. Si autem impudenter agentes super hæc dicēt, homines quidem non cognouisse ueritatē, matrem autem ipsorū semen paternale per tales homines, quemadmodū & per prophetas enunciasse mysteria ueritatis, ignorāte Demiurgo, Primo quidē non talia enarrāt, quę sunt prędicta, ut nō & à quolibet intelligātur. Etenim ipsi homines sciebāt quę dicebant, & discipuli ipsorum, & horū successores. Post deinde uel mater uel semen sic cognoscebāt & enarrabant ea, quæ erāt ueritatis, ueritas aūt pater. Saluator ergo secūdum eos erit mentitus dicēs, Nemo cognouit patrē nisi filius. Si enim cognitus est uel à matre, uel à semine eius, solutū est illud, quod nemo cognouit patrem nisi filius, nisi si semē ipsorū, uel matrē neminem esse dicunt: & usq; hoc quidē per humanas affectiones, & per id quod similia dicāt multis ignorantibus deū ueri similiter uisi sunt abstrahere quosdā, attrahētes per ea quę assueti sunt, in eum qui est de omnib. sermonē uerbi dei, genesim exponētes & ueritatis & uitæ, adhuc etiā sensus & dei emissiones obstetricantes. Quę autē ex his non uerisimiliter & sine ostensione omnia ex omnib. mentiti sunt. Quemadmodum qui assuetas escas & ut illiciant præmittūt, uti capiant aliquod animal, sensim blandientes eis per assueta pabula, quousq; accipiant, sumentes autē ea captiua, alligant amarissime & du-

cunt per uim abstrahentes quocunq; ipsi uoluerint. Sic aũt & hi paulatim mansueti disuadentes per pithanologiam assumere prædictã emissionem, inferunt neq; congruentia neq; opinatas reliquorum emissionum species, ex Logo quidem & Zoe dicentes æonas emissos, de Anthropo aũt & ecclesia duodecim, & horũ nec ostensionẽ, nec testimonia, nec ueri similitudinem, nec in totum aliquid talium habẽtes, frustra aũt & prout euenit credi uolunt, ex Logo & Zoe æonis existentibus emissum esse Bythum & mixin, innascibilem & unitionem, naturalem & delectamentum, immobilem & contemperamẽtum, & monogenẽ & Macariam. De anthropo autem & ecclesia similiter æonis existentibus emissum esse paracletum & pistin, patricon & elpida, metricon & agapen, ænon & synesin, Ecclesiasticum & Macarioteta, Teletõ & Sophiam. Huius autem Sophię passionem & errorem, & quemadmodũ periclitata est perire propter inquisitionẽ patris, quẽadmodum dicũt, & extra pleroma operositatem, & ex qua labe mũdi fabricatorẽ emissum docent, in eo qui est ante hunc liber, sententias hæreticorum enarratas, cum omni diligentia exposuimus. Christum autem quem post genitum his omnibus emissum esse dicunt, & Sotera aut ex his qui in labe facti sunt æonibus habuisse substantiam. Necessarie autem nunc nominum istorum meminimus, ut ex istis sit manifestum absurdũ eorum mendacium & confusio fictæ nominationis. Ipsi autem detrahũt æonibus suis huiusmodi appellationibus, multis Ethnicis ueri similia & credibilia adponẽtibus nomina his qui uocãtur duodecim dñi ipsorum, quos & ipsos imagines duodecim æonibus esse uolunt, imaginibus multo decentiora & magis potentia per Etymologiam ad intentionem diuinitatis adducere nomina habentibus.

Quæstio de omni specie emissionis & de pleromatis inconsequentia. Cap. XX.

REuertamur aũt nos ad prædictã emissionum quæstionem. Et primo quidem dicant nobis causam huiusmodi emissionis Æonum ut nihil tangant eorum quæ sunt conditionis. Non enim propter conditionem dicũt facta, sed conditionẽ propter illa, & nõ illa eorum imagines, sed hæc illorum esse dicunt. Quemadmodũ igitur imaginũ causam reddunt dicentes, mẽsem quidem triginta habere dies, propter triginta æonas quæ sunt intra pleroma, & quæcunq; talia delirant: nunc dicãt nobis causam istam Æonum emissionis quid quia facta est talis, propter quid aũt prima & Archegonos omniũ octonatio emissa est, & nõ quinio, uel trinitas, aut septenatio aut aliquid eorũ quę in alterũ numerum cõfiniuntur. Et quid qui à Logo & Zoe decem emissi sunt æones & non plures aut minus, & rursus ex Anthropo & ecclesia duodecim, cum possent & hæc aut plura aut minus fieri: uniuersum quoq;

plero-

pleroma quod utiq; tripartitũ est in octonationẽ & decadẽ & duodecadem,& nõ alterũ quẽdã præter hos numerũ, Et diuisio aũt ipsa,quę utiq; in tres,& nõ in quatuor uel quinq;, uel sex, uel in alterũ quẽdam facta est numerũ,nihil tangentes eorũ numerorũ, qui sunt conditiõis: antiquiora enim illa his habere dicunt, & oportet cum ea propriã habere rationem,eam quæ est ante constitutionẽ,sed non eam quæ est secundum cõstitutionẽ consentiẽtes ad consonationẽ, quam quidẽ nos de conditione enunciantes aptabilia dicimus. Apta est enim hæc rhythmizatio his quę facta sunt,huic rhythmizationi. Illos aũt propriam causam de his quæ anteriora sunt, & à semetipsis perfecta nõ habẽtes enunciare,& in summã aporiam incidere necesse est: quæ enim nos de constitutione uelut ignorantes interrogant,ipsi de pleromatẽ è contrario interrogati uel humanas affectiones enarrarẽt,uel in eum descẽderent sermonem,qui est extra consonantiam quæ est in creatura,impropriè respondẽtes de secundis & nõ secundum eos de primis. Non em̃ de ea quæ est secũdum creaturam cõsonantia, nec de humanis affectionibus interrogamus eos, sed quia utiq; pleroma ipsorum cuius imaginem creaturã esse dicũt, octiforme & deciforme & duodeciforme est, uane & improuide pleroma eiusmodi figura effeciſſe patrem ipsorum fatebũtur:& deformitatẽ circumdabũt patri si irrationabiliter aliquid fecit:aut rursus si secundũ prouidentiã patris dicent sic emissum pleroma,propter creaturam uti bene rhythmisari ipsam essentiam, non propter se factum erit pleroma, sed propter eam quę secundum similitudinem ipsius futura esset imago. Quemadmodũ quæ de luto est,nõ propter semetipsam figuratur statua, sed propter eam quæ ex æramento, uel auro,uel argẽto habet fieri:& honoratior creatura erit quàm pleroma,si propter illud illa emissa est.

Quoniam quæ nobis qui sumus ab ecclesia imputant ij qui sunt à Valentino,illis rursum imputant hi qui sunt à Basilide,& illis item alij. Cap. XXI.

SI autem nulli eorum assentire uoluerint,quoniã conuincentur à nobis nõ habẽtes reddere causam talis emissionis pleromatis ipsorũ, cogentur concludi uti cõfiteantur super pleroma alteram quandã esse dispositionem magis spiritalem & magis dominantẽ, secũdum quam deformatũ est pleroma. Ipsorũ enim Demiurgus nõ à semetipso figurationem creaturæ fabricauit talem, sed secũdum illorum quæ sursum erãt figuram. Bythus ipsorum qui utiq; huiusmodi figurationis perfeciſſe pleroma,uel à quo figuram eorum quæ ante ipsum facta sunt accepit. Oportet enim uel in eo deo qui fecerit mundum perseuerare sentẽtiam, quoniã sua potestate & à semetipso accepit exemplum mundi fabricationis:uel si motus quis ab hoc fuerit, semper quærẽdi necessitas erit,unde ei qui super eum est figuratio eorũ quæ facta sunt,quis &nũ

merus emissionum & substãtia ipsius exempli. Si aũt licuit Bytho à se metipso talem figurationẽ pleromatis perficere, utiq; Demiurgo nõ licuit à semetipso mundum fecisse. Rursum igitur si illorũ imago conditio est, quid ꝓhibet illa eorũ quæ super ea sunt imagines esse dicere, & quæ super ea sunt, rursus aliorũ, & in immensas imagines imaginũ excedere. Sicut passus est Basilides, cum minime attigisset ueritatẽ, & putans per immensam successionẽ eorũ quę ex inuicem facta sunt effugere talem aporiam. Quoniã CCCLXV. cœlos per successionẽ & similitudinem ab inuicem factos enũciauit, & horũ ostensionẽ esse numerum anni dierũ, quẽadmodũ prędiximus, & horũ uirtutẽ quam & innominabilem uocãt, & huius dispositionẽ, & nec sic quidẽ effugit talem aporiã. Interrogatus enim unde cœlo ei qui est super oẽs, ex quo reliquos per successionẽ factos uult, figuratiõis imago, ab ea dispositione dicet quæ est secũdũ innominabilẽ: & aut innominabilẽ à semetipso fecisse dicet eam, uel alterã quandã super hanc potestatẽ esse consentire necesse habebit, ex qua accepit innominabilis eius tantam eorũ quæ sunt secundum eum figurationẽ. Quanto igitur tutius & diligẽtius, quod est uerum statim initio cõfiteri, quoniam fabricator deus hic qui mundũ fecit, solus est deus, & non est alius præter eum, ipse à semetipso exemplum & figurationẽ eorum quæ facta sunt, accipiẽs: quàm post tantã irreligiositatem & circuitum defessos, cogi aliquando in aliquo uno statuere sensum, & ex eo figuratione factorem confiteri.

Quoniam si quis transmotus fuerit à Demiurgo, in multos deos & infinitos mundos excidere eum necesse est. Cap. XXII.

ET enim hi qui imputant nobis qui sunt à Valentino, in ea quæ est deorsum hebdomade dicentes nos remanere, quasi non attollentes in altum mentem, neq; quæ sursum sunt sentientes, quoniam portentiloquium ipsorum non recipimus, hoc idem ipsum qui à Basilide sunt his imputant, quasi his adhuc circa ea quæ deorsum sunt uolutantibus usq; ad primam & secundã octonationẽ, & post triginta æonas indocte putare eos statim inuenisse eum qui supra omnia est patrem, non inuestigantes sensu in id quod est super CCCLXV. cœlos pleroma, quæ est supra quadragintaquinq; ogdoades. Et illis iterum iuste quis imputabit fingẽs quatuor milia & CCC & LXXX cœlos uel æonas: quoniam hi dies anni tantas horas habent. Si autem quis & noctium apponat duplicans prædictas horas, magnam multitudinem octonationũ & innumerabilem quãdam æonum operositatem putãs adinuenisse, aduersus eum qui est super omnia pater omniũ semetipsum perfectionem suspicans, eadem omnibus imputabit: quoniam non sufficiant in altitudinem eius quæ ab ipso dicebatur multitudo cœlorũ uel æonũ, sed deficientes uel in ea quæ sunt deorsum, uel in medietate perseuerãt

eius

eius. Igitur quæ sunt secundū pleroma ipsorū dispositionis & maxime eius quæ est secundum primam ogdoadem, tantas contradictiones & aporias habentes, inspiciamus & reliqua propter illorū insensationē, & nos de his quæ nō sunt quærentes, necessarie autem & hoc faciētes: quoniā huius credita est nobis procuratio, & qui uellemus omnes homines ad agnitionem ueritatis uenire: & quoniam tu ipse hoc postulaueris accipere à nobis multas & uniuersas euersionis eorū occasiones. Quæritur igitur quemadmodum emissi sunt reliqui æones, uerum uniti ei qui emiserit, quemadmodū à sole radij, an efficabiliter & pariter uti sit unusquisq; eorum separatim & suam figurationem habens quē admodum ab homine homo, & à pecude pecus, aut secundum germinationem, quemadmodum ab arbore rami: & utrum eiusdem substantiæ existebant his qui se emiserunt, an ex altera quadam substantia substantiam habentes: & utrum in eodem emissi sunt, ut eiusdem tēporis essent sibi, an secūdum ordinem quendam, ita ut antiquiores quidam ipsorum, alij uero iuniores essent: & utrum simplices quidā & uniformes, & undiq; sibi æquales & similes, quēadmodum spiritus & lumina emissa sunt, an compositi & differentes dissimiles membris suis. sed si quidem efficabiliter & secundum suam genesim unusquisq; illorum emissus est secūdum hominum similitudinem, uel generationes patris erunt eiusdem substantiæ ei & similes generatori, uel si dissimiles parebunt, ex altera quadam substantia confiteri eos esse necesse est. & si quidem patris generationes similes emissori, impassibilia perseuerabūt ea quæ emissa sunt, quemadmodum & is qui emisit illa: si autem ex altera quadam substantia quæ est capax passionum, unde hæc dissimilis substantia intra illud quod est incorruptelæ pleroma? Adhuc etiam secūdum hanc rationē unusquisq; eorum seperatim diuisus ab altero intelligeretur, quemadmodum hominē, nō admixtus, nec unitus alter altero, sed in figuratione discreta & circumscriptione diffinita & magnitudinis quātitate unusquisq; ipsorū deformatus, quæ propria corporis sunt, & non spiritus. Iam igitur non spiritale pleroma esse dicant, nec se metipsos spiritales, siquidem uelut homines æones ipsorum epulātes sedent apud patrem, & ipsum tali figuratione existentem, quemadmodum detegunt eum qui ab eo missi sunt.

Ostensio quoniam Logos in diminutione non est prolatus. Cap. XXIII.

SI aūt uelut à lumine lumina accensa sunt, æones à Logo, Logos aūt à Nu & Nus à Bytho, uelut uerbi gratia à facula faculæ, generatiōe quidem & magnitudine fortasse distabūt ab inuicem, eiusdem autem substantiæ cum sint cum principe emissionis ipsorum, aut omnes impassibiles perseuerāt, aut & pater ipsorum participauit passiones: neq; enim quæ postea accensa est facula, alterum lumē habebit quàm illud

quod ante eam fuit. Quapropter & lumina ab ipso cõposita in unũ in principalẽ unitionem recurrũt, cum fiat unũ lumẽ quod fuit & à principio: quod aũt iuuenius est & antiquius, nèq; in ipso lumine intelligi potest: unum enim lumen est totũ: nec in ipsis quæ perceperũt lumẽ faculis, & enim ipsæ secũdum substantiam materię id temporis habent, una enim & eadẽ est facularũ materia: sed tantũ secundũ accensionem, quoniã altera quidẽ ante tempus illud, altera autem nunc accensa est.

Quomodo secundum hæreticos uoluntas patris inuenitur feciſſe ignorantiam & labem. Cap. XXIIII.

LAbes igitur eius quæ est secundũ ignorantiã passionis, aut uniuerso similiter pleromati ipsorũ proueniet, cum sint eiusdem substantiæ, & erit in ignorantię labe, id est, semetipsum ignorãs propator: aut similiter omnia impassibilia perseuerabunt, ea quæ sunt intra pleroma lumina. Vnde igitur circa iuniorẽ æonem passio, si paternũ lumen est ex quo omnia cõstituta sunt lumina, quod naturaliter impassibile est. Quomodo autẽ & iuuenior aliquis aut senior in ipsis æon dici potest, cum sit unum lumen totius pleromatis: & si quas stellas dicant, eæ nihi lominus eadẽ uniuersi apparebunt natura participantes. Etenim si stella in claritate differt, sed non secundum qualitatem, nec secundum substantiam, secundum quam passibile aliquid uel impassibile est: sed aut uniuersos ex lumine cũ sint paterno, naturaliter impassibiles & immutabiles esse oportet: aut uniuersi cũ paterno lumine & passibiles, & cõmutationũ corruptionis capaces sunt. Hęc autẽ eadem ratio sequetur, & si uelut ab arbore ramos dicant à Logo natam esse emissionem æonum, cum Logos à patre ipsorum generationẽ habeat: eiusdem enim substantię omnes inueniuntur cum patre, tantum secundũ magnitudinem, sed non secũdum naturam differentes ab inuicem, & magnitudinem cõplentes patris, quemadmodũ digiti complent manũ. Si igitur pater in passione & ignorantia, & ĩj utiq; q ex eo generati sunt æones. Si autem impiũ est patri omnium ignorãtiam & passionem affingere, quomodo ab eo emissum dicũt æonem passibilẽ, & hoc ipsi Sophiæ dei eandem impietatẽ affigentes, semetipsos religiosos esse dicẽt. Si autem quomodo à sole radios æonas ipsorũ emissiones habuisse dicent, eiusdem substãtiæ & de eodem omnes cũ sint, aut omnes capaces passionis erunt cum eo qui ipsos emisit, aut omnes impassibiles perseuerabunt. Non enim iam quosdam impassibiles, quosdam autem passibiles possunt ex tali emissione confiteri. Si igitur omnes impassibiles dicũt, ipsi suum argumentũ dissoluũt: quomodo enim passus est minor æon, si omnes erũt impassibiles? Si autẽ omnes dicũt participasse passionis huius, quemadmodũ quidã audẽt dicere, quia à Logo quidem cœpit, deriuatio autem in Sophiam, in Logum huius Nun propatoris

ris paſsionem reuocantes arguentur,& Nun propatoris & ipſum patrem in paſsione fuiſſe confitentes. Non enim ut compoſitum animal quiddam eſt omnium pater præter Nun quemadmodum prǫoſtendimus,ſed Nus pater,& pater Nus.Neceſſe eſt itaq; & eum qui ex eo eſt Logos,imò magis autem ipſum Nun,cum ſit Logos,perfectum & impaſsibilem eſſe,& eas quæ ex eo ſunt emiſsiones eiuſdē ſubſtantiæ cū ſint,cuius & ipſe,perfectas & impaſsibiles & ſemper ſimiles cū eo perſeuerare,qui eas emiſit.Non igitur iam Logos quaſi tertium ordinem generationis habens ignorauit patrem,quemadmodū docent hi: hoc enim in hominum quidē generatione fortaſſe putabitur ueriſimilius eſſe,eo quod ſæpe ignorant ſuos parentes, in Logo autem patris oīmodo impoſsibile eſt.Si enim exiſtens in patre cognoſcit hunc in quo eſt,hoc eſt ſemetipſum,non ignorat & quę ab hoc ſunt emiſsiones uirtutes eius exiſtentes & ſemper ei aſsiſtentes,ignorabunt eum qui ſe emiſit,quemadmodum nec radiȳ ſolem. Non capit igitur dei Sophiam eam intra pleroma eſt cū ſit, at illi emiſsione ſub paſsione cecidiſſe & talem ignorantiam concepiſſe. Poſsibile eſt autem eam quę eſt à Valētino ſapiētiam,cum ſit de diaboli emiſsione, in omni paſsione fieri, & profundum ignorantię fructificare. Vbi enim ipſi teſtimonium perhibent de matre ſua,dicētes eam æonis errantis generationē eſſe, iam nō quærere oportet cauſam propter quā filiȳ huiuſmodi matris ignorātię ſemper natent profundū.Prǫter has aūt emiſsiones ego quidē iam nō intelligo alteram poſſe eos dicere, ſed ne ipſi quidem alteram quandā proprietatē emiſſam reddentes aliquando,cogniti ſunt nobis,licet ualde multam de huiuſmodi ſpeciebus quæſtionem habuerimus cū eis: hoc autem ſolum dicunt quoniam emiſsi ſunt unuſquiſq; illorum, & illum tantum cognouiſſe qui ſe emiſit,ignorans autem eum qui ante illum eſt.Iam non autem cum oſtēſione progrediuntur quēadmodum emiſsi ſunt,aut quomodo capit tale quid ſpiritalib. fieri.quādocunq; enim progreſsi fuerint obligabūtur,& à recta ratione cæcutiētes circa ueritatem,in tantū,uti eum qui eſt à Nu propator ipſorum emiſſus ſermo in deminorationē eum emiſſum dicāt: Nun enim perfectum à perfecto Bytho progeneratū iam nō potuiſſe eā quæ ex eo eſt emiſsionē facere perfectā,ſed obcæcatam circa agnitionem & magnitudinem patris,& ſaluatorem ſymbolum myſterȳ huius oſtēdiſſe in eo qui à natiuitate cæcus fuit,quoniā ſic cæcus emiſſus eſt à monogene æon,id eſt, ignorantia,ignorantiam & cæcitatem commentientes uerbo dei ſecūdum eos à propatore emiſsionē habenti,abmirabiles Sophiſtæ & altitudines inueſtigantes incogniti patris, & ſupercœleſtia ſacramenta enarrātes,in quem cupiunt angeli proſpicere uti diſcāt, quoniam à Nu eius patris,qui ſuper omnia eſt emiſſum uerbū,cęcum emiſſum,id eſt,

igno-

ignorans patrem, qui se emisit. Et quemadmodum ô uanissimi Sophistæ Nus patris, immo etiam ipse pater cum sit Nus & perfectus in omnibus imperfectum & cæcum æonem emisit suum Logon, cum possit statim & agnitionem patris cum eo emittere, quemadmodũ Christum post genitum quidem reliquis, perfectum autem dicitis emissum: multo magis igitur qui est eo ætate prouectior Logos, ab eodem Nu perfectus utiq; emitteretur & non cæcus, nec ille rursus plus cęcus, quàm si æonas emitteret, quoadusq; Sophia uestra semper excæcata, tantam malorum enixa est substãtiam? & huius maliciæ causa est pater uester: magnitudinem enim & uirtutem patris causas ignorantiæ esse dicitis, Bytho assimilantes eum, & nomen hoc ei adponẽtes innominabili patri. Si autem ignorantia malum, omnia autẽ mala ex ea fluxisse definitis, huius autem causam magnitudinem & uirtutẽ patris dicentes, malorum factorem eum ostenditis. Id enim quod non potuerit cõtemplari magnitudinem eius, causam dicitis mali. Sed si quidem impossibile erat patri notum semetipsum ab initio, his quæ ab eo facta sunt, facere, inexcusabilis erat, quoniam poterat ignorãtiam auferre eorũ, qui post se sunt. Si autem postea uolens eam quę secundum progressionẽ emissionum aucta fuerat ignorantiam, & inseminatam æonibus auferre, potuit, multo magis prius eam quæ nondũ erat, ignorantiam uolens nõ permittere fieri. Quoniam igitur quãdo uoluit agnitus est non tãtum æonibus, sed & his qui in nouissimis temporibus, non uolens autem ab initio agnosci, ignoratus est, causa ignorantiæ secundum uos est, uoluntas patris. Si enim præsciebat hæc sic futura, quare utiq; priusquã fieret nõ abscidit ignorantiam ipsorum, quam postea, uelut ex pœnitẽtia, curat per missionem Christi. Qui enim per Christũ agnitionem omnibus fecit, multo ante poterat facere per Logon, qui & primogenitus erat monogenus. Vel si præsciens uoluit fieri hæc, semper perseuerant ignorantiæ opera, & nunquam prætereunt. Quæ enim ex uoluntate propatoris uestri facta sunt, perseuerare oportet cũ uolũtate eius qui uoluit, uel si prætereũt hęc, cum his præteriet & uoluntas eius, qui substantiã eam habere uoluit. Quid enim & discẽtes requieuerũt Æones, & perfectam agnitionem perceperunt, quoniam incapabilis est & incomprehensibilis pater. Hanc autem agnitionem habere potuerunt priusquam in passionibus fierent: non enim deminorabatur magnitudo patris ab initio, scientibus his quia incapabilis & incomprehensibilis est pater. Si enim propter immensam magnitudinem ignorabatur, & propter immensam dilectionem impassibiles debebat conseruare eos qui ex se nati erant, quoniam nihil prohibebat, sed magis utile erat ab initio cognouisse eos, quoniam incapabilis & incomprehensibilis est pater.

Quo-

Quoniam Sophia nunquam in ignorantia & in deminoratione est. Cap. XXV.

QVomodo autem nō uanum est, quod etiam Sophiā eius dicunt in ignorantia & in deminorantione & in passione fuisse: hæc em̄ aliena sunt à Sophia & cōtraria, sed nec affectiones eius sunt. Vbi em̄ est improuidentia, & ignorantia utilitatis, ibi Sophia non est. non iam igitur Sophiam passam æonem uocēt, sed aut uocabulum eius, aut passiones prætermittant: & plenitudinē autem uniuersam non dicāt spiritalem, si intra ipsam æon hic cum esset in passionibus tantis conuersatus est. Hæc enim ne anima quidem fortis, non dicam spiritalis substātia, percipiet. Quomodo aūt rursus Enthymesis eius cum passione procedēs separatim poterat fieri. Enthymesis enim esse intelligitur aliquē, ipsum aūt seorsum nunc̄ fiet. exterminatur enim & absorbetur mala à bona Enthymesi, quemadmodū ægrimonium ab incolumitate. quæ enim erat prior Enthymesis passionis exquirere patrem & magnitudinem eius considerare, quid autem suasa est postea & cōualuit, quoniā incomprehensibilis, & qui inueniri non possit est pater: non igitur bonum erat quod uellet cognoscere patrem, & propter hoc est & passibile, sed quādo suasa est quoniā inuestigabilis esset pater & conualescēs, sed ille ipse Nus quærebat patrem, cessauit secundū eos adhuc quærere dictus, quoniam incomprehensibilis est pater.

Ostensio quomodo neq; enthymesis sine æone propriam habuerit substantiam, neq; passio sine enthymesi est. Cap. XXVI.

QVemadmodum igitur Enthymesis poterat separata cōcipere passiones, quæ & ipsæ affectiones eius erant. Affectio enim erga aliquem fit, ipse autem seorsum non potest esse, nec cōstare. Non solum autem instabile hoc est, sed etiam contrarium ei quod est à domino nostro dictum, Quærite & inuenietis. dominus enim quærendo & inueniendo patrem, perfectos cōsumat discipulos. Is autem qui sursum est Christus ipsorum per id quod præcepit æonibus, nō quærere patrem suadens, quoniam & si multū laborauerint perfectos eos consumauit. Et sic quidem perfectos aiunt in eo quod dicant inuenisse Bythū ipsorū, æonas aūt in eo quod ipsa sint, quoniā inuestigabilis est qui ab eis inquirebatur. Cum igitur ipsa Enthymesis nō posset sine æone separatim consistere, adhuc maius inferunt mēdacium, de passione eius separatim, rursus diuidentes eam, & hanc esse substantiam dicētes materiq. quasi non esset lumē deus, nec adesset sermo qui posset eos arguere, & euertere nequitiā ipsorū: utic̄ em̄ quodcūc̄ sentiebat æon hoc & patiebatur. & qđ sentiebatur, hoc & sentiebat, & nō aliud erat apud eos Enthymesis eius nisi passio, incōprehensibilē cōprehendere excogitātis & passio Enthymesis, impossibilia enim sentiebat. Quēadmodum itac̄ poterat affectio & passio ab Enthymesi seorsū separari, & substā

tia

tia tantæ materiæ fieri, quãdo & ipſa Enthymeſis paſsio erat, & paſsio Enthymeſis, nec igitur Enthymeſis ſine æone, nec affectiones ſine Enthymeſi ſeparatim habere poſſunt ſubſtãtiã, & ſoluta eſt & hic rurſus regula ipſorũ. Quẽadmodũ aũt & ſoluebatur & patiebatur æon, ſiquidem eiuſdem ſubſtãtiæ cuius & pleroma erat, pleroma aũt uniuerſum ex patre. quod enim ſimile eſt ſimili non diſſoluetur in nihilum, nec perire periclitabitur, ſed magis perſeuerabit & augeſcet.

Quoniam neq; diſſolui neq; pati æon poterat, cum eſſet ſpiritalis & in his quæ ſimilia erant conuerſans. Cap. XXVII.

QVemadmodum enim ignis in igne, & ſpiritus in ſpiritu, & aqua in aqua, quæ autẽ ſunt contraria à cõtrarijs patiuntur, & uertũtur & exterminantur, ſic & ſi fuiſſet luminis emiſsio, non pateretur, nec periclitaretur in ſimili lumine, ſed magis effulgeſceret & augeſceret, quẽadmodum dies à ſole: etenim Bythum imaginem patris ſui eſſe dicunt. Quæcunq; ſunt peregrina & ſibi extranea animalia atq; cõtraria natura periclitantur & corrumpuntur: quæ aũt ſibi aſſumpta ſunt, & cognata nullum patiuntur periculum in ea cõuerſantia, ſed & ſalutẽ & uitam ex eo acquirunt. Si igitur eiuſdem ſubſtãtiæ, cuius & uniuerſum pleroma ex eo emiſſum, fuiſſet hic æon, nunquam demutationẽ perciperet, cum eſſet in ſimilibus & aſſuetis conuerſans, ſpiritalis in ſpiritalibus. timor enim & expaueſcentia & paſsio, & diſſolutio, & alia in his quidẽ quæ ſunt ſecundum nos & corporalibus fortaſsis fiant à contrarijs: in ſpiritalibus autem & diffuſum habentibus lumen, iam non tales conſequuntur calamitates. ſed mihi uidentur eius paſsionem, qui eſt apud Comicum Menandrum ualde amans & odibilis, æoni ſuo circundediſſe. Magis enim infeliciter amantis cuiuſdam hominis apprehenſionem & mentis conceptionem habuerunt qui hæc finxerunt, quàm ſpiritalis & diuinæ ſubſtantiæ.

Quoniam patris exquiſitio & inueſtigatio magnitudinis eius neq; paſsionem neq; labem ſed tantum perfectiones faciebat in æone. Cap. XXVIII.

SVper hæc quoq; & cogitare de quærendo perfectũ patrẽ, & uelle intra eum fieri, & habere eius comprehenſionem, nõ ignorantiam, nec paſsionẽ poterat inficere & hoc æoni ſpiritali, ſed magis perfectionem & impaſsibilitatem & ueritatem. Nec enim ipſi cum ſint homines, excogitantes de eo qui ante ipſos eſt, & uelut iam comprehendentes perfectum, & intra eius conſtituti agnitionem, dicũt ſemetipſos in paſsione conſternationis eſſe ſed magis in agnitione & apprehẽſione ueritatis. Etenim ſaluatorem, quærite & inuenietis, diſcipulis propter hoc dixiſſe dicunt, ut eum qui ab ipſis per excogitationem fictus eſt, ſuper fabricatorem omnium inenarrabilem, Bythum quærant: & ſemet ipſos perfectos eſſe uolunt, quoniam inquirentes inuenerunt perfectum

ctum,cum adhuc sint in terra: Eum autē qui intra pleroma sit æonem totum spiritalem quærētem propatorem,& intra magnitudinem eius conantem fieri, & comprehensionem paternæ ueritatis concupiscentem habere,in passionem dicunt recidisse, & passionem talem, ut nisi ei occurrisset uirtuti quæ omnia firmat,dissolutus fuisset in uniuersam substantiam & exterminatus.

Quoniam non capit æonem infra pleroma desiderium passionis percepisse. Cap. XXIX.

VAsania est hæc præsumptio,& uere destitutorum à ueritate sensus hominum.quoniam enim æon hic melior est,quàm ipsi & uetustior,ipsi quoq; confitentur secundum suam regulam, dicētes se esse conceptum Enthymeseos eius æonis qui passus est, ita ut sit hic æon matris ipsorū pater,id est auus ipsorum.& posterioribus quidem nepotibus exquisitio patris ueritatem & perfectionem & confirmationem,& eliquationem à fluxibili materia facit, sicut dicunt,& reconciliationem ad patrem: auo autem ipsorum hæc eadem inquisitio ignorantiam & passionem & expauescentiam & timorem,& consternationem infecit,ex quibus & substantiam materiæ factam dicunt.Exquirere ergo & inuestigare perfectum patrem, & concupiscentiam cōmunicationis cū eo,& unitatis,sibi quidem salutare fieri, æoni autem à quo & genus habent, dissolutionis & perditionis causam fuisse dicentes, quomodo nō per omnia incōgruum & fatuum & irrationabile? & hi qui assentiūt uere cæci,cæcis ducatoribus utentes,iuste & corruunt in subiacentem ignorantiæ profundum.

Quomodo de semine ipsorum sermo uniuersus instabilis ostenditur. Cap. XXX.

QValis est autem & de semine ipsorum sermo,conceptum quidem illum secūdum figurationem eorum,qui sunt. Ergo saluatorē angelorum à matre informem & sine specie,& imperfectum, depositum autem in Demiurgum nesciente eo, ut per eum in eam animam quę erat ab eo seminatum,perfectionem & formationem percipiat. Primū quidem est dicere,quoniā imperfecti & infigurati & informes hi sunt angeli,qui sunt erga saluatorem ipsorum. Siquidem secundum illorū speciem cōceptū tale quid generatum. Post deinde quod dicant ignorasse fabricatorem eam quæ fuit seminis in eum demissio, & iterum ea quæ facta est per eum in hominem seminatio, futile uerbum & uanū, quod nullo modo ostēdi possit. Quemadmodū enim ignorauit illud, si substātiam aliquam & qualitatem propriam habuisset ipsum semē? si autem sine substantia & sine qualitate & nihil erat,cōsequenter ignorabat illud: quæ enim propriam quandam notionem & qualitatem uel caliditatis uel uelocitatis,uel dulcedinis habent, uel claritatis cuiusdam differentiam, nec homines quidem lateant cum sint cum homini

bus, in tantum abest ut fabricatorem huius uniuersitatis deum, apud quem iuste nō est agnitum semen ipsorum, cum sint sine qualitate uniuersæ utilitatis & sine substantia omnis actionis, & in totum nihil existētes. Et propter hoc mihi uidetur etiam dominus dixisse: Omnis sermo otiosus, quem locuti fuerint homines, reddent pro eo rationem in die iudicij. Omnes enim quicunq; tales sunt, otiosos sermones in aures hominum immittētes, assistēt in iudicio rationem reddituri de his quæ uane coniecerunt, & mentiti sunt aduersus deum, in tantum ut semetipsos dicant propter seminis substantiam agnoscere spiritale pleroma, in eo homine qui est intus demonstrante eis uerum patrem. Opus enim esse animali sensibilibus erudimentis.

Quoniam non ignorauit Demiurgus in eum seminis depositionem. Cap. XXXI.

DEmiurgum autē uniuersum semen hoc matre deponēte suscipientem in semetipsum, omnia omnino ignorasse, & nullū sensum eorum quæ erga pleroma sunt habuisse: & se quidē spiritales esse, quoniam particula quædā uniuersitatis patris in anima ipsorū deposita est, cū ex eadē substātia habeāt animas, ex qua & Demiurgus, sicut dicūt: hunc autem semel uniuersum suscipientē semen à matre, & habentem in se, animalem perseuerasse, & nihil in totum sensisse eorū quæ sunt superiora, quæ hi semetipsos intelligere dum adhuc sunt in terra gloriātur. Quomodo hoc non super omnē irrationabilitatē est? Etem idipsum semen horum quidem animę agnitionē attribuisse & perfectionē, ei autem qui eos fecit deus, ignorantiam attribuisse putare, uere uæsanorum est, & in totum mēte destitutorum. Adhuc etiam uanissimum est, quod dicunt in hac depositione figurari illud & augescere, & paratū fieri ad susceptionē perfectæ rationis: erit em̄ ei materiæ admixtio, quā ex ignorantiæ labe uolunt habuisse substantiam, aptior & utilior, q̄ fuit paternum lumen ipsorum. Siquidem secundū illius depositionem natum informe & infiguratum fuit: ex hac autem formatione speciem & augmentum & perfectionem assumpsit.

Et quoniam si in eum depositum fuisset semen, non potuisset ignorare ea quæ sunt super eum. Cap. XXXII.

SI enim quod est à pleromate lumen, causa fuit spiritali, ut nec formam nec speciem, nec magnitudinem haberet propriam, quæ autem huc est descensio, hæc uniuersa addidit ei, & ad perfectionem deduxit, multo optabilior & utilior uidebitur quæ est hic cōuersatio, q̄ & tenebras dicunt, quàm fuit paternum lumen ipsorum. Quomodo autem non ridiculum, matrem quidem ipsorum in materiam periclitatam dicere, uti penè suffocaretur, & paulominus corrumperetur, nisi uix tunc superextendisset & exiliisset ex semetipsa adiumētum percipiens à patre. Semen autem eius in hac eadem materia augescere & formari

mari,& aptum ad ſuſceptionem perfecti ſermones expediri, & hoc in diſsimilibus,& in inſuetis ebulliens,ſicut ipſi dicunt,contrariũ eſſe terrenum ſpiritali,& ſpiritale terreno. Quomodo igitur in cõtrarijs & in inſuetis paruum emiſſum,quemadmodũ dicunt,& augeſcere & formari & ad perfectionem peruenire potuit.

Quomodo contraria de matre & labe eius conſilia decreuerunt. Cap. XXXIII.

ADhuc etiam & ad hęc quæ dicta ſunt requiretur,utrum ne ſemel enixa ſit mater illorũ ſemẽ,ut uidit angelos,an particulatim. Sed ſi quidem ſimul & ſemel quod exinde conceptũ, nũc iam nõ erit infantile.ſuperflua eſt igitur in eos qui nunc ſunt homines deſcenſio eius. Si autem particulatim,iam nõ ſecundũ figuram eorũ,quos uidit angelos fecit conceptionẽ.ſimul enim eos & ſemel uidens & concipiens,ſemel enixionẽ debebat feciſſe, quorum de ſemine cõceperat figuras. Quid autem quod angelos cum ſaluatore ſimul uidẽs,illorũ quidem imagines concepit,ſaluatoris aũt non, qui eſt decorior ſuper illos? an nunquid non placuit ei hic,& propter hoc non cõcepit eum? Quõ autem Demiurgus quem Pſychicum uocant, propriã ſecũdum eos magnitudinem & figuram habens,emiſſus eſt ſi ſecundũ ſuam ſubſtantiã perfectus? Quod aũt ſpiritale eſt,quod etiã operoſius oportet eſſe q̃ animale,imperfectum emiſſum eſt, & opus ei fuit uti in animam deſcẽderet, ut in ea formaretur,& ita perfectum exiſtens, paratum fiat ad ſuſcipiẽdum perfectum uerbum. Si igitur in terrenis hominibus,& in animalibus formaretur,iam non ſecundum angelorum ſimilitudinẽ eſt, quos dicunt lumina,ſed ſecundum eorum qui ſunt hic homines. Non enim angelorum habebit ſimilitudinem & ſpeciem,ſed animarum, in quib. & formatur. Quõ aqua in uas miſſa, ipſius uaſis habebit formam, etiã ſi gelauerit,eam ſpeciem habebit uaſculi,in quo gelauit, quando ipſæ animæ corporis habebant figuram,ipſi enim adaptatę ſunt uaſi,quemadmodum prædiximus. Si igitur & illud ſemen hic coagulatur & formatur,hominis figura erit,ſed non angelorum formam habens. Quo modo igitur ad imagines angelorum illud ſemen eſt,quod ſecundum ſimilitudinem hominũ figuratur. Quid autem cũ ſpiritale eſſet, opus ei fuit,ut in carnem deſcenderet? caro enim eget ſpiritali, ſi tamẽ incipiet ſaluari,ut in eo ſanctificetur & clarificetur & abſorbeatur mortale ab immortali:ſpiritali autem in totum non eſt opus eorum quæ ſunt hic. non enim nos illud,ſed illud nos meliores facit.

Oſtenſio quod neq; conceptio neq; generatio ſeminis fuerit. Cap. XXXIIII.

ADhuc autem manifeſtius qui eſt de ſemine ipſorum ſermo arguitur falſus,& à quolibet perſpici poteſt, in eo quod dicant eas animas quæ habuerint à matre ſemẽ,meliores reliquis fieri. Qua,ppter & honoratas à Demiurgo, & principes & reges & ſacerdotes ordinatos

esse. Si enim erat hoc uerum, primus utiq; Caiphas summus sacerdos & Anna & reliqui summi sacerdotes & legis doctores & principes populi credidissent domino, in eam cognationē cōcurrentes, & ante hos etiā Herodes rex. Quoniam aūt nec hic, nec summi sacerdotes, nec qui præerant, neq; clari de populo accurrerunt ei, sed è contrario qui erāt in uīs mendici sedētes surdi & cæci, & à reliquis conculcabātur & cōtemnebantur, quēadmodū & Paulus ait: Videte em̄ uocationē uestrā fratres, q̄niam nō multi sapiētes apud uos, nec nobiles, neq; fortes, sed quæ fuerunt contēptibilia mūdi, elegit deus. Nō itaq; erant meliores tales animę propter seminis depositionē, neq; propter hoc honorificabātur à Demiurgo. Et de eo quidem, quod sit regula ipsorum infirma & instabilis, adhuc etiam & uana, sufficiant quæ dicta sunt. Nec enim oportet, quod solet dici, uniuersum ebibere mare, eū qui uelit discere, quoniam aqua eius salsa est. Sed quemadmodum statua de luto facta, colorata autem superficie, ut putetur aurea esse, quæ sit lutea, & quicūque accipiet ex ea particulā qualemcunq;, & exhauriens ostēderit lutum, liberabit eos qui ueritatem quærunt à falsa opinione.

Quoniam ex solutione parabolarum impropriam & inconuenientem fictionem suam faciunt. Cap. XXXV.

EOdem modo & nos non modicam partem, sed ea quæ sunt maxima continentia regulæ ipsorū resoluentes capitula, omnib. quotquot non seduci scientes uolunt, quod est nequam & dolosum & seductorium & pernicioſum de schola eorum qui sunt à Valentino, & à reliquis hæreticorum quotquot Demiurgum, id est, fabricatorem, & factorem huius uniuersitatis solum existentem deum male tractant, ostēdimus, dissolubilem eorum uiam manifestantes. Quis enim sensum habens & ueritatis uel modicum attingens, sustinebit dicentes, super Demiurgum deum esse alterum patrem, & alterum quidem esse monogenem, alterum autē uerbum dei quem & in deminoratione emissum dicunt, alterum autem Christum, quem & posteriorem reliquis æonibus cum spiritu sancto factum esse dicūt, & alterum saluatorem, quem ne à patre quidem uniuersorum, sed ab his qui in deminoratione facti sunt æonibus collatum & congestum dicunt, & necessarie propter deminorationem emissum, ut nisi in ignorantia & deminoratione fuissent æones secundum eos, nec Christus emissus fuisset, nec spiritus sanctus, nec horos, nec soter, nec angeli aut mater ipsorū, nec semen eius, nec reliqua mūdi fabricatio, sed fuissent omnia deserta ac destituta tot bonis. Non solum itaq; in fabricatorē tantum irreligiosi sunt, labis eū dicentes fructum, sed & in Christum & in spiritum sanctum, propter labem dicentes eos emissos, & saluatorem autem finaliter post labem. Quis enim sustinebit reliquum eorū uaniloquium, quod astute parabolis

bolis adaptare conantes,& se & eos qui sibi credunt in maximam con uertunt impietatem. Quoniã & parabolas & actus domini impropriè & inconsequenter inferunt figmento suo,ita ostendimus.

Ostensio quod uno anno non præconiauerit dominus post baptismum sed omnem eam ætatem. Cap. XXXVI.

ILlam enim quam erga duodecimum æonem dicunt accidisse pasio nem,conantur ostendere,quod saluatoris pasio à duodecimo Apo stolorum facta sit,&in duodecimo mẽse. Vno enim anno uolunt eum post baptismũ prædicasse. Sed in illa quæ profluuium sanguinis patie batur manifeste dicunt ostensum:duodecim enim annis passa est muli er,&tangens fimbriam saluatoris,consequuta est sanitatem ab illa uir tute,quæ egressa est à saluatore,quam præesse dicũt:illa enim quæ pas sa est uirtus,extensa & in immẽsum effluens, ita ut periclitaretur & o mnem substãtiã dissolui,cum tetigisset primam quaternationem, quæ per fimbriã significatur,stetit,& à pasione cessauit. Hoc ergo quod di cunt duodecimi æonis pasionẽ per Iudam demõstrari, quomodo po test in similitudinẽ comparari Iudæ, qui eiectus est de numero duode cimo,nec restitutus est in locum suum. Æon enim cuius typum Iudã dicunt esse, separata eius Enthymesi restituta est, siue reuocata: Iudas autem abdicatus & eiectus, & in locum eius Matthias ordinatus est, secundum quod scriptum est,& episcopatum eius accipiat alius. De buerunt itaque dicere,duodecimũ Æonem eiectum esse de pleroma te,& in locum eius alium prolatum siue emissum,si tamen in Iuda ostẽ ditur. Adhuc autem ipse quidem Æon quod sit passus dicunt, Iudas autem quod sit proditor. Patiens autem Christus uenit ad pasionem, & non Iudas, & ipsi cõfitentur. Quomodo igitur Iudas traditor eius, qui pro nostra salute pati habuit, typus & imago esse poterat Æonis, quæ Christi pasio similis est pasioni Æonis, ei quæ in inuisibilibus facta. Æon enim passus est pasionem dissolutionis & perditionis, ut periclitaretur ipse qui patiebatur & corrumpi: Dominus autẽ noster Christus passus est passionem ualidam, & quæ non cederet, non so lum ipse non periclitatus corrumpi, sed & corruptum hominem fir mauit robore suo & in corruptionem reuocauit. & Æon quidem pas sus est pasionem ipse requirens patrem, & non præualens inuenire: dominus autem passus est, ut eos qui errauerunt à patre, ad agnitio nem, & iuxta eum adduceret: & illi quidem inquisitio magnitudinis patris fiebat pasio perditionis,nobis autem dominus passus, agnitio nem patris conferens,salutem donauit:& illius quidem passio fructifi cauit fructum fœmineum,sicut dicunt, inualidum & infirmum & in formem & inefficacem, istius autem pasio fructificauit fortitudinem & uirtutem. Ascendens enim in altitudinem dominus per pasionem,

captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus, & cõtulit credẽtibus in se super serpentes & scorpiones calcare, & super omnem uirtutem inimici, id est, principis Apostasię. Et dominus quidem per passionem mortẽ destruxit, & soluit errorẽ corruptionemq; exterminauit, & ignorantiam destruxit, uitam autẽ manifestauit eis, ostendit ueritatem, & incorruptionem donauit.

Quomodo destruetur qui est de numeris ipsorum, & nominibus sermo. Cap. XXXVII.

alias, sustinuit. ILlorum autem Æon cum fuisset perpessus ignorantiam* substituit substantiam informem peperit, ex qua omnia materialia opera prolata sunt secundũ eos, mors, corruptio, error, & his similia. Nõ ergo ludas duodecimus discipulus typus erat passi æonis, sed neq; domini nostri passio: per omnia enim dissimile, & inconueniẽs inuicem sibi ostẽsum est, non solum in his quę prædiximus, sed secundum ipsum numerum: proditor enim Iudas quod sit duodecimus denominatus apostolus in Euangelio, hic autem Æon non duodecimus, sed trigesimus est: non enim duodecim tantum Æones uoluntate patris prolati sunt, secundum hæc, nec duodecimus ordine emissus est, in trigesimo loco annumerantes eum emissum. Quomodo ergo duodecimus ordine ludas, eius qui in trigesimo ordine est Æon, potest esse typus & imago? si autem ludam pereuntem imaginem Enthymeseos eius esse dicunt, nec sic imago similis erit eius quæ secundum eum est ueritatis. Enthy-
alias, postea. mesis enim separata ab Æone ipsa † propterea formata à Christo, dehinc prudens facta à saluatore, & omnia quæ sunt extra pleroma operata, secundum imaginem eorum qui sunt in pleromate, in nouissimo in pleroma recepta dicitur ab his, & secundum cõiugationes unita saluatori eius, qui ex omnibus factus est. Iudas autem semel eiectus nunquam reuertitur in discipulorum numerum, alioquin nunquam alius in locum eius annumeraretur. Et dominus autem dixit de eo: Væ homini, per quem filius hominis tradetur, & melius erat ei, si non natus fuisset, & filius perditionis dictus est ab eo. Si autem non separatæ ab Æone Enthymeseos dicunt Iudam esse typum, sed perplexæ ei passionis, nec sic numerus duodecimus numero trium possunt esse typus. Hic enim Iudas eiectus est, & Matthias pro eo ordinatus. Illic autem Æon periclitatus dissolui, & perisse dicitur, & Enthymesis & passio: separatim enim Enthymesin quoq; passione secernunt, & faciunt Æonem quidem restitui, Enthymesin autẽ formari, passionẽ uero ab his separatam esse materiam. Tribus itaq; existentibus his, Æone & Enthymesi & passione, Iudas & Matthias duo existentes, non possunt typus esse. Si autem duodecim Apostolos dicunt typum esse illius solius duodecim Æonum prolationis, quam homo cum ecclesia protulit, &

reliquo

reliquorum decem Æonem, qui ut dicunt à uerbo & uita prolati sunt, dent typum alios decẽ Apostolos. Inenarrabile est enim iuniores quidem Æones, & propter hoc minores ostẽdi à saluatore per electionẽ Apostolorum: seniores autem horum, & ob hoc meliores, nõ iam prę ostẽdi: cũ possit saluator, si tamẽ Apostolos ideo elegit, ut per eos ostẽ dat Æonas qui sunt in pleromate, & alios decẽ Apostolos eligere: & ante hos quoq; alios octo, ut illam principalem & primã ostẽdat ogdoadem, per Apostolorum numerũ typum factum possit ostẽdere, neq; secunda decade. post enim duodecim Apostolos lxx. alios dominus noster ante se misisse inuenitur, septuaginta autẽ nec octonario numero neq; denario, nec trigenario typus esse possunt. Quę igitur causa est iuniores quidem sicut prædixi Æones per Apostolos ostendi, meliores autem, ex quibus & hi facti sunt, nõ iam præfigurari: & duodecim autẽ Apostoli, si ppter hoc electi sunt, ut per eos numerus duodecim Æonum significetur, & septuaginta in typum Æonum septuaginta electi esse debuerunt, nõ iam triginta numero Æonas, sed octoginta & duos factos dicant. Qui enim secũdum typum eorum qui in pleromate sunt æonum electionem facit Apostolorum, nunquam aliorum quidem faceret, aliorum uero nõ faceret, sed per omnes Apostolos tentasset seruare imaginem, & ostendere typum eorũ qui sunt in pleromate ęonum. Sed neq; de Paulo quidem tacendũ est, sed exigendum ab his in cuius æonis typum Apostolus nobis traditus est: nisi forte in saluatoris compositi eorum qui & omnium collatio subsistit, quẽ & omnia nuncupãt, eo quod sit ex omnibus: de quo & Hesiodus poeta splẽdide significauit, Pandoram, id est, omnium munus nominãs eum, ob hoc quod ex omnibus optimum munus in eo sit collatum. In quibus ratio hæc est. Hermes, sicut Græco sermone exprimitur.

Αιμυλίους τὲ λόγους καὶ ἐπίκλοπον ἦθος ἐς ἀυτὸς
Κάτθετο

Vt hoc ipso latino sermone dicamus, fraudulentiæ siue seductiõis uerba & subinuolantes mores indidit eorum sensibus, ad seducendum stultos hominum, ut credant figmentis eorum. mater enim hoc est Leto occulte commouit eos, unde & Leto nuncupata est secundum Gręci sermonis significantiam, quod occulte homines commoueret, nesciente Demiurgo enunciare profunda & inenarrabilia mysteria pruriẽtibus aures. & non solum per Hesiodum hoc operata est mater eorum mysterium dici, sed & Pindari Lirici sapienter ualde, ut cælet Demiurgo in Pelope, cuius caro in partes à patre diuisa est, & ab omnibus dijs collecta & allata & compacta, Pandoram hoc modo significauit, ex qua & isti compuncti eadem secundum eos dicentes, eiusdem generis & spiritus sunt cum illis.

ἑρμῆς. i. Mercurius. nam illi datũ est hoc negocium apud Hesiodum.

λητώ.

Quoniam secundum Legem neq; imagines neq; figuræ existunt plenitudinis ipsorum, sed neq; figuræ esse possunt. Cap. XXXVIII.

QVia autem & trigenarius numerus eorum omnes excedit, secundum eos, aliquando quidem paucis, aliquando autē plurimis æonibus statim in pleromate inuentis ostendimus. Nō ergo triginta æones sunt, nec ob hoc saluator triginta annorū existens uenit ad baptismū, ut ostēderet tacitos æones eorum triginta, alioquin ipsum primū erunt discernentes & eiicientes de pleromate omniū. Duodecimo autem mense dicunt eum passum, ut sit anno uno post baptismum prędicans, & ex propheta tentant hoc ipsum confirmare: scriptum est enim. uocate annum domini acceptū & diem retributionis: uere cæcutiētes, qui profunda Bythi adinuenisse se dicunt, & non intelligētes ab Esaia dictum annum domino acceptabilem, nec diem retributiōis. neq; em̄ de die quæ duodecim horarū habet spatium dictum est in propheta, nec de anno duodecim mensium habente mensuram. Quia enim prophetæ in parabolis & allegoriis, & non secundum sonum ipsarum dictionum pleroma dixerunt, & ipsi cōfitentur. Dies ergo retributionis dictus est, in qua retribuet dominus unicuiq; secūdum opera sua, hoc est iudicium. Annus autem domini acceptabilis, tempus hoc, in quo uocantur ab eo hi qui credunt ei, & acceptabiles fiunt deo, hoc est, omne ab aduentu eius tempus, usq; ad consummationem, in quo ut fructus eos qui saluantur acquirit. Sequitur enim secundum dictionē ꝓphetæ annum dies retributionis, & erit mentitus propheta, si anno tātummodo dominus prædicauit, & de eo dicit. Vbi est enim dies retributionis? transiuit enim annus, & nondum dies retributionis est, sed adhuc solē suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos: & persecutionem quidem patiuntur iusti, & affliguntur & occiduntur, in abundātia autem sunt peccatores, & cithara & psalterio bibunt, opera autem domini non intendunt: debent autem secundum dictionem copulari, & sequens esse anno dies retributionis. Dictū est enim, uocate annum domini acceptū & diem retributionis. bene itaq; intelligitur tempus hoc, in quo uocātur & saluantur domino, annus domino acceptus: quem subsequitur dies retributiōis, id est iudicium. & non solum autem annus tempus hoc dicitur, sed & dies nominatur, & à propheta & à Paulo: in quibus & Apostolus memor scripturę, in Epistola ad Romanos ait: sicut scriptū est, propter te morte afficimur tota die, extimati sumus ut oues occisionis. Nunc autem tota die ꝓ omni hoc tēpore dictum est, in quo persequutionē patimur, & ut oues occidimur. Sicut ergo dies hæc non illam quæ in XII horis substitit, significat, sed omne temporis in quo patiuntur & interficiuntur ꝓpter Christum credentes ei: Ita & illic annus nō qui ex duodecim mēsibus

dicitur

dicitur,sed omne fidei tempus, in quo audientes prædicationē credūt homines,& acceptabiles Domino fiunt,qui se ei copulant.

Quomodo omnis numerus constare potest ex scripturis, & typus dici omnis argumenti. Cap. XXXIX.

ESt autem ualde admirari,quonā modo profunda dei adinuenisse se dicentes,non scrutati sunt in Euāgelijs,quoties secundum tempus paschale dominus post baptisma ascenderit in Hierusalem,secundum quod moris erat ludęis,ex omni regione,omni anno,tēpore hoc conuenire Hierusalem,& illic diem festum paschę celebrare.Et primū quidem ut fecit uinum ex aqua in Cana Gālilææ,ascēdit in diē festum paschæ.Quoniā & scriptum est,quia multi crediderunt in eum,uidentes signa quę faciebat,sicutIoānesdomini discipulus meminit.Dehinc iterum subtrahēs se inuenitur in Samaria,quando & cū Samaritana disputabat:& filium Centurionis absens uerbo curauit,dicēs,uade filius tuus uiuit.Et post hæc iterū secunda uice ascendit in diem festū paschę in Hierusalem,quādo paralyticū qui iuxta natatoriā iacebat XXXVIII annos,curauit iubens ut surgeret & auferret grabbatum suum,& iret: & inde secedens trans mare Tyberiadis, ubi & cum multa turba eum fuisset sequuta, de quinq; panibus satiauit omnem illam multitudinē & superauerunt XII cophini fragmētorum. Deinde cū Lazarum suscitasset ex mortuis & insidiæ fierent à pharisæis,secedit in Effren ciuitatē,& inde ante sex dies paschæ ueniēs in Bethaniā scribitur, & de Bethania ascēdens in Hierosolymam, & manducans pascha, & sequenti die passus.Quoniam autem tria hęc paschatis tempora non sunt unus annus,omnis quilibet cōfitebitur.Et ipsum aūt mensem in quo pascha celebratur, in quo & passus est dominus, non duodecimum sed primum esse,qui omnia se scire iactant,si nesciunt, à Moyse possunt discere.Falsa ergo ostēsa est & anni & duodecimi mēsis absolutio dierum, & debent aut absolutionem suam,aut Euāgelium reprobare:alioquin quomodo uno anno tantum dominus prædicauit, triginta quidē annorum existens cum ueniret ad baptismum,deinde magistri ætatē perfectam habens,uenitHierusalem,ita ut ab omnibus iuste audiretur magister:nō enim aliud uidebitur &aliud erat,sicut inquiūt qui putatiuū introducūt,sed quod erat hoc & uidebatur.Magister ergo existēs,magistri quoq; habebat ætatem,non reprobans nec supergrediēs hominem,neq; soluens suam legem in se humani generis,sed omnē ætatem sanctificans per illam quæ ad ipsam erat similitudinem. Omnes enim uenit per semetipsum saluare, omnes inquam qui per eum renascuntur in deū,infantes & paruulos & pueros & iuuenes & seniores. Ideo per omnem uenit ætatem,& infantibus infans factus, sanctificans infantes,in paruulis paruulus,sanctificans hanc ipsam habentes ętatem,

simul

simul & exemplū illis pietatis effectus,& iustitiæ & subiectionis. Iuue nibus iuuenis,exemplū iuuenibus fiens,& sanctificās domino. Sic & senior in senioribus, ut sit perfectus magister in omnibus,nō solum se cundum expositionem ueritatis,sed secundum ætatem sanctificans si mul & seniores,exemplū ipsis quoq; fiens: deinde & usq; ad mortem peruenit,ut sit primogenitus ex mortuis, ipse primatum tenens in om nibus,princeps uitæ,prior omnium, & præcedens omnes. Illi autē ut figmentum suum,de eo quod est scriptum, uocare annū domini acce ptum,affirment,dicunt uno anno eum prædicasse & duodecimo men se passum,contra semetipsos obliti sunt soluentes eius omne negociū, & magis necessariam,& magis honorabilem ætatem eius auferētes,il lam inquam prouectiorem,in qua edocens prȩerat uniuersis. Quomo do enim habuit discipulos,si nō docebat? quomodo autem docebat, magistri ætatem non habens? ad baptismum enim uenit nondum qui triginta annos suppleuerat,sed qui inciperet esse tanquam triginta an norum. Ita enim,qui eius annos significauit,Lucas posuit: Iesus autem erat quasi incipiens xxx. annorum cum ueniret ad baptismum,& à baptismate uno tantum anno prædicauit,complens trigesimū annum passus est,adhuc iuuenis existens,& qui nec dum prouectiorem habe ret ætatem. Quia autem triginta annorum ætas primæ indolis est iuue nis,& extenditur usq; ad quadragesimum annum,omnis quilibet cō fitebitur,à quadragesimo aut quinquagesimo anno declinat iã in æta tem seniorem quam habens dominus noster docebat, sicut Euāgeliū & omnes seniores testantur,qui in Asia apud Ioannem discipulum do mini conuenerunt,idipsum tradidisse eis Ioannem: permansit aūt cum eis usq; ad Traiani tempora. Quidam autem eorum non solum Ioan nem,sed & alios Apostolos uiderūt,& hȩc eadem ab ipsis audierunt, & testantur de huiusmodi relatione.

Noua opinio de ætate do mini.

De diebus,& horis,& mensibus,& uocabulis,& syllabis,de amen,& de LXXXXVIIII. *oui bus ex quibus una perijt & inuenta est.* Cap. XL.

QVibus magis oportet credi? his ne talibus,an Ptolemȩo,qui Apo stolos nunquam uidit,uestigiū autem apostoli ne in somnijs qui dem assequutus est? Sed & ipsi autem qui tunc disputabant cum domi no Iesu Christo Iudæi apertissime hoc ipsum significauerunt. Quādo enim eis dixit Dominus,Abraam pater uester exultauit ut uideret di em meum,& uidit & gauisus est,respōderūt ei. Quinquaginta annos nondum habes,& Abraam uidisti? Hoc autem cōsequēter dicitur ei, qui iam xl annos excessit,quinquagesimū autem annum nondum atti git,non tamen multum à quinquagesimo anno abstitit. Ei autē qui sit xxx annorum diceretur utiq;,quadraginta annorum nōdum es. Qui uolebant eum mendacem ostendere,non utiq; in multum extēderent

annos

annos ultra ætatem, quem eum habere cõſpiciebant, ſed proxima ætatis dicebant, ſiue reſcientes ex conſcriptione cenſus, ſiue cõiicientes ſecundum ætatem, quem uidebãt habere eum ſuper quadraginta, ſed ut nõ qui eſſet triginta annorum. Irrationabile eſt enim omnino uiginti annos mentiri eos, uolentes eum iuniorẽ oſtẽdere tẽporibus Abrahę. Quod aũt uidebant, hoc & loquebantur: qui autem uidebatur nõ erat putatiuus, ſed ueritas. Nõ ergo multũ aberat à quinquaginta annis & ideo dicebant ei, quinquaginta annorum nõdum es & Abraham uidiſti? Non ergo anno uno prædicauit, nec duodecimo mẽſe anni paſſus eſt. Tempus enim à trigeſimo, uſq; quinquageſimum nũquam erit unus annus, niſi ſi apud æones eorũ tam magni anni ſunt deputati his, qui apud Bythũ in pleromate ex ordine reſident, de quibus & Homerus poeta dixit, & ipſe inſpiratus à matre eorum erroris: οἱ δὲ θεοὶ πὰρ ζυνὶ καθήμενοι ἠγορόωντο, χρυσέῳ ἐν δαπέδῳ. Quod Latine interpretabimur. Diĳ autem apud louem conſidentes, tractabãt in aureo loco. Sed & de illa muliere, quæ profluuio ſanguinis laborãs, tetigit fimbriã ueſtimenti domini, & ſanata eſt, aperta eſt eorum ignorãtia. Dicunt em̃ per eam oſtendi paſſam illã duodecimam uirtutem, & in infinitum defluxam, id eſt, duodecimum æonem, primũ quidem quia ſecũdum ſectam eorum duodecimus non eſt iſte æon, ſicut oſtendimus: ut aũt ex ſuperfluo eis & hoc detur, duodecim æonibus exiſtentibus, undecim quidem impaſsibiles perſeueraſſe dicunt, duodecimus aũt paſſus. Mulier autem è contrario duodecimo anno ſanata manifeſtum eſt quoniã xĳ quidem annis habuit perſeuerantẽ paſſionẽ, duodecimo aũt ſanata eſt. Si quidem undecim ęones in paſsione inſanabili fuiſſe dicerentur, ſanatus aũt duodecimus, ſuaſorium erat dicere typum eorũ eſſe mulierẽ, quia aũt hæc undecim quidẽ annis paſſa eſt, & nõ eſt ſanata, duodecimo autẽ anno ſanata eſt, quõ poteſt eſſe typus duodecimi æonis, ex quibus undecim omnino nihil paſsi ſunt, ſolus autẽ duodecimus participatus eſt paſſionem. Typus enim imago ſecundum materiam & ſecundũ ſubſtantiam aliquoties à ueritate diuerſus eſt, ſecundũ aũt habitum & lineamentũ debet ſeruare ſimilitudinẽ, & ſimiliter oſtẽdere per præſentia, illa quæ nõ ſunt præſentia. Et nõ ſolum in hac muliere anni infirmitatis deſcripti ſunt, quos coaptari dicũt figmẽto ſuo, ſed ecce & alia mulier ſimiliter xviĳ annis infirmata ſanata eſt, de qua dominus ait: Hanc autem filiam Abrahæ quam alligauit ſatanas decẽ & octo annis, non oportebat ſolui in die ſabbati? ſi ergo illa typus erat duodecimi æonis paſsi, & hæc typus eſſe decimi octaui æonis paſsi debet, ſed non habent oſtendere, alioquin prima & principalis eorum ogdoas connumerabitur compaſsis æonibus. Sed & alius autem quidam ſanatur à domino xxxviĳ annos habens in ſua paſsione, & trigeſimum

& octauum passum æonem dicant. Si em̃ quæ à domino facta sunt typos esse dicũt eorum quæ sunt in pleromate, typus in omnibus debet seruari. Sed neq; eam quæ post xvij̃ annos curata est, nec eũ qui post xxxvij̃ annos curatus est, possunt adaptare suo figmento. Insulsum autem & incõueniens est omnino dicere in quibusdam quidem seruasse typum saluatorem, in quibusdam autem nõ seruasse. dissimilis ergo & mulieris typus, negatio æonum ostenditur. Adhuc autem & falsum demõstrat cõmentum eorũ & instabile figmentũ eorum etiã hoc ipsum, quod per numeros aliquando quidem, & per syllabas nominũ, aliquã do autem & per syllabarũ literas, aliquando uero & per numeros qui secundum Græcos in literis cõtinentur, tẽtant inferre probationes, apertissime consternationẽ, siue cõfusionem, & instabilitatem scientiæ eorum & extortum demonstrat. Iesus enim nomen alterius linguę existens, ad Græcorum numerum transferentes, aliquando quidem episemon esse dicunt, sex habens literas, aliquando aũt plenitudinẽ ogdoada dat lxxxvij̃ numerum habens. Græcum aũt nomẽ eius quod est soter, id est, saluator, quia non conuenit figmento eorũ, nec secundũ numerum, nec secundum literas, tacuerũt. Et quidem si ex prouidentia patris dominica nomina accepissent, per numerum & per literas significantia numerum in pleromate, Soter nomen Græcum existens, secundum Græcitatem, & per has literas & per numeros pleromatis debuit ostendere mysterium: sed non ita habet quia quidem quinq; inest literarum numerus, aut ex quadringentis octo.

Ostensio quod nec secundum formam pleromatis eorum facta sint quæ facta sunt, neq; rursus uarie & prout euenit. Cap. XLI.

HÆc autem in nullo communicant pleromati eorum, non ergo uera est illa, quæ ab eis in pleromate dicitur negotiatio. Iesus autem nomen secũdum propriam Hebræorum linguam literarum est duarũ & dimidiæ, sicut periti eorum dicunt, significans dominũ eum qui cõtinet cœlum & terram, quia Iesus secundum antiquam Hebraicam linguam cœlum est, terra autem iterum sura usser dicitur. Verbum ergo quod cœlũ & terra habet, ipse est Iesus. Falsa est ergo & episemi eorũ redditio, & numerus eorum euersus est manifeste. Secundum autẽ ꝓpriam eorũ linguam quinq; literarũ est Græco uocabulo Soter. Iesus autem iterum secũdum Hebraicam linguam duas & dimidiam habet literas Siõ. Ruit ergo numerus calculi qui est Iudaice lxxxvij̃. per omnia autem Hebræorum literæ non cõueniunt numero Græcorũ, quæ maxime deberent antiquiores & firmiores existentes, saluare supputationem nominum. Ipsæ enim antiquæ & primæ Hebręorum literę & sacerdotales nuncupatæ, decem quidem sunt numero, scribũtur autẽ quæq; per quindecim, nouissima litera copulata primę. Et ideo quidẽ

quæ-

quædam ſecundum ſubſequentiam ſcribunt, ſicuti & nos, quædã aũt retrorſum à dextra parte in ſiniſtram partẽ retorquentes literas. Chriſtus autem ſupputationẽ nominis cõuenientem æonis pleromatis eorum habere debuit, qui ad ſtabilitatẽ & correctionẽ pleromatis eorũ prolatus eſt, ſecũdũ quod dicũt. Et pater autem ſimiliter literas & per numerum continere debuit numerum eorũ qui ab eo prolati ſunt æonum, ſed & Bythus ſimiliter, nihilominus autem & unigenitus, & maxime autem ſuper omne nomen quod dicitur deus, quod & ipſum Hebraice Barneth dicitur, & duas & dimidiam habet literas. Ex hoc ergo quod firmiora nomina ſecundum Hebraicam & Græcitatis linguam, nec ſecundũ numerum literarũ, nec ſecundum ſupputationẽ conueniunt figmẽto eorum, manifeſta eſt de reliquis impudenter extorta ſupputatio. Et enim ex lege eligentes quæcũq; concurrunt ſectæ eorũ, numero tentãt uiolenter probationes facere. Si aũt erat propoſitũ matri eorũ ſiue ſaluatori per Demiurgũ typus eorum quę ſunt in pleromate oſtẽdere, in ueris oribus & ſanctiorib. fieri typus fuiſſent operati, & maxime aũt & ipſa arca teſtamenti, per quam & omne tabernaculum teſtimonij cõpoſitum eſt. Facta eſt autem hęc, lõgitudo quidẽ eius cubitis duob. & dimidio, latitudo autẽ eius uno cubito & dimidio, numerus autem iſte cubitorũ in nullo conuenit figmẽto eorum, per quam maxime typus oſtendi debuit. Et propitiatoriũ autem ſimiliter in nullo cõuenit expoſitionibus eorum. Adhuc autẽ & menſa propoſitionis duobus cubitis lõgitudo, & unius latitudo, altitudo eius unius cubiti & dimidij. Hæc aũt ſancta ſanctorũ, per quæ ne una quidẽ quantitas numeri ſignificatiuam quaternationis, ſiue octonationis, aut reliquis pleromatis eorum continet. Quid autem candelabrum ſeptem quidẽ habens calamiſcos, lucernas aũt ſeptem: & ſi quidẽ ſecũdum typũ factum fuiſſet, calamiſcos octo, totidẽq; lucernas habere debuit, ad typũ primæ octonationis, quę præfulget in æonibus, & illuminat omnẽ plenitudinẽ. Atria autẽ decem exiſtentia diligẽter numerauerunt, typum ea dicentes decem æonũ, pelles autem iam non numerauerunt ſecũdum numerum undecim factas, ſed neq; ipſorum atriorum magnitudinem menſi ſunt uiginti & octo cubitorũ longitudinem unũquodq; atrium habens. & colũnarum lõgitudinem factam decem cubitorũ exponunt propter decadem æonum. latitudo autem unius & dimidij cubiti erat uniuſcuiuſq; columnæ, nõ iam exponũt, neq; numerum omniũ colũnarum, neq; ſerrarũ earum, quoniam non cõmunicat argumẽto eorũ. Quid aũt oleum unctionis, quod omne tabernaculũ ſanctificauit, fortaſſe latuit ſaluatorẽ, aut dormiẽte matre eorũ Demiurgus à ſemetipſo depẽdere præcepit, unde & diſſonat ad pleroma eorũ, ſmyrnæ quidẽ habens ſiclos quingẽtos, ireos D. cinamomi ccl. calamiſci ccl. & ſuper

τύπος, ſic dicit quando Græce pronunciat.

hæc oleum, ita ut ex quinq; commixtionibus subsistat. Et incensum autē similiter destacte & ungula, & galbano, & hedyosmo, & thure, quæ in nullo communicare possunt, neq; commixtionibus, neq; pondere, argumento eorum. Irrationabile est ergo, & omnino rusticanum in sublimibus quidem & elegātioribus legis non seruatos esse typos, in cæteris autem sicubi aliquis numerus concurrit cum his quæ ipsi dicunt, typum esse asseuerare eorū quæ sunt in pleromate, cum omnis numerus multifarie scripturis sit positus: ita ut possit qui uelit non solū octonationē & decadem, & duodecada, sed quemlibet ex scripturis constituere numerum, & hunc typum esse cōmentati à se erroris.

onyx. Exodi 30. boni odoris epitheton est ἁδύοσμον

Quoniam non poßit constare per numeros ueritas. Cap. XLII.

QVia autem hoc uerū est, numerus iste qui quinq; dicitur in nullo cōmunicans argumēto eorū, nec concurrens figmento eorū, nec conueniens eis ad typicam eorū quæ sunt in pleromate demōstrata demōstrationē, ex scripturis, sic suscipiet ꝓbationē. Soter nomē quinq; literarum, & pater aūt habet quinq; literas, sed & agape nomen sunt literæ quinq;, dominus noster panes quinq; benedicens, satiauit hominum quinq; milia, sapientes uirgines à domino sunt quinq; dictæ, & stultæ similiter quinq;. Iterum quinq; uiri cum domino fuisse dicūtur quando testimonio patris occurrit, scilicet Petrus, & Iacobus, & Ioannes, & Moyses, & Helias, quintus aūt ingressus dominus ad mortuam puellam suscitauit eam. Nullum enim, inquit, permisit intrare, nisi Petrum, & Iacobum, & patrem, & matrem puellę. Ille diues apud inferos habere se quinq; fratres dixit, ad quos unū ire rogat ex mortuis resurgētē. Natatoria piscina quinq; habebat porticus, unde dominus paralyticum sanum in suam domum ire præcepit. Ipse habitus crucis fines & summitates habet quinq;, duos in longitudinē, & duos in latitudine, & unū in medio, ubi requiescit qui clauis affigitur. Vna quæq; manus nostra digitos quinq; habet, sed & sensus habemus quinq;, & quę in nostris sunt uisceribus, in quinq; possunt numerari, cor & epar, pulmones, splen, & renes. Adhuc & etiā totus homo in hunc numerū potest diuidi, caput, pectus, uēter, femora, pedes. Quinq; ætates trāsit humanū genus, primū infans, deinde puer, deinde paruulus, & posthæc iuuenis, sic deinde senior. In quinq; libris legem populo Moyses tradidit. Vnaquæq; tabula quā accepit à deo, præcepta habet quinq;. Velamē sanctū sanctorū cooperiēs colūnas habebat quinq;. Et holocausti altare, altitudo eius erat quinq; cubitorū. Sacerdotes in eremo electi sunt quinq;, scilicet Aaron, Nadab, Abiud, Eleazar, & Ithamar: talaris & Logiū, & reliqua sacerdotalis cōpositio de quinq; cōtexta sunt: habebat. n. aurū, & hyacinthū, & purpurā, & coccinū, & byssū. Et quinq; reges Amorreorum in speluncis concludens Iesus Naue capita eorum incul-

inculcari dedit populo,&alia quoq; multa milia huiusmodi,& in hoc numero,& in quo quis uoluerit,siue ex scripturis, siue ex subiacentib. naturæ operibus colligere potest,&nō iam ob hoc quinq; æonas esse dicimus super Demiurgum,nec quinionem quasi ut diuinam rem aliquam cōsecramus,nec instabilia, nec liramenta per uanū istum laborē cōfirmare tentamus,neq; creaturā bene aptatā à deo cogimus male in typos nō existentiū transferri, & impia & nefaria dogmata introducere,cum detectio,& euersio ab omnib.sensum habētib. possit existere, Quis enim cōcedat eis ccclxv tantū dies habere annum, ut sint duodecim menses è triginta diebus in typum duodecim æonum,dissimili & typo existente.Illic enim unusquisq; æonum trigesima pars est uniuersi pleromatis,mēsis aūt duodecima pars anni ab ipsis esse dicitur.Si quidem annus in triginta diuideretur,& mēsis in duodecim, cōueniēs putaretur typus esse mēdacio eorū.Nunc aūt in cōtrariū est.Pleroma quidem eorū in triginta diuiditur, pars autē eius aliqua in duodecim : hic autem omnis quidem annus in duas diuiditur partes,pars aūt eius aliqua in triginta.Insulse itaq; saluator mēsem quidem uniuersi pleromatis typum fecit fieri,annum autem eius quæ in pleromate est duodecadis:magis enim cōueniebat annū quidem in triginta diuidere, sicut & totum pleroma:mensem autē in duodecim, sicut & sunt in pleromate eorū æones.Et illi quidem omne pleroma in tres diuidunt,id est,octonationē,decadam,& duodecadā. Hic aūt annus in quatuor diuiditur, id est,uernum,æstatem,autumnum,& hyemem.Sed neq; mēses quos dicunt typum esse trigenarij præfinitione triginta habent dies, sed alij quidem plures,alij autem minus,eo quod quinq; dies superponantur eis.Et dies autem non semper præfinitas duodecim habet horas, sed à nona usq; ad quindecimā ascēdit, & iterū à quindecima in nouē descēdit,non iam propter xxx.æonas facti sunt menses triginta dierū. Alioquin haberent prę finitas trigenarias dies.Neq; iterum dies horum,ut .xij æones per xij horas figurarent, haberent ipsi enim præfiguratas duodecim horas.adhuc autem materialia sinistram uocantes:& ex necessitate quæ sunt sinistræ in corruptionem cedere dicentes,& saluatorem ueniſſe ad ouem perditam,ut eam transferat ad dextram,id est,ad illas quæ sunt saluæ nonaginta & nouem oues,quæ non perierūt, sed in ouili permanserūt,sinistræ manus existentes leuamē, nō esse salutis cōsentire eos necesse est. Et hoc qđ nō similiter eundē numerū habet cogentur sinistræ,id est,corruptionis cōfiteri,& hoc nomē quod Græce dicitur,Agape,secūdū Græcorū literas, per quas apud eos supputatio signatur,xc & iij numerū habens similiter sinistræ manus leuamen est,& Alethia quoq; similiter secūdū supradictā rationē lxiij numerū habens in parte materialiū subsistit,& omnia omnino,quę cūq; sancto

rum nomina nō adimplent numerū c. sed siniſtræ tantum habēt numeros, corruptibilia & materialia eſſe cōfiteri cogentur.

Quæ ſunt quæ à nobis poſſunt exolui, & quæ ſunt quæ remittuntur deo fabricatori. Cap. XLIII.

SIquis aūt ad hæc dixerit, Quid ergo, an uanū eſt, & ut ꝓuenit & omnium poſitiones ſunt, nec apoſtolorū electio, & domini operatio & eorū quæ facta ſunt cōpoſitio: Dicemus eis nō quidē, ſed magna ſapiētia ad liquidū apta & ornata, omnia à deo facta ſunt, & antiqua, & quæcunq; in nouis tēporibus uerbū eius operatū eſt, & debent ea nō numero xx. ſed ſubiacēti copulare argumēto, ſiue rationi, neq; de deo inquiſitionē ex numeris, & ſyllabis, & literis accipere. Infirmū eſt enim hoc propter multiſariū & uariū eorū, & qđ poſsit eſſe argumentū hodie æque cōmentatum, ab aliquo cōtraria ueritati ex ipſis ſumere teſtimonia, eo quod multa transferri poſſunt, ſed ipſos numeros, & ea quę facta ſunt aptare debēt ſubiacenti ueritatis argumento. Nō enim regula ex numeris, ſed numeri ex regula: nec deus ex factis, ſed ea quæ facta ſunt, ex deo. Omnia enim ex uno & eodē deo: quia aūt uaria & multa ſunt quæ facta ſunt, & omnis quidem factura bene aptata, & bene conſonans, quantum aūt ſpectat ad unumquodq; eorū, ſunt ſibi inuicē cōtraria & non conuenientia, ſicut citharæ ſonus per uniuſcuiuſq; diſtātiam conſonantē unam melodiam operatur, ex multis & contrarijs ſonis ſubſiſtens. Debet ergo amator ueri non traduci diſtantia uniuſcuiuſq; ſoni, nec aliū quidem huius, alium autem illius artificem ſuſpicari & factorē: neq; alium quidem acutiores, alium aūt uaſtiores, aliū uero uarietates aptaſſe, ſed unum & ipſum ad totius operis & ſapientiæ demonſtrationē, & iuſtitiæ, & bonitatis, & numeris. Hi uero qui audiunt melodiā, debent laudare & glorificare artificē, & aliorū quidē extenſionem mirari, aliorum aūt laxamentū intendere, aliorū uero intra utrunq; tēperamentum exaudire, aliorum aūt typum cōſiderare, & ad quid unum quodq; referat, & eorū cauſam inquirere, nuſquam tranſferentes regulam, neq; errantes ab artifice, neq; abſcindentes fidem, quæ eſt in unum deum, qui fecit omnia, neq; blaſphemantes noſtrum cōditorē. Si aūt & aliquis non inuenerit cauſam omnium quæ requirūtur, cogitet quia homo eſt, in infinitū minor deo, & qui parte acceperit gratiam, & qui nondum æqualis uel ſimilis ſit factori, & qui omniū experientiam & cogitationē habere nō poſſit, ut deus: ſed in quantū minor eſt ab eo qui factus nō eſt, & qui ſemper idem eſt, ille qui hodie factus eſt, & initium facturæ accepit: in tantū ſecundum ſcientiā & ad inueſtigandum cauſas omnium minorem eſſe eo, qui fecit. Nō enim infectus es ô homo, neq; ſemper coexiſtebas deo, ſicut ꝓximū eius uerbū, ſed propter eminentē bonitatē eius, nunc initium facturæ accipiēs ſenſim

diſcis

discis à uerbo dispositiones dei, qui te fecit. Ordinem ergo serua tuæ scientiæ,& ne ut bonorum ignarum supertranscendas ipsum deum.

Ostensio quoniam Demiurgus non sit supergressibilis mente, neq; super eum alteram diuinitatem esse. Cap. XLIIII.

NOn enim trãsibilis es, neq; super Demiurgum requiras quid sit, non enim inuenies, indeterminabilis est enim artifex tuus. neque tanquam hunc totum mensus sis, & tanquam qui per omnẽ eius fabricam ueneris,& omne quod est in eo profundum,& altitudinẽ,& longitudinẽ consideraueris, super ipsum alium excogites patrem. nõ em excogitabis. sed contra naturam sentiens, eris insipiens,& si in hoc perseueraris, incides in insaniam, sublimiorem teipsum melioremq; facto re tuo existimans,& quod pertranseas regna eius.

Quid sit quod à Paulo dictum est, Scientia inflat, dilectio autem ædificat. Cap. XLV.

MElius est ergo & utilius idiotas & parum scientes existere,& per charitatẽ proximũ fieri deo: q̃ putare multum scire, & multa expertos in suum deum blasphemos inueniri, alterũ deum patrem fabricantes. & ideo Paulus clamabat: Scientia inflat, charitas autẽ ædificat. Nõ quia ueram scientiã de deo culparet, alioquin seipsum primũ accusaret: sed quia sciebat quosdam sub occasione scientię elatos excidere à dilectione dei,& ob hoc opinari se ipsos esse perfectos, imperfectũ autem Demiurgum introducẽtes, abcidens eorũ huiusmodi scientiæ supercilium, ait: Scientia inflat, charitas autem ędificat. Maior autem hac nõ est alia inflatio, quàm ut opinetur quis se meliorem & perfectiorẽ esse eo, qui fecerit & plasmauerit,& spiramẽ uitę dederit,& hoc ipsum esse prȩceperit. Melius itaq; est, sicuti prędixi, nihil omino scientẽ quẽpiam, ne quidem unam causam cuiuslibet eorum quæ facta sunt, cur factũ,& credere deo,& perseuerare in eius dilectione, quæ hominẽ uiuificat, nec aliud inquirere ad scientiam nisi Iesum Christũ filium dei, qui pro nobis crucifixus est, quàm per quæstionum subtilitates & multiloquium in impietatem cadere. Quid enim si per hos conatus paululum quis elatus, eo quod dominus dixerit, Quia & capilli capitis uestri omnes numerati sunt, curiose inquirere uoluerit numerũ uniuscuiusq; capitis capillorum,& causam exquirere, per quam hic quidem tantos capillos habeat, non omnibus ex æquo habentibus, sed multis milib. super milia alijs atq; alijs numeris inuentis, eo qđ alij quidẽ maiora, alij autẽ minora habeant capita,& alij quidem spissos capillos semper, alij aũt raros, alij uero & omino paucos capillos habeãt. Et hi qui putãt se numerũ inuenisse capillorũ, tentent referre ad testimonium suæ sectæ, quam excogitauerunt. Cur etiam quis ob hoc quod dictum sit in Euãgelio, Nónne duo passeres asse ueneunt,& unus ex his nõ cadet super

terrã ſine patris ueſtri uoluntate, enumerare uoluerit captos ubiq; cotidie paſſeres in unaquaq; regiõe, & cauſam requirere, ob quã heri quidem tantos, ac pridem tantos, hodie autẽ iterum tanti ſint, & adnectat paſſerum numerum ad ſuum argumẽtum, nónne ſeipſum ſeducit omnino? & eos qui eis acquieſcũt, in magnã inſaniam cogit, ſemper promptis hominibus ut in talibus amplius quid quàm magiſtri eorũ putentur inueniſſe. Quid autem ſiquis interroget nos, ſi omnis numerus omnium quæ ſunt facta & quæ fiunt, fiant à deo, & ſi ſecundũ illius prouidentiam unuſquiſq; eorum eam quæ ſecundum ſe eſt, accepit quãtitatem: nobisq; conſentientibus & confitẽtibus, quia nihil omnino horum quæ facta ſunt, & quæ fiunt, & fient, deum fugit, ſed per illius prouidentiam unumquodq; eorum & habitum, & ordinem, & numerũ, & quãtitatẽ accipere, & accepiſſe propriã, & nihil omnino neq; uane nec ut prouenit factum aut fieri, ſed cum magna aptatione & conſonãtia ſublimi, & eſſe admirabilem rationem, & uere diuinã quæ poſſit huiuſmodi & diſcernere, & cauſas proprias enũciare: accipiẽs à nobis huiuſmodi teſtimonium & cõſenſum, pergat adhuc, ut arenã enumeret, & calculos terræ, ſed & fluctus maris, & ſtellas cœli, & cauſas excogitare numeri qui putatur inuentus: nónne in uanũ laborãs, & delirus hic talis & irrationabilis ab omnibus qui ſenſum habent iuſte dicetur? Et quo magis præter hos in huiuſmodi quæſtionibus occupatur, & quo plus alĳs adinuenire ſe exiſtimat, reliquos imperitos & idiotas, & animales uocans, eo quod non ſuſcipiant eius tam uanum laborẽ: hoc magis eſt inſanus & ſtupidus, tanquam fulmine percuſſus, in nullo cedẽs deo, ſed per ſciẽtiam quam inueniſſe ſe putat, ipſum mutat deum, & iaculatur ſententiam ſuam ſuper magnitudinem factoris.

Quomodo oportet parabolas exolui. Cap. XLVI.

SEnſus aũt ſanus, & qui ſine periculo eſt, & religioſus, & amãs uerũ, quæ quidẽ dedit in hominũ poteſtatẽ deus, & ſubdidit noſtræ ſciẽtiæ, hæc prõpte meditabitur, & in ipſis proficiet, diuturno ſtudio, facilem ſententiam eorum efficiẽs. Sunt autẽ hæc quæ ante oculos noſtros occurrunt, & quæcunq; aperte, & ſine ambiguo ipſis dictionib. poſita ſunt in ſcripturis, & ideo parabolę debent ambiguis adaptari. Sic enim & qui abſoluit, ſine periculo abſoluit. & parabolæ ab omnib. ſimiliter abſolutionẽ accipiẽt, & à ueritate corpus integrũ, & ſimili aptatione membrorũ, & ſine cõcuſsione perſeuerat. Sed quæ nõ aperte dicta ſunt, neq; ante oculos poſita, copulare abſolutionib. parabolarũ, quas unuſquiſq; prout uult ad inuenit. Sic enim apud nullum erit regula ueritatis, ſed quanti fuerint qui abſoluent parabolas, tantæ uidebuntur & ueritates oppugnãtes ſe inuicẽ & contraria ſibimet dogmata ſtatuẽtes, ſicut & gentilium philoſophorum quæſtiones. Itaq; ſecundũ hãc ratio-

rationem homo quidem ſemper inquiret,nũquam autem inueniet,eo quod ipſam inuentionis abiecerit diſciplinam. Et cum uenerit ſpõſus, is qui imparatã habet lampadem nulli manifeſti luminis claritate fulgentem,recurrit ad eos,qui abſolutiones parabolarum in tenebris diſtrahunt, relinquens eum qui per manifeſtam prædicationẽ gratis donat,ab eo petit ingreſſum,& excluditur à thalamo eius. Cum itaq; uniuerſæ ſcripturæ,& propheticæ,& euãgelicę in aperto & ſine ambiguitate,& ſimiliter ab omnibus audiri poſſint, & ſi nõ omnes credunt unum & ſolum deum,ad excludendos alios prædicẽt omnia feciſſe per uerbum ſuũ,ſiue uiſibilia,ſiue inuiſibilia,ſiue cœleſtia,ſiue terrena,ſiue aquatilia,ſiue ſubterranea, ſicut demonſtrauimus ex ipſis ſcripturarũ dictionibus. Ipſa aũt creatura in qua ſumus, per ea quę in conſpectum ueniunt hoc ipſum teſtante,unũ eſſe qui eam fecerit & regat,ualde hebetes apparebunt,qui ad tam lucidam adapertionem cęcutiũt oculos, & nolunt uidere lumen prædicationis,ſed cõſtringunt ſemetipſos, & per tenebroſas parabolarum abſolutiões, unuſquiſq; eorum propriũ putat inueniſſe deum. Quia enim de cogitatione eorum qui contraria opinantur de patre, nihil aperte, neq; ipſa dictione, neq; ſine controuerſia in nulla omnino dictum ſit ſcriptura,& ipſi teſtantur dicẽtes, in abſconſo hæc eadem ſaluatorem docuiſſe nõ omnes, ſed aliquos diſcipulorum,qui poſſunt capere,& per argumẽta & ænigmata,& parabolas ab eo ſignificata intelligentibus. Veniunt autẽ ad hoc, ut dicant alium quidem eſſe qui prædicatur deus,& alium patrem,qui per parabolas & ænigmata ſignificatur pater. Quia autem parabolę poſſunt multas recipere abſolutiones,ex ipſis de inquiſitiõe dei affirmare,derelinquentes quod certum & indubitatum & uerum eſt, ualde præcipitãti um ſe in periculum, & irrationabilium eſſe quis non amantium ueritatem confitebitur. Et nũquid hoc eſt non in petra firma, & in ualida & in aperto poſita ædificare ſuam domnm,ſed in incertum effuſæ arenę, unde & facilis eſt euerſio huiuſmodi ædificationis.

Quoniam omnem agnitionem non poſſumus habere in hac uita. Cap. XLVII.

HAbentes itaq; regulam ipſam ueritatẽ,& in apertũ poſitũ de deo teſtimoniũ,non debemus per quæſtionũ declinãtes in alias atq; alias abſolutiones eĳcere firmã & ueram de deo ſcientiam: magis autẽ abſolutionẽ quæſtionum in hunc characterem dirigẽtes,exercere quidem conuenit per inquiſitionẽ myſterĳ, & depoſitionis exiſtẽtis dei, augeri aũt in charitate eius,qui tãta propter nos facit,& fecit,nunq; autem excidere ab ea ſuaſiõe quæ manifeſtiſsime prędicatur: ąa hic ſolus uere ſit deus & pater,qui & hunc mundum fecit,& hominẽ plaſmauit, & in ſua creatura donauit incrementũ, & de minorib. ſuis ad maiora, quæ apud ipſum ſunt uocans, ſicut infantẽ quidem in uulua cõceptũ

educit in lumẽ ſolis, & triticum poſteaquã in ſtipula corroborauerit, condit in horreum. Vnus aũt & idem Demiurgus, qui & uuluam plaſmauit, & ſolem creauit. Et unus idem dominus, qui & ſtipulã eduxit, & triticum augens multiplicauit, & horreum pręparauit. Si autem omnium quæ in ſcripturis requiruntur abſolutiones non poſſumus inuenire, alterum tamen deum, præter eum qui eſt, non requiramus. Impietas enim hæc maxima eſt. Credere autẽ hæc talia debemus deo, qui & nos fecit, rectiſsime ſcientes, quia ſcripturæ quidẽ perfectæ ſunt, quippe à uerbo dei & ſpiritu eius dictæ. nos aũt ſecundũ quod minores ſumus, & nouiſsimi à uerbo dei, & ſpiritu eius, ſecundũ hoc & ſciẽtia myſteriorũ eius indigemus. & nõ eſt mirum ſi in ſpiritalibus cœleſtib. & in his quę habent reuelari, hoc patimur nos: quandoquidẽ etiã eorum quæ ante pedes ſunt, dico aũt quæ ſunt in hac creatura, quę & cõteruntur à nobis, & uidentur, & ſunt nobiſcũ, multa fugerunt noſtram ſcientiam, & deo hæc ipſa cõmittimus. Oportet enim eum præ omnib. præcellere. Quid enim ſi tentemus exponere cauſam aſcẽſionis Nili. Multa quidem dicimus, & fortaſſis ſuaſoria, fortaſſis autem non ſuaſoria, quod autem uerum eſt & certum & firmum adiacet deo: ſed & uolantium animalium habitatio, eorum quæ ueris tẽpore adueniũt ad nos, autumni autem tempore ſtatim recedunt, cum in hoc mundo hoc ipſum fiat, fugit noſtram ſcientiam. Quid autẽ poſſumus exponere de Oceani acceſſu & receſſu, cum conſtet eſſe certã cauſam. Quid ue de his quę ultra eum ſunt enũciare, qualia ſint: Vel quid dicere poſſumus, quomodo pluuia, & coruſcationes & tonitrua, & collectiones nubium, & nebulæ, & uentorũ emiſsiones, & ſimilia his efficiũtur, annũciare, quoq; & theſauros niuium & grãdinis, & eorum quæ his proxima ſunt: quæ hæc autem nubium præparatio, aut qui ſtatus nebulæ, quæ autẽ cauſa eſt, per quam creſcit luna & decreſcit, aut quæ cauſa aquarum diſtantiæ metallorum & lapidum, & his ſimilium: in his omnibus nos quidem loquaces erimus, requirentes cauſas eorum, qui autem ea facit, ſolus deus ueridicus eſt. Si ergo & in rebus creaturæ quædam quidẽ eorum adiacent deo, quędam autem & in noſtram uenerunt ſciẽtiam, quid mali eſt, ſi & eorũ quæ in ſcripturis requirũtur, uniuerſis ſcripturis ſpiritalibus exiſtentibus, quædã quidem abſoluamus ſecundũ gratiam dei, quædam autem cõmendemus deo, & non ſolum in hoc ſeculo, ſed & in futuro: ut ſemper quidem deus doceat, homo autem ſemper diſcat, quæ ſunt à deo, ſicut & Apoſt. dixit: Reliquis & partibus deſtructis, hæc tunc perſeuerare, quæ ſunt fides, ſpes, & charitas. Sẽper enim fides, quę eſt ad magiſtrum noſtrum permanet firma, aſſeuerans nobis, quoniã ſolus uere deus, & ut diligamus deũ uere ſemper quoniam ipſe ſolus pater, & ſperemus ſubinde plus aliquid accipere & diſce

re

re à deo, quia bonus est, & diuitias habēs indeterminabiles, & regnum sine fine, & disciplinam immensam. Si ergo secundū hunc modū, quē diximus, quædam quidem quęstionum deo cōmiserimus, & fidem nostram seruabimus, & omnis scriptura à deo nobis data cōsonās nobis inuenietur, & parabolæ his, quæ manifeste dicta sunt consonabunt, & manifeste dicta absoluent parabolas, & per dictionū multas uoces, unam cōsonantē melodiam in nobis sentiet, laudantē hymnis deū, qui fecit omia. utputa, si quis interroget. Anteqū mundū faceret deus, quid agebat? Dicimus, quoniā ista responsio subiacet deo, quoniā mundus hic factus est apotelestos à deo, tēporale initiū accipiens, scripturę nos docent: quid aūt ante hoc deus sit operatus, nulla scriptura manifestat: subiacet ergo hęc responsio deo, & nō ita stultas, & sine disciplina blasphemas adinuenire uelle prolationes, & per hoc qđ putes te inuenisse materiæ prolationē, ipsum deum qui fecit omni reprobare. Cogitate enim ô oēs qui talia adinuenitis, cū ipse solus pater deus dicatur, qui & uere est, quem uos Demiurgū dicitis, sed & cū scripturæ hunc solū sciunt deū, sed & cū dominus hunc solū cōfitetur propriū patrē, & alterum nesciat, sicut ex ipsis eius uerbis ostēdimus, quoniā hunc ipsum labis dicitis fructū & ignorantiæ ꝓlationē, & nescientē qui sit super eū, & quæcunq; alia dicitis de eo, cōsiderate magnitudinē blasphemiæ in eum, qui uere est deus: grauiter quidē & honeste uidemini dicere uos in deū credere, hunc alterū deum, cum minime possitis ostendere hūc ipsum in quē credere uos dicitis. Labis fructū, ignorantiæ prolationē pronūciatis. Hæc aūt cæcitas & stultiloquiū inde prouenit uobis, qđ nihil deo reseruetis, sed & ipsius dei & Ennoeæ eius, & uerbi & uitæ & Christi natiuitates, & prolationes annunciare uultis, & has nō aliūde accipientes, sed ex affectione hominū: & non intelligitis, quia in homine quidē qui est cōpositū animal, capit huiusmodi dicere, sicut prædiximus, sensum hominis & Ennœan hominis. Et quia ex sensu Ennœa, de Ennœa aūt Enthymesis, de Enthymesi aūt Logos, quē autem Logon? Aliud enim est secundum Græcos Logos, quod est principale, eo excogitat aliud organum, per quod emittitur Logos: & aliquando quidē quiescere & tacere hominem, aliquando autem loqui & operari. Deus aūt cū sit totus mens, totus ratio, & totus spiritus operans, & totus lux, & semper idem & similiter existens, sicut & utile est nobis sapere de deo, & sicut ex scripturis discimus, non iam huiusmodi affectus & diuisiones decēter erga eum subsequentur. Velocitati em̄ sensus hominum, per spiritale eius nō sufficit lingua deseruire, quippe carnalis existens, unde & intus suffocatur uerbum nostrum, & profertur non de semel, sicut cōceptum est à sensu, sed per partes, secundū quod lingua subministrare prævalet.

Quomodo

Quomodo de emissionibus eorum sermo compositus ostendit patrem compositum & non simplicem, nec uniformem. Cap. XLVIII.

DEus aũt totus existens mens, & totus existens Logos, quod cogitat hoc & loquitur, & quod loquitur hoc & cogitat. Cogitatio enim eius Logos, & Logos mens, & omnia cõcludens mens, ipse est pater. Qui ergo dicit mentẽ dei, & prolationẽ propriã menti donat, cõpositum eũ pronunciat, tanquã aliud quiddam sit deus, aliud autem principalis mens existens: similiter aũt rursus & de Logo tertiam prolationem ei à patre donans, unde & ignorat magnitudinẽ eius: porrò & lõge Logon à deo separauit. & propheta quidẽ ait de eo, Generationem eius quis enarrauit? uos aũt generationem eius ex patre diuinantes, & uerbi hominis per linguã factã prolationẽ transferẽtes in uerbũ dei, iuste detegimini à uobis ipsis, quod neq; humana, nec diuina noueritis. Irrationabiliter autẽ inflati, audaciter inenarrabilia dei mysteria scire uos dicitis. Quandoquidẽ & dominus ipse filius dei, ipsum iudicij diẽ & horam cõcessit scire solũ patrẽ, manifeste dicẽs, De die aũt illa & hora nemo scit, neq; filius, nisi pater solus. Si igitur sciẽtiã diei illius, filius nõ erubuit referre ad patrẽ, sed dixit quod uerũ est, neq; nos erubescimus quæ sunt in quæstionibus maiora secundũ nos, reseruare deo. Nemo em̃ super magistrũ est. Si quis itaq; nobis dixerit, qũo ergo filius prolatus à patre est dicimus ei, quia prolationẽ istã, siue generationẽ, siue nuncupationẽ, siue adapertionẽ, aut quomodolibet quis nomine uocauerit, generationẽ eius inenarrabilẽ existentẽ nemo nouit, nõ Valẽtinus, nõ Marcion, neq; Saturninus, neq; Basilides, neq; angeli, neq; archãgeli, nec principes, neq; potestates, nisi solus qui generauit pater, & qui natus est filius. Inenarrabilis itaq; generatio eius cũ sit, quicũq; nituntur generationes & prolationes enarrare, nõ sunt cõpotes sui, ea quæ inenarrabilia sunt enarrare promittentes. Quoniã enim ex cogitatione & sensu uerbum emittittur, hoc utiq; omnes sciunt homines.

Quoniam non est uerisimile uerbum dei tertiam habere à patre emissionem. Cap. XLIX.

NOn ergo magnum quid inuenerunt, qui emissiones excogitauerũt, neq; absconditum mysteriũ, si id quod ab hominib. intelligitur, transtulerunt in unigenitũ dei uerbum, & quem inenarrabilẽ & innominabilem uocant, hunc quasi ipsum obstetricauerint primi, & narrationis eius prolationẽ & generationem enũciant, adsimilantes eum hominum uerbo emissionis: hoc autẽ idem & de substãtiæ materia dicentes non peccauimus, quoniam deus eam protulit. Didicimus enim ex scripturis principatum tenere super omnia deum. Vnde autem, uel quemadmodũ emisit eam, neq; scriptura aliqua exposuit, neq; nos †fastos mori oportet exponi om̃ibus proprijs infinita cõijciẽtes de deo, sed

alias factas mõ, fortè φαντάσμασι

sed agnitionem hanc concedendam esse Deo. Similiter autem & causam propter quam cum omnia à deo facta sint, quędam quidem transgressa sint, & abscesserunt à dei subiectione, quædam autem, imò plurima perseuerauerūt & perseuerāt in subiectione eius qui fecit: et cuius naturæ sunt, quę transgressa sunt, cuius autem naturæ quæ perseuerāt, credere oportet deo & uerbo eius, cui & solo dixit: Sede à dextris meis, quoad usq; ponā inimicos tuos suppedaneū pedum tuorum. Nos autem adhuc in terra conuersantes, nondum adsidentes throno eius. Et si enim spiritus saluatoris, qui in eo est, scrutatur omnia, & altitudines dei, sed quantū ad nos diuisiones gratiarū sunt, & diuisiones ministeriorum, & diuisiones operationū, & nos super terram quemadmodum & Paulus ait: Ex parte quidem cognoscimus, & ex parte prophetamus. Sicut igitur ex parte cognoscimus, sic & de uniuersis quęstionibus concedere oportet ei, qui ex parte nobis præstat gratiam. Quoniam quidē transgressoribus ignis æternus præparatus est, & dominus manifeste dixit, & reliquæ demōstrant scripturæ, Et quoniam prescit deus hoc futurum, similiter demonstrāt scripturæ, quemadmodum & ignem æternum his qui transgressuri sunt præparauit ab initio: ipsam autem causam naturę transgredientiū, neq; scriptura aliqua retulit, nec Apostolus dicit, nec dominus docuit. Dimittere ita oportet agnitionē hanc deo, queadmodum & dominus horæ & diei, nec in tantū periclitari, uti deo quidē cōcedamus nihil, & ex parte accipientes gratiam in eo autem conquærimus quæ sunt super nos, & in quæ attingere nobis non est, nec in tantam audaciā uenire uti pendamus deum, & quæ nondum inuenta sunt, quasi iam inuenerimus per emissionum uanilo quium ipsum omnium factorem deum, & de defectione & ignorātia asserere substantiā habuisse, & sic impium aduersus deum fingere argumentū. Post deinde nullum habent testimoniū eius figmenti, quod recens ab eis adinuentū est, aliquando quidē per numeros quoslibet, aliquādo aūt per syllabas, nonnunq; aūt & per nomina. Est aūt quando & per eas quæ in literis sunt literas, aliquando autem & per parabolas non recte exolutas, uel per suspiciones quasdam consistere conari eam fabulosam enarrationē quę sit ab eis efficiētia. Etenim siquis exquirat causam, propter quā in omnib. pater cōmunicās filio solus scire & horam & diem domino manifestatus est, neq; aptabilē magis, neq; decentiorē, nec sine periculo alterā quam hāc inueniat in præsenti, quoniam cū solus uerax magister est dominus, ut discamus per ipsum, super omnia esse patrē. etenim pater, ait, maior me est, & secundum agnitionē itaq; præpositus esse pater annunciatus est à dño nostro, ad hoc ut & nos, in quantum in figura huius mūdi sumus, perfectā scientiā, & tales quæstiones concedamus deo: & ne forte quærentes altitudinē patris

inuesti-

inueſtigare,in tantũ periculũ incidamus, uti quæramus an ſuper deũ alter ſit deus. Si autẽ quis amãs contentionẽ cõtradictor fuerit his quę à nobis dicta ſunt,& his quæ ab Apoſtolo relata ſunt, quoniã ex parte cognoſcimus,& ex parte prophetamus,putet ſe nõ ex parte,ſed uniuerſaliter uniuerſam cepiſſe eorũ quę ſunt agnitionem, Valentinus aliquis exiſtens,aut Ptolemæus,aut Baſilides,uel aliquis eorũ qui altitudines dei exquiſiſſe ſe dicũt,nõ in ea quæ inuiſibilia ſunt, uel quæ oſtẽdi nõ poſſunt,cũ inani iactantia decorans ſemetipſum plus, quàm reliquos ſe agnouiſſe glorietur:ſed cauſas eorum quæ in hoc ſunt mũdo, quas nos nõ noſcimus, ut puta numerũ capillorũ capitis ſui, & de his quæ quotidie capiũtur paſſeres,& de reliquis nõ prouiſis à nobis, dili genter exquirẽs & à patre diſcens annunciet nobis,ut ei de maioribus quoq; credamus. Si aũt quæ in manibus ſunt,& ante pedes,& in oculis,& terrenis,& præcipue diſpoſitionẽ capillorum capitis ſui,nõdum ſciunt ij qui ſunt perfecti,quemadmodũ eis de his ſpiritalibus & ſuper cœleſtibus,& de his quæ ſunt ad deũ uana perſuaſione cõfirmant, credemus? Et tantũ quidẽ,& de numeris,& de nominibus,& de ſyllabis, & quæſtionib. eorũ quæ ſunt ſuper nos,& de eo quod improprie exponũt parabolas,à nobis ſit dictũ,quãdoquidẽ à te plura dici poſsint.

Quemadmodũ pro quomodo.

De natura animæ,quoniam ſecundum illorum ſermonem,cum animæ ſeruentur, neceſſe eſt & corpora participare ſalutem. Cap. LI.

REuertamur aũt nos ad reliqua quæ ſunt eorũ argumentationis. in conſummationem enim dicentes ipſorum matrem intra Pleroma regredi,& recipere ſpõſum ſuum ſaluatorẽ, ſe autẽ quoniam ſpiritales eſſe dicũt,expoliatas animas, & ſpiritus intellectuales factas ſpõſos futuros ſpiritaliũ angelorum: Demiurgum aũt quoniã animalem dicũt, in matris locũ ceſſurũ: Iuſtorum aũt animas requieſcere in medietatis loco,pſychice dicẽtes ſimilia ad ſimilia cõgregari, ſpiritalia ad ſpiritalia,materialia in materialib. perſeuerare,cõtraria ſibi diffiniunt animas iam nõ propter ſubſtantiã,in medietatem ad ſimilia dicẽtes ſuccedere, ſed propter operationẽ,iuſtorũ quidem dicẽtes illuc ſuccedere,impiorum aũt remanere in igne. Si enim propter ſubſtantiã omnes ſuccedũt animæ in refrigeriũ,& in medietate ſunt omnes,ſecũdũ quod ſunt animæ,cum ſint eiuſdẽ ſubſtantiæ,& ſuperfluũ eſt credere, ſuperflua aũt & diſceſsio ſaluatoris. Si aũt propter iuſtitiã,iam non propter id quod ſint animæ,ſed quoniam ſunt iuſtæ. Si aũt animæ,quę perituræ eſſent inciperent niſi iuſtæ fuiſſent,iuſtitia potens eſt ſaluare & corpora,quę utiq; non ſaluabit,quæ & ipſi participauerunt iuſtitiæ. Si enim natura & ſubſtantia ſaluat,omnes ſaluabuntur animæ: ſi autẽ iuſtitia & fides, quare non ſaluet ea quę ſimiliter cum animabus in corruptelã incidere incipiunt corpora: aut enim impotens aut iniuſta apparebit huiuſmodi

di iustitia, si quædam quidem saluat propter suam participationem, quædam autem non.

Ostensio quod animæ eorum secundum suas regulas siue argumentum, non possunt participare salutem. Cap. LII.

QVia enim in corporib. perficiũtur ea quæ sunt iustitiæ, manifestũ est. aut uniuersæ itaq; animæ necessarie succedẽt in medietatis locũ, & iudiciũ nusquã: aut & corpora quę participauerũt iustitię cũ animab. quæ similiter participauerũt, obtinebunt refrigerij locũ. si quidẽ potens est iustitia illuc transducere ea, quæ participauerũt, & uerus & firmus & integer de resurrectione corporũ sermo, quem quidẽ credimus nos, quoniã & mortalia corpora nostra custodientia iustitiã resuscitans deus, incorrupta & immortalia faciet. Deus enim melior est, & natura, habens apud semetipsum uelle, quoniã bonus est, & posse, quoniam potens est, & perficere, quoniam diues & perfectus est.

Quoniam in nullo potest interior illorum homo supergredi Demiurgon. Cap. LIII.

HI autem quoniam omnia contraria sibi dicunt, nõ omnes animas in medietatem succedere definientes, solas quæ sint iustorũ: naturaliter enim & secũdum substãtiam emissa esse tria genera dicunt à matre: quandoquidem sit de aporia & tędio & timore, quod est materia: alterum autem de impetu, quod est animale: quod autẽ enixa est secũdum uisionem eorũ qui circa Christum sunt angeli, quod est spiritale. Si igitur illa quę enixa est omni modo intra pleroma ingrediũtur, quoniam spiritale est: quod est autẽ materiale resident deorsum, quoniã est materiale, & exardescente eo qui ineſt ei, igne cõsumetur in totum animale, quare non totum in medietatis locum cedet, in quem & Demiurgum mittũt? Quid autem est illud quod cedet eorum intra pleroma? animas enim in medietatem perseuerare dicunt, corpora autẽ quoniã materialem habent substãtiam, in materiam resoluta ardere ab eo qui in ea est ignis. Corpore autem ipsorum corrupto, & anima remanẽte in medietate, nihil iam relinquetur ex homine, quod intra pleroma cadat. Sensus enim mens & cogitatio & intẽtio mentis & ea quę sunt huiusmodi nõ aliud quid præter animã sunt, sed ipsius animæ motus & operationes, nullam sine anima habẽtes substãtiam. Quid ergo adhuc erit eorum quod succedit in pleroma? & ipsi enim inquãtum quidem anima sunt remanent in medietate, in quãtum autem corpus, cum reliqua materia ardebũt: & his sic se habentibus, super Demiurgũ se ascendere dicunt insensati: & secũdum hoc quidem se meliores pronunciãt illo deo, qui cœlos & terram & maria & omnia quę in eis sunt fecit, & ornauit. Et semet quidẽ spiritales esse uolunt inhonorate, cũ sint carnales propter tãtam suam impietatẽ. Qui aũt fecit angelos suos spiritus,

& induitur lumine quẽadmodũ pallium, & uelut in manu tenet gyrũ terræ, atq; inhabitantes eam uelut locustæ sunt deputati.

Quoniam non est uerisimile hos quidem spiritales esse, Demiurgum autem animalem. Cap. LIIII.

ET uniuersæ spiritalis substantiæ Demiurgũ & dominũ animalẽ esse dicentes, indubitate & uere suam ostẽdunt insaniam, & uelut uere de tonitruo percussi, super eos qui fabulis referuntur gigãtes, extollentes sententiã aduersus deum, præsumptione uani & instabili gloria tumidi, quibus uniuersæ terræ elleborũ nõ sufficit ad expurgandũ, uti euomãt tantam suã stultitiã. Melior enim ex operibus oportet ostẽdi: unde igitur semetipsos ostẽdunt Demiurgo meliores, uti & nos ad impietatẽ propter necessitatẽ sermonis deuergamus, dei & insanorũ hominum cõparationem faciẽtes, & in argumentationẽ eorum descẽdentes, sæpe per propria ipsorũ dogmata arguẽtes eos. Sed nobis quidem propitius sit deus: non enim illi eum comparantes, sed arguentes & euertentes illorũ insaniam dicimus hæc, ad quos stupescũt multi insensatorũ, quasi plus aliquid ipsa ueritate ab eis possẽt discere. Et illud quod scriptum est, Quærite & inuenietis, ad hoc dictum esse interpretantur, uti super Demiurgum semetipsos adinueniãt maiores: & meliores uocant esse semetipsos quàm deum: & semetipsos spiritales, Demiurgum autẽ animalem: & propter hoc superascendere eos super deũ, & se quidem inter pleroma cedere, deum autem in medietatis loco. Ab operib. itaq; ostẽdant semetipsos Demiurgo meliores. Non enim in eo quod dicitur, sed in eo qđ est, melior ostẽdi debet. Quod igitur opus monstrabũt per semetipsos à saluatore siue à matre ipsorũ factũ aut maius aut splendidius, aut rationabilius his quę facta sunt ab hoc, qui hęc omnia disposuit? Quos cœlos firmauerunt? quam terrã solida uerunt? quas emiserũt stellas? uel quę luminaria lucidauerunt? quibus aũt circulis infrenauerunt ea? uel quas pluuias, uel frigora, uel niues, secundum tempus & secundum unamquamq; regionem aptabilia adduxerunt terræ? quem autem calorem & siccitatẽ è contrario apposuerũt eis? aut quæ flumina abundare fecerunt? quos autem adduxerunt fontes, quibus autem floribus & arboribus adornauerũt eam quæ est sub cœlo, uel quam multitudinem animalium fomauerũt, partim quidem rationabilium, partim autem irrationabilium uniuersorum forma ornatorum? & reliqua omnia quę per uirtutem dei sunt cõstituta, & sapientia eius gubernantur, quis potuit per singula enumerare, uel inuestigare magnitudinem sapientiæ eius qui fecit dei? Quid autem illa quæ super cœlum, & quæ non prætereunt, quãta sunt, angeli, throni, dominationes potestates innumerabiles. aduersus qđ igitur unũ opus ex his semetipsos è cõtrario costituunt? Quid tale ostendere habent per

semet-

ſemetipſos uel à ſemetipſis factū, quādo & ipſi huius factura & plaſmatio ſunt: Siue em̄ ſaluator, ſiue mater ipſorū (ut ꝓpria ipſorū dicamus per ſua ipſorū propria mendaces eos arguētes) uſa eſt hæc, ut dicūt, ad faciendū imaginē eorū quæ intra pleroma ſunt, & contēplationis uniuerſæ quam uidit circa ſaluatorē, tanquā meliori hoc & aptabiliori ad faciendam uoluntatē ſuam per eum uſa eſt: tantorū enim imagines nequaquam per inferiorem ſed per meliorem deformauit.

Oſtenſio quod non ſit animalis Demiurgus. Cap. LV.

ERant enim & ipſi tunc, ſicut dicunt, exiſtentes conceptio ſpiritalis ſecundū cōtēplationē eorū, qui erga Pandorā ſunt ſatellites diſpoſiti. Et hi quidē uacui perſeuerabant nihil per eos perficiēte matre, uel per ſaluatorē, inutilis conceptio, & ad nihilum apta: nihil enim per eos apparet factū. Qui aūt emiſſus eſt ſecundū eos deus, inferior ipſis exiſtens, ſecundū argumentationē eorū, animalem enim eum eſſe uolūt, in omnia operator & efficax & aptabilis fuit, uti per eum omniū imagines fierent: & nō tantū quæ uidentur hæc, ſed inuiſibilia, angeli, archāgeli, dominationes poteſtates & uirtutes per hunc omnia facta ſunt, uidelicet uelut per meliorē, & qui poſſit uolūtati deſeruire. Nihil aūt per hos matrē apparet feciſſe, quēadmodū & ipſi confitētur, uti iuſte quis æſtimet eos abortū fuiſſe male parientis matris ipſorū. Nō enim obſtetrices eam obſtetricauerūt, & ꝓpterea uelut abortiuū proiecti ſunt, in nihilum utiles, ad nullum opus facti matris. Et ſemet meliores uocant eo per quem tanta & talia facta ſint & diſpoſita, quādo & per ſuā argumentationē per quā inferiores multū inueniuntur. Ac uelut duo ferrā mēta operaria uel organa duo cum ſint, ex quib. alterū quidē ſemper in manibus & in uſu artifex habeat, & per illud faciat quāta uellet & oſtendat artem & ſapientiā ſuam: alterum aūt uacuū atq; otioſum perſeueret & ſine operatione, per quod nihil omnino apparet faciēs artifex, & in nullam actionē eo utens: deinde dicat quis inutile hoc & uacuum atq; otioſum melius eſſe, & pluris illo quo utitur in opere, per quod & glorificatur ipſe artifex: hic igitur hebes eſſe iuſte arbitrabitur, q̄ ſit talis, & mētis ſuæ nō cōpos. Si aūt & hi ſemet ſpiritales & meliores dicētes, & Demiurgū animalē, & propter hoc ſuperaſcēdere, & intra pleroma penetrare ad uiros ſuos, ſunt enim fœmina quēadmodū ipſi cōfitētur: deum aūt inferiorem, & propter hoc manere in medietate, & huius nullam oſtenſionē afferentes. Qui enim melior eſt, ex operibus oſtēditur. Omnia em̄ opera à Demiurgo facta ſunt, per ſemetipſos aūt nihil dignū ratiōe factū oſtēdere habentes, inſani ſunt ſumma & inſanabili inſania. Si aūt cōtenderint dicere, quoniā quæcūq; ſunt quidē materialia, ut puta, cœlum, & uniuerſus qui infra eum continetur mundus, à Demiurgo facta ſunt. Quotquot aūt ſpiritaliora his illa quæ ſūt ſuper

cœlum,utputa principia,poteſtates, angeli,archãgeli, dominationes, & uirtutes per ſpiritalẽ enixionẽ, qđ ſemetipſos eſſe dicũt, facta ſunt: Primo quidẽ ex dominicis ſcripturis oſtendimus, omnia quæ prædicta ſunt uiſibilia & inuiſibilia ab uno deo facta. Non em̃ magis idonei hi q̃ ſcripturæ, nec relinquẽtes nos eloquia domini & Moyſen & reliquos prophetas,qui ueritatẽ præconiauerunt, his credere oportet, ſanum quidẽ nihil dicentibus,inſtabilia aũt delirãtibus. Poſt deinde etiam ſi per ipſos ea quæ ſunt ſuper cœlos facta ſunt,dicant nobis quę ſit inuiſibilium natura,enarrent numerũ angelorum & ordinẽ archãgelorũ,demonſtrent thronorũ ſacramenta,& doceant diuerſitates dominationũ,principatuum poteſtatũ atq̃ uirtutũ.ſed non habent dicere, nõ ergo per eos facta ſunt. Si aũt à Demiurgo facta ſunt hæc,ſicut & facta ſunt,& ſunt ſpiritalia & ſancta,non eſt ergo animalis hic qui ſpiritalia perficit,& ſoluta eſt illorum magna blaſphemia.

De aſſumptione Apoſtoli uſq; ad tertium cœlum, & cur dixit, ſiue in corpore, ſiue extra corpus. Cap. LVI.

QVi enim ſunt in cœlis ſpiritalis conditionis,uniuerſę clamant ſcripturæ,& Paulus aũt teſtimoniũ perhibet, quoniã ſunt ſpiritalia, uſq̃ ad tertium cœlum raptum ſe eſſe ſignificans,Et rurſum delatũ eſſe in paradiſum,& audiſſe uerba inenarrabilia,quæ nõ licet homini loq. Et quid illi prodeſt aut in paradiſum introitus,aut uſq̃ in tertium cœlum aſſumptio,cum ſint omnia ſub poteſtate Demiurgi,ſi eorum quę ſuper Demiurgum dicũtur myſteriorũ ſpeculator & auditor inciperet fieri,quemadmodum audent quidam dicere. Si enim uti eã quæ eſt ſuper Demiurgum diſceret diſpoſitionẽ,nequaq̃ in his quæ ſunt Demiurgi remãſiſſet,ne ipſa quidem uniuerſa perſpeculatus, reſtabat enim ei adhuc ſecundum illorum ſermonem quartum cœlum,uti adpropinquaret Demiurgo,& ſubiectam ſeptenationem uideret, ſed reciperetur fortaſſe uel uſq̃ ad medietatem,id eſt ad matrem, uti ab ea diſceret quę ſunt intra pleroma. Poterat enim qui eſt intus homo eius,qui & loquebatur in eo inuiſibilis exiſtens,quemadmodũ dicũt, nõ tantũ uſq̃ ad tertiũ cœlum,ſed uſq̃ ad matrẽ illorũ peruenire. Si enim ſe hoc eſt ipſorum hominẽ ſtatim ſupergredi dicũt Demiurgum,& abire ad matrem,multo magis utiq̃ Apoſtoli homini hoc eueniſſet, nec enim prohibuiſſet illum Demiurgus,iam & ipſe ſubiectis ſaluationi dicunt. Si autem prohibuiſſet,nihil profeciſſet: nõ enim poſsibile eſt eum patris prouidentia fortiorem eſſe, & hæc cum interior homo inuiſibilis etiã à Demiurgo eſſe dicatur. Quoniam autem ille uelut magnum aliquid & præclarum eam quæ fuit uſq̃ ad tertium cœlum aſſumptionẽ enarrauit,non utiq̃ iſti ſuper ſeptimum cœlum aſcendunt, non enim ſunt meliores Apoſtolo. Si ſe ipſos dicant differentiores,ex operibus argu

entur

entur:nihil enim ab illis tale iactatum est.Et propter hoc adiecit,siue in corpore,siue extra corpus,deus scit: uticp ne corpus particeps putaretur esse uisionis eius, quippe quasi ipsum participaturum eorum quæ uidisset & audisset:nec rursus propter põdus corporis dicat quis eum amplius nõ esse assumptum, sed ideo uscp illuc permittatur etiam sine corpore sacramenta perspicere spiritalia,quę sunt dei operationes,qui fecit cœlos & terram,& plasmauit hominem,& posuit in paradiso,speculatores fieri eos qui similiter ut Apostolus ualde sunt perfecti in dilectione dei.Et spiritalia itacp hic fecit,quorũ uscp ad tertiũ cœlum speculator factus est Apostolus,& inenarrabiles sermones,quos nõ licet homini loqui,quoniam sint spiritales,& ipse hic præstat dignis, quemadmodum uult:huius enim est paradisus.Et uere est spiritus dei,sed non animalis Demiurgus,alioquin nũcp spiritalia perfeciſſet.Si aũt animalis hic,per quem facta sunt spiritalia,referant nobis.Sed necp enixionẽ matris suæ,quod semetipsos dicunt, factum esse quid ostẽdere habẽt. Hi enim non tantum aliquid de spiritalibus, sed ne quidem muscam aut culicẽ,aut tale aliquid,ex his quæ sunt contemptibilia animalia pusilla perficere possunt,præter eam rationem quæ ab initio à deo per seminum demissionem,in his quę sunt eiusdem generis naturaliter facta sunt atcp fiunt animalia.Sed ne quidem à sola matre factum aliquid dicunt emissum hunc Demiurgum & dominum uniuersæ operationis: Et eum quidẽ qui sit uniuersæ operatiõis Demiurgus & dominus animalem esse dicũt,se aũt spiritales, qui nullius operationis fabricatores sunt aut domini,nõ solum eorũ quę sunt extra eos,sed ne quidẽ corporum suorum. Multa denicp sæpe secundum corpus patiuntur nolẽtes uocantes se spiritales & meliores Demiurgo.Iuste igitur à nobis arguentur porrò & longe diuertisse à ueritate.Si enim per hunc quæ facta sunt fecit saluator,non inferior ipsis sed melior esse ostenditur, quãdo & horum ipsorum inuenitur factor: nam & ipsi sunt ex his quæ facta sunt.Quomodo itacp consequens est hos quidẽ spiritales esse,hũc aũt ipsum per quem & facti sunt, animalem ? siue, quod & solum est uerum,quod & per plurima ostẽdimus uelut liquidissimis ostensionib. ipse à semetipso fecit libere,& ex sua potestate, & disposuit & perfecit omnia,&est substantia omniũ uoluntas eius:solus hic deus inuenitur, qui omnia fecit,solus omnipotens,& solus pater condens & faciẽs omnia, & uisibilia & inuisibilia & sensibilia & insensata, & cœlestia & terrena,uerbo uirtutis suę:&omnia aptauit & disposuit sapiẽtia sua,& omnia capiẽs,solus aũt à nemine capi potest,ipse fabricator,ipse cõditor,ipse inuẽtor,ipse factor,ipse dominus omniũ: & necp præter ipsũ, necp super ipsum,necp mater quã illi admentiũtur, nec deus alter quẽ Marcion affinxit,nec pleroma xxx æonum,quod uanum ostẽsum est,

neq; Bythus,nec proarche,neq; cœli,nec lumẽ uirginale,nec Æon innominabilis,nec in totũ quicq; eorũ,quæ ab his & ab omnibus hęreticis delirãtur,Sed solus unus deus fabricator, hic est qui super omnem principalitatẽ,& dominationẽ,& uirtutem,hic pater,hic deus,hic conditor,hic factor,hic fabricator,qui fecit ea per semetipsum, hoc est,per uerbum &per sapientiã suam cœlum & terram & maria & omnia quę in eis sunt.Hic iustus,hic bonus,hic est qui formauit hominẽ,qui plantauit paradisum,qui fabricauit mũdũ,qui diluuium induxit, qui Noe saluauit.Hic deus Abraham,& deus Isaac,& deus Iacob, deus uiuorũ quem & lex annunciat,quem prophetæ præconiant,quem spiritus reuelat,quem apostoli tradunt,quem ecclesia credidit, hic pater domini nostri Iesu Christi,per uerbum suum,qui est filius eius,per eum reuelatur & manifestatur omnibus,quibus reuelatur.Cognoscũt enim eũ hi quib. reuelauerit filius,semper aũt coexistẽs filius patri,olim & ab initio semper reuelat patrem & angelis,& archangelis & potestatibus & uirtutibus & hominibus,quibus uult reuelare deus.

Quomodo ea quæ aduersus Valentinum dicuntur, omnem euertunt hæresim. Cap. LVII.

DEstructis itaq; his qui à Valentino sunt, omnis hæreticorũ euersa est multitudo.Quæ em̃ & quantũ aduersus pleroma ipsorũ & ad ea quę extra sunt diximus,ostendentes, quoniam cõcludetur & circumscribetur pater uniuersorum ab eo,quod extra eum est, si tamẽ extra eum aliquid sit,& quoniam necesse est multos quidẽ patres, multa autem pleromata,& multas mũdorum fabricationes, ab alijs quidem cœptas ad alteras autem deficientes esse,secundum omnem partem,& uniuersos perseuerantes in suis proprijs, non curiose agere de alijs, in quibus neq; participatio neq; communio aliqua est eis,& nullum alium omnium esse deum, sed solum esse omnipotentis appellationem: & aduersus eos qui sunt à Marcione,& Simone, & Menãdro,uel qui cunq; alij sunt,qui similiter diuidunt eam quæ secundum nos est cõditionem,à patre, similiter erit ad eos adaptatum. Quanta autem rursus diximus aduersus eos,qui dicunt,omnia quidem comprehendere patrem uniuersorum, eam autem quæ sit secundum nos cõditionem nõ ab eo esse factam,sed à uirtute quadam altera,uel ab angelis ignorantibus propatorem in immẽsa magnitudine uniuersitatis circumscriptũ centri uice,uelut maculam in pallio,ostendentes, quoniam non est uerisimile alium quendam eam quæ secundum nos est,conditionẽ fecisse,quàm patrem uniuersorũ,& aduersus eos,qui sunt à Saturnino & à Basilide & Carpocrate & reliquos gnosticorum, qui eadem similiter dicũt,idẽ dicetur. Quæ autem de prolationibus dicta sunt &æonibus & deminorationibus,& quẽadmodum instabilis mater ipsorum,simi-

Menander inuentor turpitudinis.

liter

ſiter euertit Baſilidē,& omnes qui falſo cognominātur agnitores,alijs nominibus eadem ſimiliter dicentes:magis autem quàm hi qui ea quę ſunt extra ueritatem transferentes ad characterē ſuæ doctrinę,& quęcunqꝫ ſunt quæ de numeris diximus,aduerſus omnes,qui in huiuſmodi ſpeciē deducunt,quæ ſunt ueritatis,dicetur. Et quęcunqꝫ dicta ſunt de Demiurgo,oſtendētia quod hic ſolus deus, & pater uniuerſorum, & quæcunqꝫ adhuc dicentur in ſequentibus libris,aduerſus omnes dico hęreticos, eos quidem qui ſunt mitiores eorū & humaniores auertens & confundens,ut non blaſphement ſuū conditorem & factorem & nutritorem & dominum,neqꝫ de labe & ignorātia geneſim eius affingere:feroces autem & horribiles & irrationabiles effugabis à te longe,ne amplius ſuſtineas uerboſitates eorum.Super hęc arguentur qui ſunt à Simone & Carpocrate,& ſi qui alij uirtutes operari dicūtur, nō in uirtute dei,neqꝫ in ueritate, neqꝫ in beneficijs hominibus faciētes ea quæ faciunt,ſed in perniciem & errorem per magicas eluſiones,& uniuerſa fraude plus lædentes,quàm utilitatē præſtantes his,qui credunt eis in eo qđ ſeducant.Nec enim cęcis poſſunt donare uiſum, neqꝫ ſurdis auditum, neqꝫ omnes dæmones effugare, præter eos qui ab ipſis immittuntur,ſi tamen & hoc faciunt:neqꝫ debiles,aut claudos,aut paralyticos curare,uel alia quadam parte corporis uexatos,quemadmodum ſæpe euenit fieri ſecundum corporalem infirmitatem, uel earum quæ à foris accidunt,infirmitatem bonas ualetudines reſtaurare: tantum abſunt ab eo ut mortuum excitent, quemadmodum dominus excitauit & apoſtoli per orationem,& in fraternitate,ſæpiſsime propter aliquid neceſſarium ea quę eſt in quoquo loco eccleſia uniuerſa poſtulante per ieiunium & ſupplicationē multam,reuerſus eſt ſpiritus mortuo, & donatus eſt homo orationibus ſanctorū, ut ne quidem credāt hoc in totum poſſe fieri, eſſe aūt reſurrectionē à mortuis, agnitionem eius quę ab eis dicitur ueritatis. Quādo igitur apud eos quidē error et ſeductio & magica phātaſia in ſpeculatu hominū impie fiat, in eccleſia autem miſeratio & miſericordia & fraternitas & ueritas ad opitulationem hominum,non ſolū ſine mercede & gratis impertiatur, ſed & nobis ipſis quę ſunt noſtra erogantib.pro ſalute hominū,& ea quibus hi ꝙ curātur indigent ſæpiſsime nō habētes,à nobis accipiūt, uerè & per hanc ſpeciē arguūtur à diuina ſubſtantia & benignitate dei & uirtute ſpiritali in totum extranei,fraude autē uniuerſa & ab inſpiratione apoſtatica,& operatione dęmoniaca,et phātaſmate idololatrię per omnia repleti, præcurſores uere draconis eius, qui per huiuſmodi phantaſiā abſcedere faciet in cauda tertiam partem ſtellarū, & deijciet eos in terram:quos ſimiliter atqꝫ illum deuitare oportet, & quāto maiore phantaſmate operari dicuntur, tanto magis obſeruare eos, quaſi maiorē ne

quitiæ ſpiritū perceperint. Quapropter etiam ſi obſeruauerit quis eorum diurnam conuerſationis operationem, inueniet unam & eandem eſſe eis cum dæmoniis conuerſationē. & hæc autē quæ eſt erga operationes impia ipſorum ſententia, quę dicit, oportere eos in omnibus operibus etiā quibuslibet malis fieri, ex domini doctrina diſſoluetur: apud quē nō ſolum qui mœchatur expellitur, ſed & qui mœchari uult, & non ſolū qui occidit reus erit occiſionis ad dānationē, ſed & qui ira ſcitur ſine cauſa fratri ſuo: qui & non ſolum non odire homines, ſed & inimicos diligere iuſſit, & nō ſolum nō periurare, ſed nec iurare præcepit, & nō ſolū male loqui de proximis, ſed ne quidē racha & fatuū dicere aliquem: ſi quo minus reos eſſe huiuſmodi in ignem gehēnæ. & nō tantum non percutere, ſed & ipſos percuſſos etiā alteram pręſtare maxillam. & non ſolū non abnegare quæ ſunt aliena, ſed etiāſi ſua auferātur illis non expoſtulare: & nō ſolum nō lædere proximos, nec̄ facere quid eis malum, ſed & eos qui male tractentur magnanimes eſſe, & benignitatem exercere erga eos, & orare pro eis, uti pœnitentiam agentes ſaluari poſſint, in nullo imitantes nos reliquorum contumeliam & libidinē & ſuperbiam. Quando igitur ille quem iſti magiſtrū & gloriantur, & eum multo meliorem & fortiorem reliquis animā habuiſſe dicunt, cum magna diligentia quędā quidē iuſſit fieri quaſi bona & egregia, quibuſdam aūt abſtinere nō ſolum operibus, ſed etiā his cogitationibus quæ ad opera ducunt, quaſi malis & nociuis & nequam, quēad modum magiſtrum dicentes talem fortiorem & meliorem reliquis, de inde quæ ſunt cōtraria eius doctrinæ manifeſte præcipientes, non cōfunduntur? Et ſi quidē nihil eſſe mali aut rurſus boni, opinione autem ſola humana quædam quidē iniuſta, quædam autem iuſta putarētur, non uticȩ dixiſſet dogmatizans, id eſt docens, iuſti autem fulgebūt ſicut ſol in regno patris eorum: iniuſtos autem & qui non faciunt opera iuſtitiæ mittit in ignem æternum, ubi uermis ipſorum non morietur, & ignis non extinguetur.

μακροθύμους *quod ueteres aliquādo reddūt longanimes, aliquando magnanimes.*

Conuerſio hæreticorum omnium in his quibus non communicant cum Valentino. Cap. LVIII.

ADhuc etiam dicentes oportere eos in omni opere, & in omni cōuerſatione fieri, ut ſi fieri poſſit in una uitæ aduētatione omīa perficiētes, ad perfectū trāſgrediātur, eorū quidē quę ſunt ad uirtutē pertinentia & laborioſa & glorioſa & artificialia, quæ etiā ab hominib. bona adprobātur, nequaq̄ inueniūtur conati facere. Si enim oportet per omne opus & per uniuerſam ire operationem, primo quidem oportebat omēs ſe diſcere artes, quæcunq̄ illæ ſiue in ſermonū rationib., ſiue in operibus conſumantur, ſiue per continentiam edocētur & per laborem & meditationem & perſeuerantiam percipiuntur: utputa omnem

ſpeciem

ſpeciẽ Muſicæ & cõputationis & Geometriæ & Aſtronomiæ, & uniuerſa quæ in ſermonum rationibus occupantur: adhuc etiam Medicinam uniuerſam, & herbarum ſcientiam, & eas quæ ad ſalutẽ humanã ſunt elaboratæ, & picturam & ſtatuarum fabricationem & ærariã artem & marmorariam & ſimiles his. Ab his aũt omnem ſpeciem ruſticationis & ueterinariæ & paſtoralis & opificum artes, quæ dicuntur per tranſire uniuerſas artes, & eas quę erga mare uocant, & corpori ſtudẽt, & uenatorias, & militares, & regales, & quotquot ſunt, quarum nec decimã milleſimã partem in tota uita ſua elaborãtes ediſcere poſſunt. & horum quidẽ nihil conantur addiſcere, qui in omni dicant ſemetipſos oportere fieri opere. ad uoluptates aũt, & libidines, & turpia facta deuergẽtes, & à ſemetipſis iudicati cũ ſint ſecundũ doctrinã ſuã: qm̃ enim deſunt eis quæ prędicta ſunt omnia, ad correptionẽ ignis adibũt. Qui quidẽ Epicuri philoſophiã & Cynicorũ indifferentiã æmulãtes, nõ leſum magiſtrũ, qui nõ ſolũ à malis operibus auertit ſuos diſcipulos, ſed etiã à ſermonibus & cogitationibus, quemadmodũ oſtẽdimus, Dicẽtes autẽ ſe ex eadẽ circulatione cum leſu habere animas, & ſimiles illis eſſe, aliquando aũt & meliores, ad opera producti, quæ ille ad utilitatẽ hominũ & firmitatẽ fecit, nihil tale nec ſimile neq; ſecundũ aliquid in comparationem quod uenire poſsit, perficere inueniũtur. Sed ſi aliqd faciunt per magicam quemadmodum diximus operati, fraudulẽter ſe ducere nituntur inſenſatos, fructũ quidem & utilitatẽ nullam præſtantes, in quos uirtutes perficere ſe dicunt: adducẽtes aũt pueros inueſtes & oculos deludẽtes, & phantaſmata oſtẽdentes ſtatim ceſſantia, & ne quidem ſtillicidio tẽporis perſeuerãtia, nõ leſu domino noſtro, ſed Simoni mago ſimiles oſtẽduntur. Et ex hoc autem quod dominus ſurrexit à mortuis in tertia die, firmum eſt, & diſcipulis ſe manifeſtauit, & uidentibus eis receptus eſt in cœlum, quod ipſi morientes & nõ reſurgẽtes neq; manifeſtati, quibus arguũtur in nullo ſimiles habentes leſu animas. Si autem & dominũ per phãtaſmata huiuſmodi feciſſe dicunt, ad prophetica reducẽtes eos, ex ipſis demonſtrabimus, omnia ſic deo, & prędicta eſſe, & facta firmiſsime, & ipſum ſolum eſſe filium dei: qua propter & in illius nomine, qui uere illius ſunt diſcipuli ab ipſo accipientes gratiam, perficiunt ad beneficia reliquorum hominum, quemadmodum unuſquiſq; accepit donum ab eo. Alij enim dæmones excludunt, firmiſsime & uere, ut etiam ſæpiſsime credant ipſi qui emundati ſunt à nequiſsimis ſpiritibus, & ſint in eccleſia: alij autem & præſcientiam habent futurorum, & uiſiones & dictiones propheticas. Alij autem laborantes aliqua infirmitate, per manus impoſitionem curant & ſanos reſtituunt. Iam etiam quemadmodum diximus & mortui reſurrexerunt, & perſeuerauerunt nobiſcum annis multis, & quid aũt? Nõ

eſt

χάρισμα, dixit beneficium.

est numerum dicere gratiarum quas per uniuersum mundũ ecclesia à deo accipiẽs, in nomine Christi Iesu crucifixi sub Pontio Pilato per singulos dies in opitulationẽ gentium perficit, neq; seducẽs aliquem, nec pecuniam ei auferens. Quemadmodum enim gratis accepit à deo, gratis & ministrat: nec inuocationibus angelicis faciat aliquid, nec incantatiõibus, nec aliqua praua curiositate, sed mũde & pure & manifeste orationes dirigẽtes ad dominum, qui omnia fecit, & nomen domini nostri Iesu Christi in uirtute secundum utilitates hominum, sed nõ ad seductionem perfecit. Si itaq; & nunc nomẽ domini nostri Iesu Christi beneficia præstat & curat, firmissime & uere omnes ubiq; credẽtes in eum, sed non Simonis, neq; Menãdri, nec Carpocratis, nec alterius cuiuscunq; manifestum est quoniam homo factus, cõuersatus est cũ suo plasmate, uere omnia fecit ex uirtute dei, secũdum placitum patris uniuersorum, quomodo prophetæ prædixerũt. Quæ autem erant hęc, in his quæ sunt ex propheticis ostensionibus narrabuntur.

Ostensio quod non transeant animæ in alia corpora. Cap. LIX.

DE corpore autem in corpus transmigrationem ipsorum subuertamus ex eo, quod nihil omnino eorum quæ ante fuerint, meminerint animæ. Si enim ob hoc emittebantur uti in omni erũt operatione, oportebat eas meminisse eorum, quæ ante facta sunt, ut in ea quæ deerant adimplerent. & non circa eadem semper uolutantes continuatim, miserabiliter laborent. Nõ enim poterat corporis admixtio in totum uniuersam ipsorũ quæ ante habita erant, extinguere memoriam & cõtemplationem, & maxime ad hoc uenientes. Quomodo enim nunc soporato & requiescẽte corpore quæcũq; anima ipsa apud se uidet, & in phantasmate agit, & horũ plura reminiscens communicat cum corpore, & est quando & post plurimum temporis quęcunq; per somnium quis uidit, uigilans annũciat: Sic utiq; se reminisceretur, & illorũ quæ antequam in hoc corpus ueniret egit. Si enim hoc quod in breuissimo tempore uisum est, uel in phantasmate conceptum est, & ab ea sola per somniũ, postquam cõmixta sit corpori & uniuersum mẽbrum dispersa commemoratur, multo magis illorum reminisceretur in quibus tẽporibus tantis, & uniuersa præteritæ uitæ secula immorata est.

Ostensio quod non bibant secundum Platonem obliuionis poculum. Cap. LX.

AD hæc Plato uetus ille adueniens, is qui & primus sententiã hãc introduxit, cum excusare non posset, obliuionis induxit poculum, putans se per hoc aporiam huiusmodi effugere, ostensionem quidem nullam faciens, dogmatice autem respondens, quoniam introeũtes animæ in hanc uitam, ab eo qui est super introitum dęmone, priusquã in corpora intrẽt, potãtur obliuione, & latuit semetipsum in alterã

maio-

maiorem incidens aporiam. Si enim obliuionis poculum potata est, posteaquam ebibitum est, omnium factorum obliterare memoriam, hoc ipsum unde scis ô Plato, cum sit nunc in corpore anima tua, quoniam priusquam in corpus introeat à dæmone potata est obliuionis medicamentum? Si enim dęmonem & poculum & introitum reminiscaris, & reliqua oportet cognoscas. Si autem illa ignoras, neq; dęmon uerus, neq; artificiose compositum obliuionis poculum.

Ostensio quoniam corpus non est obliuio. Cap. LXI.

ADuersus autem eos qui dicunt, ipsum corpus esse obliuionis medicamentũ, occurret hoc. Quomodo igitur quodcunque per semetipsam anima uidet, & in somnijs & secũdum cogitationem, mentis intentionem corpore quiescente ipsa reminiscitur, & renunciat proximis. Sed ne quidem ea quæ olim agnita sunt, aut per oculos, aut per auditum, meminisset anima in corpore existens, si esset corpus obliuio: sed simul atq; ab inspectis abesset oculis, auferretur oculus, auferretur utiq; ea, quæ esset de his memoria. Ipsa em̃ obliuione existens, anima nihil aliud cognoscere poterat nisi solum illud quod in præsenti uidebat. Quomodo autem & diuina sciret, & meminisset ipsorum, existens in corpore, quando sit (ut aiunt) ipsum corpus obliuio? Sed & prophetæ ipsi cum essent in terra, quæcunq; spiritaliter secundum uisiones cœlestium uident uel audiunt, ipsi quoq; meminerunt in hominem conuersi, & reliquis annunciant: & non corpus obliuionem efficit animæ eorum quæ spiritaliter uisa sunt, sed anima docet corpus, & participat de spiritali & facta uisione.

Quoniam in corporis communione non amittit suas uires anima. Cap. LXII.

NOn enim est fortius corpus quàm anima, quod quidẽ ab illa spiratur & uiuificatur & augetur & articulatur, sed anima possidet & principatur corpori. Tantũ aũt impeditur à sua uelocitate, quantũ corpus participat de eius motione, sed nõ amittit suã scientiã. Corpus enim organo simile est, Anima autem artificis rationem obtinet. Quẽ admodum itaq; artifex uelociter quidem operationem secũdum se adinuenit, in organo aũt tardius illam perficit, propter rei subiectę immobilitatẽ, & illius mentis uelocitas admixta tarditati organi tẽperatã perficit operationẽ, Sic & anima participans suo corpori, modicũ quidem impeditur, admixta uelocitate eius in corporis tarditate, non amittit autem in totum suas uirtutes: sed quasi uitam participans corporis, ipsa uiuere non cessat, sic & de reliquis ei communicans, neq; scientiam ipsorum perdit, neq; memoriam inspectorum.

Ostensio quod unusquisq; nostrum suam habeat animam sicut & suum corpus. Cap. LXIII.

SI itaq; nullius præteritorum meminit, sed existentium sciẽtiam hic percipit, non igitur in alijs corporibus fuit aliquãdo, neq; egit, quę

ne

ne quidem agnoscit, neq; nouit, quæ quidē neq; uidit, sed quemadmodum unusquisq; nostrū suum corpus per artē dei sumit, sic & suam habet animā. Neq; enim sic pauper, neq; indigēs deus, ut nō unicuiq; corpori propriam donaret animam, quemadmodū & proprium characterē. Et ideo adimpleto numero, quem ipse apud se ante definit, omnes quicunq; sunt descripti in uitam resurgēt, sua corpora & suas habētes animas, & suos spiritus, in quibus placuerūt deo. Qui autē pœna sunt digni, abibūt in eam & ipsi suas habētes animas, & sua corpora, in quibus abstiterunt à dei bonitate: & cessabunt utriq; iam generare & generari, & ducere uxorē, & nubere, ut cōmensurata multitudo ante præfinita deo, generis humani perfectorum cōpagō siue aptatio cōseruet patris. Plenissime autem dominus docuit, non solum perseuerare, nō de corpore in corpus transgrediētes animas, sed & characterem corporis, in quo etiam adaptantur, custodire eundem, & meminisse eas operum quæ egerunt hic, & à quibus cessauerūt, in enarratione quę scribitur de diuite & de Lazaro eo qui refrigerabatur in sinu Abrahę: in qua ait, diuitem cognoscere Lazarum post mortem, & Abraham autē similiter, & manere in suo ordine unumquenq; ipsorū, & postulare mitti ei ad opem ferendam Lazarum, cui ne quidem de mensæ suæ micis cōmunicabat: & de Abrahæ responso, qui non tantum ea quæ secundū se, sed & quæ secundum diuitem essent, sciebat, & præcipiebat Moysi assentire & prophetis eos, qui non uellent peruenire in illū locum pœnæ, & recipientes præconium eius qui resurgeret à mortuis.

Quomodo perseuerant animæ corporis habentes figuras. Cap. LXIIII.

PEr hæc enim manifestissime declaratū est & perseuerare animas, & non de corpore in corpus trāsire, & habere hominis figuram, ut etiam cognoscantur, & meminerint eorum quæ sint hic, & propheticum quoq; adesse Abrahæ, & dignam habitationem unamquāq; gentem percipere, etiam ante iudicium.

Quomodo animæ cum sint generabiles in futurum incorruptibiles perseuerant. Cap. LXV.

SI qui aūt hoc in loco dicāt, nō posse animas eas, quæ pauloante esse cœperint in multū tēporis perseuerare, sed oportere eas aut innascibiles esse, ut sint immortales: uel si generationis initiū acceperint, cū ipso corpore mori: discāt quoniam sine initio & sine fine uere & semper idem eodē modo se habēs solus est deus, qui est omniū dominus: quæ aūt sunt ab illo omnia, quæcūq; facta sunt & fiūt, initiū quidem suum accipiunt generationis, & per hoc inferiora sunt ab eo qui ea fecit, quoniam nō sunt ingenita: perseuerant aūt & extendūtur in lōgitudinem seculorum, secundum uoluntatem factoris dei, ita ut sic initio fierēt, & postea ut sint eis donat. Quēadmodū enim cœlū quod est super nos

firma-

firmamentū,& sol & luna,& reliquæ stellæ,& omnia ornamenta ipsorum,cū ante non essent,facta sunt,& multa tēpora perseuerāt,secundū uolūtatem dei:sic & de animabus, & de spiritibus, & omnino de omnibus his quæ facta sunt cogitans quis,minime peccauit,quando omnia quæ facta sunt initiū quidem facturę suæ habeant, perseuerant aūt quoadusq; ea deus & esse & perseuerare uoluerit. Testatur pro his sententijs etiam propheticus spiritus,dicens:Quoniam ipse dixit,& facta sunt,ipse mandauit &creata sunt,statuit ea in seculum seculi. Et iterum de saluando homine,sic ait: Vitā petijt à te, & tribuisti ei lōgitudinem dierū in seculū seculi:tanq; patre omniū donāte, & in seculū seculi perseuerantiā his qui salui fiunt. Nō enim ex nobis, neq; ex nostra natura uita est,sed secūdū gratiā dei datur. Et ideo qui seruauerit datū uitę, & gratias egerit ei qui præstitit,accipiet & in seculū seculi lōgitudinē dierum. Qui aūt abiecerit eā,& ingratus extiterit factori,ob hoc quod factus est,& non cognouerit eū qui pręstat,ipse se priuat in seculū seculi perseuerātia. Et ideo dominus dicebat ingratis existētibus in eū: Si in modico fideles nō fuistis,quod magnū est quis dabit uobis? significās nobis,q̄niā qui in modica tēporali uita ingrati extiterūt ei,qui eā præstitit,iuste nō percipient ab eo in seculū seculi longitudinē dierum. Sicut aūt corpus animale ipsum quidē nō est anima, participatur aūt anima,quoadusq; deus uult:sic & anima ipsa quidē non est uita,participauit aūt à deo sibi præstitā uitam. unde & propheticus sermo,Protoplastos,ait,factus est in animā uiuā:docens nos,quoniā secundū participationem uitæ uiuēs facta est anima,ita ut separatim quidē anima intelligatur,separatim aūt quæ erga eam est uita. Deo itaq; & uitam, & perpetuam perseuerantiam donante, capit & animas primū non existentes,dehinc perseuerare,cum eas deus & esse & subsistere uoluerit. Principari enim debet in omnibus,& dominari uolūtas dei,reliqua aūt omnia huic cedere & subdita esse,& in seruitium dedita. Et de factura quidem,& perseuerantia animæ hucusq; dictum sit.

Euersio Basilidis cœlorum fabricationis. Cap. LXVI.

BAsilides aūt &ipse super hęc quę dicta sunt cogetur dicere secūdū suā regulā,nō solū ccclxv secundū successionē alios ab alijs factos, sed immēsam quandam & innumerabilē multitudinē cœlorū semper factam,& fieri,& futurū ut fiant, & nunq; deficere huiusmodi fabricā cœlorū. Si enim ex defluxu prioris secūdū factū cœlū ad illius speciē, & ad secundū,tertiū,& similiter omēs reliqui subsequētes,& de huius quod secundū nos est,quod & nouissimū uocāt,necesse est ex defluxu aliud factū simile sibi,& ex illo iterū illud:& nunq; deficere,neq; defluxus eorum,qui iam facti sunt,neq; facturas seculorū, sed in immēsum, & non in præfinitum numerum cœlorum incidere.

Ostensio quoniam prophetæ non à uarijs dijs fecerint prophetationes, sed ab uno & eodem, & expositio Hebraicorum nominum eorum quæ in prophetis posita sunt. Cap. LXVII.

ET reliqui aũt qui falso nomine gnostici dicũtur, qui prophetas ex diuersis dijs prophetias feciſſe dicũt, facile destruẽtur ex hoc, qđ omnes prophetæ unum deum & dominũ prædicauerunt, & ipsum factorem cœli & terræ, & omniũ quę in eis sunt, & quod aduentum filij eius significauerint, secundũ quod ex ipsis demõstrauimus scripturis in libris cõsequentibus. Si aũt quidem, secundum Hebræam linguam diuerse dictiones positas in scripturis opponant, quale est Sabaoth, & Eloæ, & Adonai, & alia quæcunqꝫ sunt talia, ex his ostendere laborãtes diuersas uirtutes atqꝫ deos, discant quoniã unius & ipsius significationes & nũcupatiões sunt omnia huiusmodi. Quod eñ dicitur Eloæ secundũ Iudaicam uocẽ, deum significat & Eloæ uerum, & elloeuth, secundũ Hebraicã linguã hoc quod cõtinet omnia significat. Quod aũt ait Adonae aliquãdo qdẽ nominabile & admirabile significat, aliquãdo aũt duplicata litera delta cum aspiratione, utputa addonei præfinientem & separãtem terrã ab aqua, nec posteaqꝫ insurgere in eam. Similiter aũt & Sabaoth per ω quidẽ Græca in syllaba nouissima scribitur, uoluntarium significat, per o aũt Græca, ut à Sabaoth primũ cœlũ manifestat. Eodem modo & Iaoth extensa cum aspiratione nouissima syllaba, mensurã præfinitã manifestat, cũ aũt per o Græca corripitur, utputa Iaoth, eũ qui dat fugam malorũ significat, & cætera oñia unius eiusdemqꝫ nuncupationis sunt, sicut secundũ Latinitatẽ dominus uirtutũ, & pater omniũ & deus omnipotẽs, & altissimus, & dominus cœlorũ, & creator & fabricator, & similia his, nõ alterius atqꝫ alterius hæ sunt, sed unius eiusdẽqꝫ nũcupatiões, & pronomina, per quæ unus deus & pater ostenditur, qui cõtinet omnia, & omnib. ut sint prędstãs. Quoniã aũt dictis nostris cõsonat prędicatio apostolorũ, & domini magisteriũ & ꝓphetarũ annunciatio, & apostolorũ dictatio, & legislatiõis ministratio, unum eundemqꝫ omniũ deum patrẽ laudantiũ, & nõ aliũ atqꝫ alium, neqꝫ ex diuersis dijs aut uirtutibus substãtiã habentẽ, sed ex uno & eodem patre, omnia qui tamẽ aptat secundũ subiacentiã, naturã & dispositionẽ & neqꝫ ab angelis, neqꝫ ab alia quadã uirtute, sed à solo deo patre uisibilia atqꝫ inuisibilia, & oñia oñino, quæcũqꝫ facta sunt, arbitror quidẽ sufficienter ostensa, & per hæc tanta uno ostẽso deo patre factore omniũ. Sed ne putemur fugere illam, quæ ex scripturis dominicis est ꝓbationẽ ipsis scripturis multo manifestius & clarius hoc ipsum prædicãtibus, his tamẽ qui nõ praue intendũt eis, propriũ librũ qui sequitur has scripturas reddẽtes, ex scripturis diuinis probationes apponemus in medio omnibus amantibus ueritatem.

CAPI-

CAPITVLA TERTII LIBRI, ET PRIMO PRAEFATIO QVAEDAM.

A Quibus,& quemadmodum Euangelium acceperit ecclesia. 1
Ostensio quod necꝫ scripturis,nec traditioni obsequantur hæretici. 2
De Apostolorũ traditione,uel ab apostolis in ecclesijs episcoporũ successio. 3
Testificationes eorũ,qui Apostolos uiderũt,de prædicatione ueritatis. 4
Ostensio quod & dominus & Apostoli in ueritate ediderint doctrinam,& non secundum audientium opinionem. 5
Ostensio,quod in scripturis nemo alius deus nominatur, nec dominus nuncupatur,nisi solus uerus deus pater omnium & uerbum eius. 6
Quid sit,quod à Paulo dicitur, in aliquibus deus mundi huius excæcauit mentes fidelium. 7
Quid est mammona. 8
Quam habuerũt de deo scientiã Apostoli,qui nobis Euangeliũ tradiderũt. 9
Quæ sunt quæ à magis domino nostro oblata sunt munera. 10
Ostensio quod necꝫ plura,nec minus cꝫ quatuor possunt esse Euangelia. 11
Quæ sit reliquorum Apostolorũ doctrina. 12
Aduersus eos,qui dicũt tantũ Paulũ ex Apostolis cognouisse ueritatẽ. 13
De sequutore Apostolorũ Luca,quæ sunt quæ in Euangelio per solũ Lucam cognouimus. 14
Aduersus eos qui frustrantur Paulum Apostolum. 15
Quæ sit Apostolorũ sententia de domino nostro Iesu Christo. 16
Ostensio,quod unus & idem ipse Iesus Christus uerbũ sit dei. 17
Aduersus eos qui dicũt illũ putatiue apparuisse. 18
De eo qui descendit in idipsum spiritus. 19
Quæ causa fuit,ut uerbum dei caro fieret. 20
Aduersus eos qui dicũt eum de Ioseph generatum. 21
Quid sit quare magnanimus deus fuerit in obedientia hominis. 22
Ostensio quoniã pro eo qui saluatur in homine factũ est, ut proꝫceretur in hũc mundũ de paradiso. 23
Ostensio quoniam uerbũ dei homo factus est. 24
Quid est quod dictũ est à Dauid,de fructu uentris ponã super sedem tuã. 25
Quemadmodum interpretatæ sunt scripturæ in Græcũ,& quando. 26
Ostensio,quoniam ecce uirgo in utero habebit, & non uulua, quemadmodum quidam scribunt. 27
Quid est illud apud Danielẽ,lapis sine manib.excisus impleuit omnẽ terrã. 28
Quare uirga Moysi proiecta coluber facta est. 29
Ostensio quod si Ioseph filius fuisset dominus,non rex esse potuisset. 30
Ostensio quoniam per quæ proiectus est homo de paradiso,per hæc iterum intrat in paradisum. 31
Aduersus eos qui dicũt nihil de Maria sumpsisse dominũ in generationẽ. 32
Quare Lucas à domino inchoans genealogiam in Adam retulit, & quot ab Adam usꝫ ad deũ sunt generationes. 33
Ostensio quoniam Adam prior saluatur à domino. 34
Quare de paradiso Adam proiecit deus. 35
De Cain qui fratrem suũ occidit. 36
Quare folia fici circuncinxit se Adam. 37
Quid est quod à propheta dictum est, Super aspidem & basiliscum ambulabis, & cætera. 38

Aduersus Tatiani doctrinam. 39
Aduersus eos qui ex quacunq; causa schismata faciunt. 40
Ostensio quod secundum prouidentiam patris regatur hic mundus. 41
Quoniã neq; iustitia sine bonitate cõstare possit, neq; bonitas sine iustitia. 42
Quoniam sapiens, idem iudex. 43
Ostensio quod uerbum dei iustum & bonum sit. 44
Quemadmodum religiosior Plato quàm hæretici ostendatur. 45
Quemadmodum secundum suam regulam, qui à Valentino sunt extra ueritatem ostenduntur. 46

ARGVMENTVM DES. ERASMI ROTERODAMI IN III. LIBRVM SANCTI IRENAEI.

VIdetur hoc uir sanctissimus Irenæus studio cauisse ne scholijs aut argumentis foret opus, adeo diligenter in titulis capitum rei summam collegit, & singulos libros præloquens recenset ordine, quæ dixerit libro superiore, proponens quæ proximo dicturus est. Si quis tamen de his copiosius auebit cognoscere, legat quinq; Tertulliani libros aduersus Marcionem, in quibus Irenæum imitatur. Sunt autem minutula quæ annotauimus, eaq; pauca cap. 38. recitat ex Genesi: Et ipse conteret caput tuum, ut ipse non referatur ad mulierem, sed ad semen mulieris qui est Christus. Cap. 21. dicit filium hominis commixtum uerbo dei, pio quidem sensu, sed uerbo quod nunc auersantur theologorum aures, quum à permiscendi miscendiq; uocabulis non abhorruerit Augustinus epist. tertia: tametsi quod Augustinus dixit durius est dicto Irenæi. Ait enim, quomodo deus homini permixtus sit, Irenæus dicit hominem deo commixtum. Solum autem uniendi uerbum nunc placet scholis, quum nulla uox sit magis impia, nisi benigne interpretemur. Hæc ob eos commemoro, qui miras concitant tragœdias ob uoculas quarum emphasim interdum non intelligunt. Eodem in loco sanctus Irenæus dicit Christum iuxta humanam naturam adoptatum, ut fieret filius dei, uerba eius sic habent, Et qui filius dei est, filius hominis factus est, commixtus uerbo dei, ut adoptionem percipiens fiat filius dei. Cap. 12. referens locum ex Actis Apostolicis 25. quum ponat idolothyta, sanguinem & fornicationem, suffocatorum non meminit, & nisi fallor, alicubi sic refert Ambrosius, reliqua minutiora sunt, quàm ut operæ pretium sit commemorare.

PRAEFATIO

PRAEFATIO IN TERTIVM LIBRVM D. IRENAEI de quatuor Hæresibus.

TV quidem dilectissime præceperas nobis ut eas quæ à Valentino sunt sententias absconditas, ut ipsi putant, in manifestum proderem, & ostenderē uarietatē ipsorum & sermonem destruentem eos inferrem: aggressi sumus autem nos arguentes eos à Simone patre omnium hæreticorum, & doctrinas & successiones manifestare, & omnibus eis contra dicere: propter quod cum sit unius operis traductio eorū & destructio in multis, misimus tibi libros ex quibus primus quidem omnium illorum sententias continet, & consuetudines, & characteres ostendit conuersationis eorum. In secundo uero destructa & euersa sunt, quæ ab ipsis male docentur, & nudata & ostensa sunt talia, qualia & sunt. In hoc autem tertio ex scripturis inferemus ostensiones, ut nihil tibi ex his quæ præceperas, desit ànobis, sed & præterquam opinabaris ad arguendum & euertendum eos, qui quolibet modo male docent, occasiones à nobis accipias. Quæ enim est in deo charitas, diues & sine inuidia existens, plura donat, quàm postulet quis ab ea. Memento igitur eorū, quæ diximus in prioribus duobus libris, & hæc illis adiungens, plenissimam habebis à nobis aduersus omnes hæreticos contradictionem & fiduciali-ter ac instantissime resistes eis, pro sola uera ac uiuifica fide, quam ab apostolis ecclesia percepit, & distribuit filijs suis. Et enim dominus omnium dedit apostolis suis potestatem Euangelij, per quos & ueritatem, hoc est, dei filij doctrinam cognouimus, quibus & dixit dominus, Qui uos audit, me audit, & qui uos contemnit, me contemnit, & eum qui me misit.

A QVIBVS ET QVEM ADMODVM EVANGELIVM ACCEPERIT ECCLESIA. CAPVT I.

NON enim per alios dispositionem salutis nostræ cognouimus, quàm per eos, per quos Euangeliū peruenit ad nos, quod quidem tunc præconiauerunt, postea uero per dei uoluntatem in scripturis nobis tradiderūt fundamentum & columnam fidei nostræ futurum. Nec enim fas est dicere, quoniam ante prædicauerunt, quàm perfectam haberent agnitionem, sicut quidam audent dicere, gloriantes emendatores se esse apostolorum. Postea enim quàm surrexit dominus noster

ſter à mortuis,& induti ſunt ſuperueniẽte ſpiritu ſãcto uirtutẽ ex alto, de omnibus adimpleti ſunt,& habuerũt perfectã agnitionem, exierũt in fines terræ,ea quæ à deo nobis bona ſunt euangelizãtes, & cœleſtẽ pacem hominibus annunciãtes.qui quidem & omnes pariter & ſingu
Euangeliſtæ li eorũ habentes euãgeliũ dei,Ita Matthæus in Hebræis ipſorũ lingua ſcripturam ædidit euãgelij,cum Petrus & Paulus Romæ euangeliza-rent & fundarent eccleſiã.Poſt uero horum exceſſum Marcus diſcipu lus,& interpres Petri,& ipſe quæ annũciata erant,præſcripta nobis tra didit.Poſtea & Ioannes diſcipulus domini,qui & ſupra pectus eius re cumbebat,& ipſe ædidit euãgeliumEpheſi Aſiæ cõmorans.Et omnes iſti unũ deum factorẽ cœli & terræ à lege & prophetis annunciatũ, & unum Chriſtũ filiũ dei tradiderunt nobis:quib.ſi quis nõ aſſentit,ſper nit qdẽ participes domini,ſpernit aũt & ipſum Chriſtũ dominũ,ſper-
αὐθαδέστα- nit uero & patrem,& eſt à ſemetipſo damnatus, reſiſtens & repugnãs
τος ſaluti ſuæ,quod faciunt omnes hæretici.

Quod neq; ſcripturis, neq; traditionibus obſequantur hæretici. Cap. II.

CVm enim ex ſcripturis arguũtur in accuſationẽ cõuertuntur ipſa rum ſcripturarũ,quaſi nõ recte habeant,neq; ſint ex autoritate,& quia uarie ſint dictæ, & quia non poſsit ex his inueniri ueritas ab his, qui neſciãt traditionẽ.Non enim per literas traditã illam, ſed per uiuã uocem,ob quam cauſam & Paulum dixiſſe:Sapientiam aũt loquimur inter perfectos,ſapientiã aũt non mundi huius. Et hanc ſapientiã unuſ quiſq; eorum eſſe dicit,quam à ſemetipſo adinuenit fictionẽ uidelicet, ut digne ſecundum eos ſit ueritas aliquando quidem in Valentino,ali quando autem in Marcione,aliquando in Cerintho,deinde in Baſili-de:fuit aũt in illo,qui contra diſputat, qui nihil ſalutare loqui potuit,u nuſquiſq; ipſorũ omni modo peruerſus, ſemetipſum regulã ueritatis
Autoritas pon tificum. deprauãs, prædicare nõ cõfunditur.Cum aũt ad eam iterũ traditionẽ, quæ eſt ab apoſtolis,quæ per ſucceſsiones presbyterorũ in eccleſiis cu ſtoditur,prouocamus eos,qui aduerſantur traditioni: dicẽt ſe nõ ſolũ presbyteris,ſed etiã apoſtolis exiſtẽtes ſapiẽtiores,ſyncerã inueniſſe ue ritatẽ:apoſtolos aũt admiſcuiſſe ea quæ ſunt legalia ſaluatoris uerbis, & nõ ſolum apoſtolos,ſed ipſum dominũ modo quidẽ à Demiurgo, modo aũt à medietate,interdum autẽ à ſummitate feciſſe ſermones: ſe uero indubitate,& incõtaminate & ſyncere abſconditũ ſcire myſteriũ. quod quidẽ impudẽtiſsime eſt blaſphemare ſuũ factorẽ. Euenit itaq; neq; ſcripturis iam neq; traditioni cõſentire eos. Aduerſus tales certa mẽ nobis eſt ô dilectiſsime,more ſerpentũ lubrici undiq; fingere conã tes.Quapropter undiq; reſiſtẽdum eſt illis,ſi quos ex his retuſione cõ fundentes ad conuerſionẽ ueritatis adducere poſſimus.Etenim ſi non

facile

facile est ab errore apprehensam resipiscere animā, sed nō omnimodo impossibile est errorem effugere appositā ueritate.

De apostolorum traditione, uel ab apostolis in ecclesiis episcoporum successione. Cap. III.

TRaditionē itaq; apostolorū in toto mūdo manifestatā in ecclesiā adest perspicere omnib. qui uera uelint audire, & habemus annumerare eos, q ab apostolis instituti sunt episcopi in ecclesiis, & successores eorū usq; ad nos, qui nihil tale docuerūt, neq; cognouerunt, quale ab his deliratur. Etenim si recōdita mysteria scissent apostoli, quæ seorsim & latenter ab reliquis perfectos docebant, his uel maxime traderēt ea, quibus etiā ipsas ecclesias cōmittebant. ualde em̄ perfectos & irreprehensibiles, in omnibus eos uolebant esse, quos & successores relinquebant suum ipsorum locum magisterij tradentes, quibus emendate agentibus fieret magna utilitas, lapsis aūt summa calamitas. Sed quoniam ualde longum est, in hoc tali uolumine omniū ecclesiarū enumerare successiones, maximæ & antiquissimæ, & omnibus cognitæ à gloriosissimis duobus apostolis Petro & Paulo Romæ fundatę & cōstitutę ecclesiæ, eam quam habet ab apostolis traditionē, & annuntiatā hominibus fidem, per successiones episcoporū peruenientem usq; ad nos, indicantes cōfundimus omnes eos, qui quoquo modo uel per sui placentiam malam, uel uanā gloriā, uel per cæcitatem & malam sententiā præterquam oportet colligunt. Ad hanc enim ecclesiam propter potentiorem principalitatē, necesse est omnē conuenire ecclesiā, hoc est, eos qui sunt undiq; fideles, in qua semper ab his qui sunt undiq;, cōseruata est ea quę est ab apostolis traditio. Fundantes igitur & instruētes beati apostoli ecclesiam, Lino episcopatū administrādæ ecclesiæ tradiderūt. Huius Lini Paulus in his quæ sunt ad Timotheum epistolis meminit. Succedit aūt ei Anacletus post eū tertio loco ab apostolis episcopatū sortitur Clemens, qui & uidit ipsos apostolos, & contulit cū eis, cum adhuc insonantē prædicationē apostolorū & traditionē ante oculos haberet. Non solus enim, adhuc multi supererant tunc ab apostolis docti. Sub hoc igitur Clemēte dissensiōe nō modica inter eos qui Corinthi essent, fratres facta, scripsit quæ est Romæ ecclesia potētissimas literas Corinthijs, ad pacē eos cōgregans, & reparans fidē eorū, & annuntians quam in recenti ab apostolis receperant traditionē, annunciantē unum deū omnipotentē, factorem cæli & terræ, plasmatorē hominis, q̄ induxerit cataclysmū, & aduocauerit Abrahā, qui eduxerit populū de terra Ægypti, qui colloquutus sit Moysi, qui legē disposuerit, & prophetas miserit, qui ignē præparauerit diabolo & angelis eius. Hūc patrem domini nostri Iesu Christi ab ecclesiis annūciari, ex ipsa scriptura qui uelint, discere possunt, & apostolicā ecclesię traditionē intelligere,

Romana ecclesia

Linus

cum sit uetustior epistola his, qui nũc falso docẽt, & alterũ deum super Demiurgum, & factorẽ horum omniũ quæ sunt cõmentiuntur. Huic aũt Clementi succedit Euaristus, & Euaristo Alexander, ac deinceps sextus ab apostolis cõstitutus est Sixtus, & ab hoc Telesphorus, qui etiã gloriosissime martyriũ fecit, ac deinceps Hyginus, post Pius, post quẽ Anicetus. Cum aũt successisset Aniceto Soter, nunc duodecimo loco episcopatũ ab apostolis habet Eleutherius. Hac ordinatione & successione, ea quę est ab apostolis in ecclesia traditio, & ueritatis præconiatio peruenit usq; ad nos. Et est plenissima hæc ostẽsio, unã & eandẽ uiuificatricẽ fidẽ esse, quę in ecclesia ab apostolis usq; nũc sit cõseruata, & tradita in ueritate. Et Polycarpus aũt nõ solũ ab apostolis edoctus, & cõuersatus cũ multis ex eis, q dominũ nostrũ uiderũt, sed etiã ab apost. in Asia, in ea quæ est Smyrnis ecclesia cõstitutus episcopus, quẽ & nos uidimus in prima nostra ætate, multũ enim perseuerauerat, & ualde senex glorioſissime & nobilissime martyriũ faciens exiuit de hac uita. Hic docuit semper, quę ab apostolis didicerat, quę & ecclesię tradidit, & sola sunt uera. Et testimoniũ his phibẽt quę sunt in Asia ecclesię oẽs, & qui usq; adhuc successerũt Polycarpo, qui uir multo maioris autoritatis testis, & fidelioris ueritatis est testis, cq; Valẽtinus & Marcion, & reliqui qui sunt peruersæ sentẽtię. Is enim est qui sub Aniceto cũ aduenisset in urbem, multos ex his quos prædiximus, hęreticos cõuertit in ecclesiã dei, unam & solam hanc ueritatẽ annũcians ab apostolis percepisse se, quam & ecclesię tradidit. Et sunt qui audierũt eum dicentẽ, quoniam Ioannes domini discipulus in Epheso iens lauari, cum uidisset intus Cerinthum, exilierit de balneo nõ lotus, dicẽs, quod timeat, ne balneum cõcidat cum intus esset Cerinthus inimicus ueritatis. Et ipse aũt Polycarpus, Marcioni aliqñ occurrẽti sibi & dicenti, Cognosce nos, respõdit, Cognosco te primogenitũ satanę. Tantũ apostoli, & horũ discipuli habuerũt timorẽ, ut neq; uerbotenus cõmunicarẽt alicui eorũ, qui adulterauerant ueritatem, quemadmodũ & Paulus ait: Hæreticũ autem hominem post unam correptionem deuita, sciẽs quoniam peruersus est qui est talis, & à semetipso damnatus. Est autem & epistola Polycarpi ad Philippẽses scripta perfectissima, ex qua & characterẽ fidei eius, & prædicationem ueritatis, qui uolunt & curam habent suæ salutis, possunt discere. Sed & quæ est Ephesi ecclesia à Paulo quidẽ fundata, Ioanne autem permanẽte apud eos usq; ad Traiani tempora, testis est uerus apostolorum traditionis.

Euaristus

Polycarpus

Testificatio eorum, qui apostolos uiderunt, de prædicatione ueritatis. Cap. IIII.

TAntæ igitur ostẽsiones cũ sint hæc nõ oportet adhuc quærere apud alios ueritatẽ, quam facile est ab ecclesia sumere, cum apostoli quasi in depositoriũ diues, plenissime in ea cõtulerint omnia, quæ sint

uerita-

ueritatis,uti omnis quicũq; uelit,ſumat ex ea potum uitæ.Hæc eſt em̃ uitæ introitus,omnes aũt reliqui fures ſunt & latrones, propter quod oportet deuitare quidem illos,quæ aũt ſunt eccleſiæ, cũ magna diligẽtia diligere & apprehendere ueritatis traditionẽ. Quid em̃ & ſi qui de aliqua modica quæſtiõe diſceptatio eſſet,nónne oporteret in antiquiſſimas recurrere eccleſias,in quibus apoſtoli cõuerſati ſunt,& ab eis de præſenti quæſtione ſumere quod certũ & re liquidũ eſt. Quid autẽ ſi neq; apoſtoli quidẽ ſcripturas reliquiſſent nobis,nõne oportebat ordinem ſequi traditionis.quam tradiderunt ijs, quibus cõmittebant eccleſias,cui ordinationi aſſentiunt multę gentes Barbarorũ,eorũ qui in Chriſtũ credunt, ſine charactere uel atramẽto ſcriptã habentes per ſpiritum in cordibus ſuis ſalutẽ,& ueterem traditionẽ diligenter cuſtodientes,in unũ deum credẽtes fabricatorẽ cœli & terrę, & omniũ quę in eis ſunt,per Chriſtũ Ieſum dei filiũ. Qui propter eminẽtiſsimã erga figmentũ ſuũ dilectionẽ,eam quæ eſſet ex uirgine,generationẽ ſuſtinuit,ipſe per ſe hominẽ adunans deo, & paſſus ſub Põtio Pilato,& reſurgens,& in claritate receptus in gloria,uẽturus ſaluator eorũ qui ſaluantur,& iudex eorũ qui iudicantur, & mittens in ignẽ ęternũ transfiguratores ueritatis,& contẽptores patris ſui, & aduẽtus eius. Hãc fidẽ qui ſine literis crediderũt,quantũ ad ſermonẽ noſtrum barbari ſunt,Quãtum aũt ad ſentẽtiam,& conſuetudinẽ &cõuerſationẽ,propter fidem, perq; ſapientiſſimi ſunt,& placent deo,cõuerſantes in omni iuſtitia & caſtitate & ſapientia.Quibus ſi aliquis annunciauerit ea, quæ ab hæreticis adinuẽta ſunt,proprio ſermõne eorũ colloquens, ſtatim cõcludẽtes aures,longo longius fugient, ne audire quidẽ ſuſtinentes blaſphemum colloquium.Sic per illam ueterẽ apoſtolorũ traditionẽ, ne in cõceptionem quidem mentis admittunt,quodcunq; eorum portentiloquium eſt:neq; enim congregatio fuit apud eos,neq; doctrina inſtituta.Ante Valentinum enim nõ fuerunt qui ſunt à Valentino,neq; ante Marcionem erant,qui ſunt à Marcione, neq; omnino erant aliqui ſenſus maligni,quos ſupra enumerauimus,anteq; initiatores & inuentores peruerſitatis eorũ fierent. Valentinus enim uenit Romam ſub Hygino,increuit uero ſub Pio,& prorogauit tẽpus uſq; ad Anicetũ.Cerdon autem qui ante Marcionem,& hic ſub Hygino, qui fuit octauus epiſcopus,ſæpe in eccleſiã ueniẽs,& exomologeſin faciẽs ſic conſumauit,modo quidẽ latẽter docens,modo uero exomologeſin faciens,modo uero ab aliquibus traductus,in his quæ docebat male,&abſtentus eſt à religioſorũ hominũ cõuentu. Marcion aũt illi ſuccedens inualuit ſub Aniceto,decimũ locum epiſcopatus cõtinẽte.Reliqui uero qui uocantur gnoſtici à Menandro Simonis diſcipulo, quẽadmodũ oſtendimus,accipiẽtes initia unuſquiſq; eorũ,cuius participatus eſt ſententię,

eius

eius & pater,& antistes apparuit. Omnes autē hi multo posterius mediantibus iam ecclesiæ temporib.insurrexerūt in suam Apostasiam.

Ostensio quod & dominus & apostoli in ueritate ediderint doctrinam, & non secundum audientium opinionem. Cap. V.

TRaditione igitur quæ est ab Apostolis,sic se habēte in ecclesia, & permanente apud nos,reuertamur ad eam quę est ex scripturis ostensionem,eorū qui & Euangelium conscripserūt apostolorū,ex quibus cōscripserunt de deo sententiā,ostendentes quoniā dominus noster Iesus Christus ueritas est,& mendaciū in eo nō est,quēadmodum & Dauid eam quæ est ex uirgine generationē eius, & eam quæ est ex mortuis resurrectionem prophetās ait, Veritas de terra orta est. Et apostoli autem discipuli ueritatis existētes, extra omne mendacium sunt: non enim communicat mendacium ueritati,sicut non cōmunicant tenebræ luci,sed prę sentia alterius excludit alterum. Veritas ergo dominus noster existens,non mētiebatur, & quē sciebat labis esse fructum, non utiq; deum confiteretur,& deum omniū,& summū regem,& patrem suū,perfectus imperfectum,spiritalis animalē, is qui in pleromate esset,eum qui extra pleroma:neq; discipuli eius alium quēdam deū nominarent,aut dominū uocarent,præter eum qui uere deus & dominus omniū:quemadmodum dicūt hi qui sunt uanissimi sophistę, quoniam apostoli cum hypocrisi fecerunt doctrinam, secundū audiētium capacitatem,& responsiones secundum interrogantiū suspiciones, cæcis cæca confabulantes,secundum cæcitatem ipsorum,languētibus autem secundū languores ipsorū,& errantibus secundū errorē eorum,& putantibus Demiurgū solum esse deum,hūc annūtiasse. His uero qui innominabilem patrē capiūt per parabolas & ænigmata inenarrabile fecisse mysteriū,uti non quēadmodum habet ipsa ueritas,sed & in hypocrisi,& quēadmodū capiebat unusquisq; dominū & apostolos ædidisse magisteriū. Hoc autem non est sanantium nec uiuificantium, sed magis grauantium,& augentiū ignorantiam ipsorum:& multo uerior hic lex inuenitur,maledictū dicens omnem qui in errorem mittat cæcum in uia. Qui enim ad inuentionē missi erant errantium apostoli, & ad uisionem eorum qui non uidebāt,& ad medicinā languentiū,utiq; non secundum præsentem opinionem colloquebantur eis, sed secundum ueritatis manifestationem. Nec enim quilibet homines recte facient, si cæcos iamiamq; per præcipitiū ferri incipiētes adhortētur insistere illi periculosissimæ uiæ,quasi uere rectæ, & quasi bene peruēturi sint. Quis aūt medicus uolens curare ægrotum, faciet secundū cōcupiscentias ægrotātis,& nō secundū quod aptū est medicinę? Quoniā autem dominus medicus uenit eorū,qui se male habēt,ipse testificatur dicens nō est opus sanis medicus,sed male habentibus, Nō ueni uocare

iustos

iustos,sed peccatores ad pœnitentiã. Quomodo ergo qui male habẽt confirmabuntur? & quõ peccatores pœnitentiam agent, utrum perse uerantes in eisdem ipsis? An è contrario magnam cõmutationẽ & trãs gressionem prioris conuersationis accipientes, per quam & ægritudi nem non modicam,& multa peccata sibimetipsis importauerũt? Igno rantia autem mater horum omnium per agnitionem uacuatur,agnitio nem uero faciebat dominus suis discipulis,per quã & curabat laboran tes,& peccatores à peccato cohercebat. Non igitur iam secundũ pristi nam opinionẽ loquebatur eis,neq; secundũ suspicionem interroganti um respõdebat eis,sed secũdũ doctrinã salutarem,& sine hypocrisi, & sine acceptatione. Quod etiam ex domini sermonibus ostenditur,qui quidẽ his qui erant ex circũcisione ostendebat filiũ dei eum,qui per ꝓ phetas prędictus fuerat Christũ,hoc est,semetipsum manifestabat,qui libertatem hominib. restaurauerit, & attribuerit incorruptelæ hęredi tatem. Gẽtes aũt iterum docebant apostoli,ut relinquerent uana ligna & lapides,quæ suspicabantur esse deos,& uerũ colerent deum,qui cõ stituisset & fecisset omne humanum genus & per conditionẽ suam ale ret & augeret,& constabiliter eis esse præstaret,& ut expectarent filiũ eius Iesum Christũ,q̃ redemit nos de Apostasia sanguine suo, ad hoc, ut essemus & nos populus sanctificatus, de cœlis descensurus in uirtu te patris,qui & iudicium omnium facturus est,& ea quæ à deo sunt bo na donaturus his,qui seruauerint præcepta eius. Hic in nouissimis tẽ porib. apparẽs lapis summus angularis,in unum collegit & uniuit eos qui longe,& eos qui prope,hoc est,circuncisionem & præputium,di latans laphet,constituens eum in domo Sem.

Ostensio quod in scripturis nemo alius deus nominatur, nec dominus nuncupatur, nisi solus uerus deus pater omnium & uerbum eius. Cap. VI.

NEq; igitur dominus,neq; spiritus sanctus, neq; apostoli eũ q̃ nõ esset deus definitiue & absolute deũ nominassent aliquando,nisi esset uerus deus, neq; dominũ appellassent aliquẽ ex sua persona, nisi qui dominatur omniũ deum patrẽ & filium eius,qui dominiũ accepit à patre suo omnis cõditionis,quẽadmodũ habet illud: Dixit dominus domino meo,sede à dextris meis, Quoadusq; ponã inimicos tuos sca bellum pedũ tuorũ. Patrem enim filio collocutũ ostẽdit,qui & dedit ei hæreditatem gentiũ,& subiecit ei omnes inimicos. Vere igitur cũ pa ter sit dominus,& filius uere sit dominus,merito spiritus sãctus domi ni appellatiõe signauit eos. Et iterũ in euersione Sodomitarũ scriptura ait: Et pluit dominus super Sodomã & Gomorram ignẽ & sulphur à domino de cœlo. Filium enim hic significat,qui & Abrahæ conloquu tus sit,& à patre accepisse potestatem ad iudicãdum Sodomitas ꝓpter iniquitatem eorum. Similiter habet illud: Sedes tua deus in æternum,

uirga

uirga directionis,uirga regni tui,Dilexisti iustitiã,&odisti iniquitatẽ, propterea unxit te deus, deus tuus. Vtroſq; enim dei appellatione ſignificauit ſpiritus,& eum qui ungitur filiũ,& eum qui ungit,id eſt patrem. Et iterum:Deus ſtetit in ſynagoga deorũ, in medio autẽ deus diſcernit:de patre & filio,& de his qui adoptionẽ perceperũt dicit. Hi autem ſunt eccleſia:hæc enim eſt ſynagoga dei,quam deus, hoc eſt, filius ipſe per ſemetipſum collegit. De quo iterũ dicit,Deus deorum dominus loquutus eſt,& uocauit terrã. Quis deus? de quo dixit:Deus manifeſte ueniet,deus noſter,& nõ ſilebit:hoc eſt filius,qui ſecũdũ manifeſtationẽ hominibus aduenit,qui dicit palàm:Apparui his qui me nõ quærunt. Quorũ autẽ deorũ? quibus dicit:Ego dixi,dñ eſtis, & filñ altiſſimi omnes. Hi ſcilicet qui adoptionis gratiã adepti ſunt,per quã clamamus Abba pater. Nemo igitur alius,quẽadmodũ prædixi, deus nominatur,aut dominus appellatur,niſi qui eſt omniũ deus &dominus, qui & Moyſi dixit:Ego ſum, qui ſum, & ſic dices filñs Iſrael, Qui eſt, miſit me ad uos:& huius filius Ieſus Chriſtus dñs noſter, qui filios dei facit credẽtes in nomẽ ſuũ,Deſcẽdit,inquit,eripere populum hũc:Ipſe eſt enim qui deſcẽdit & aſcendit propter ſalutẽ hominũ. Per filiũ itaq; qui eſt in patre,& habet in ſe patrẽ,his quib. eſt manifeſtatus, patre teſtimoniũ præbente filio,& filio annunciante patrẽ. Quẽadmodum & Eſaias ait:Et ego,inquit,teſtis,dicit dominus deus, & puer quẽ elegit, uti cognoſcatis,& credatis,& intelligatis quoniã ego ſum. Cum autẽ eos,qui nõ ſunt dñ nominat,non in totũ,quemadmodũ prædixi, ſcriptura oſtendit illos deos,ſed cũ aliquo additamento & ſignificatione, per quã oſtenduntur nõ eſſe dñ. Quẽadmodum apud Dauid, dñ gentiũ idola dæmoniorũ: & deos alienos nõ ſectabimini. Ex hoc em̃ qd̃ dicit dñ gentiũ,gentes aũt uerbũ domini neſciunt,& alienos deos nominãs eos,abſtulit quod ſint dñ. A ſua autẽ perſona quod eſt, dicit de ipſis,ſunt em̃ idola,inquit,dæmoniorũ. Et Eſaias,Cõfundantur omẽs qui blaſphemant deũ,& ſculpunt inutilia,&ego teſtis,dicit dominus. abſtulit qd̃ ſint dñ, ſolo aũt utitur nomine, ad hoc ut ſciamus de quo dicit. Hoc aũt ipſum &Hieremias:Dñ,inquit,qui nõ fecerunt cœlũ & terrã pereant de terra,quæ eſt ſub cœlo. Ex eo em̃ quod perditionẽ eorum adiecit,oſtendit nõ eſſe deos eos. Et Helias aũt conuocato uniuerſo Iſrael in Carmelum montẽ,uolẽs eos ab idololatria auertere, ait eis. Quouſq; claudicabitis uos in ambob. ſuffraginibus? ſi unus eſt dominus deus,uenite poſt eum. Et iterũ ſuper holocauſtũ ſic ait idolorũ ſacerdotibus. Vos inuocabitis in nomine deorũ ueſtrorũ,& ego inuocabo in nomine domini dei mei,& deus qui exaudiet hodie, ipſe eſt deus. In eo em̃ quod hæc dicebat propheta,qui quidem apud ipſos putabantur dñ,arguit deos nõ eſſe. Conuertit aũt eos ad eum deum,qui &

crede-

credebatur ab eo, & qui uere erat deus, quẽ & inuocãs clamabat: Domine deus Abrahã, deus Isaac, deus Iacob exaudi me hodie. Et intelligat omnis populus hic, quoniã tu es deus Israel. Et ego igitur inuoco te domine deus Abraham, & deus Isaac, & deus Iacob qui est & Israel, pater domini nostri Iesu Christi, deus qui per multitudinem misericordiæ tuæ & bene sensisti in nobis, ut te cognoscamus, qui fecisti cœlum & terram & dominaris omniũ, qui es solus & uerus deus, super quem alius deus nõ est, præter dominũ nostrum Iesum Christum, dominatione quoq; dominaris spiritus sancti, da omni legenti hanc scripturã cognoscere te, quia solus deus es, & confirmari in te, & absistere ab omni hæretica, & quæ est sine deo & impia sentẽtia. Et apostolus autem Paulus dicens, Si enim his qui non erant dij seruistis, nunc cognoscentes deũ, imò cogniti à deo: separauit eos qui non erant, ab eo qui est deus. Et iterum de antichristo dicens, Qui aduersatur & extollit se, inquit, super omne quod dicitur deus, uel quod colitur: eos qui ab ignorantib. deum dij dicuntur, significat, id est idola. Et enim pater omnium deus dicitur & est, & nõ super hũc extolletur antichristus, sed super eos qui dicuntur quidem, nõ sunt autem dij. Quoniam autem hoc uerum est, ipse Paulus ait, Scimus autem quoniam nihil est idolum, & quoniam nemo deus nisi unus. Etenim si sunt qui dicũtur dij, siue in cœlo siue in terra, nobis unus deus pater, ex quo oẽia, & nos in illo, & unus dominus Iesus Christus, per quem omnia & nos per ipsum. Dixit enim & separauit eos qui dicuntur quidem, nõ sunt autem dij, ab uno deo patre, ex quo omnia, & unum dominũ Iesum Christũ, ex sua persona firmissime confessus est. Quod autẽ siue in cœlo siue in terra, nõ quẽadmodũ exponunt hi, dicere eũ mũdi fabricatorẽ, sed simile est ei quod à Moyse dictum est: Non facies tibi omnem similitudinẽ in deum, quæcunq; in cœlo sursum, & quæcunq; in terra deorsum, & quæcunq; in aquis, uel sub terra. Quæ aũt in cœlo sunt, quæ sint ipse exponit. Ne quãdo, inquit, respiciẽs in cœlum, & uidens solem & lunam & stellas, & oẽme ornamẽtum cæli, errans adores ea, & seruias eis. Et ipse aũt Moyses homo dei existens, Deus, inquit, datus est ante Pharaonem: non autẽ uere dominus appellatur, nec deus uocatur à prophetis, sed fidelis Moyses famulus & seruus dei dicitur à spiritu, quod & erat.

Quid sit, quod à Paulo dicitur, in quibus deus mundi huius excæcauit mentes infidelium. Cap. VII.

QVod aũt dicunt aperte Paulũ in secunda ad Corinthios dixisse: in quibus deus seculi huius excæcauit mentes infideliũ: & alterũ qui dem deum esse seculi huius dicunt, alterũ uero qui sit super omnẽ principatum, & initium & potestatẽ, nõ sumus in causa, si hi qui quæ super deum sunt mysteria scire se dicunt, ne quidem legere Paulum sciunt. Si

n enim

enim qui ſecundum Pauli conſuetudinẽ, quemadmodũ ex multis & alibi oſtendimus hyperbatis eum utentẽ, ſic legerit, in quibus deus, de inde ſubdiſtinguens & modicũ diaſtematis faciẽs ſimul & in unum reliqua legerit, ſeculi huius excęcauit mẽtes infideliũ, inueniet uerum, ut ſit quod dicitur, Deus excæcauit mentes infideliũ huius ſeculi. Et hoc per ſubdiſtinctionẽ oſtẽditur. Nõ enim deũ huius ſeculi dicit Paulus, quaſi ſuper illum alterũ aliquem ſciẽs, ſed deum quidẽ deum cõfeſſus eſt: Infideles aũt ſeculi huius dicit, quoniã uẽturum incorruptibile nõ hæreditabunt ſeculum. Quemadmodum aũt deus excæcat mẽtes infidelium, ex ipſo Paulo oſtendimus, proficiente nobis ſermone, & non nunc in multum mutemus mentem noſtram à propoſito. Quoniã aũt hyperbatis frequenter utitur Apoſtolus, propter uelocitatẽ ſermonũ ſuorum, & propter impetum qui in ipſo eſt ſpiritus, ex multis quidem alijs eſt inuenire. Sed & in ea quæ eſt ad Galatas, ſic ait: Quid ergo? Lex factorũ poſita eſt uſqꝫ quo ueniat ſemen, cui promiſſum eſt, diſpoſitũ per angelos in manu mediatoris. Ordinatio eſt ſic eſt. Quid ergo lex factorũ? diſpoſita per angelos in manu mediatoris poſita eſt, uſqꝫ dũ ueniat ſemẽ, cui repromiſſum eſt: ut ſit homo interrogãs & ſpiritus reſpondens. Et iterũ in ſecunda ad Theſſalonicenſes, de antichriſto dicens, ait, Et tũc reuelabitur ille iniquus, quem dominus Ieſus Chriſtus interficiet ſpiritu oris ſui, & deſtruet præſentia aduẽtus ſui, illum cuius eſt aduentus ſecũdum operationẽ ſatanæ, in omni uirtute & ſignis & portentis mendacij. Etenim in his ordinatio dictorũ ſic eſt, Et tũc reuelabitur iniquus, cuius eſt aduentus ſecundũ operationẽ ſatanæ, in omni uirtute & ſignis & portẽtis mẽdacij, quem dominus Ieſus interficiet ſpiritu oris ſui, & deſtruet præſentia aduentus ſui. Non enim aduentũ domini dicit, ſecundum operationem ſatanæ fieri, ſed aduẽtum iniqui quem & antichriſtum dicimus. Si ergo non attendat aliquis lectioni, & per interualla aſpirationis manifeſtet quod dicitur, erunt nõ tãtum incongruentia, ſed & blaſphema legens, quaſi domini aduentus ſecũdum operationẽ fiat ſatanę. Sicut ergo in talibus oportet per lectionẽ hyperbaton oſtendi, & conſequentem Apoſtoli ſeruare ſenſum: ſic & ibi non deum ſeculi huius legimus, ſed deum quem uere deũ dicimus. Incredulos autem & excæcatos ſeculi huius, audiemus, quoniam uenturum uitæ non hæreditabunt ſeculum.

Hyperbatum

Quid eſt mammona. Cap. VIII.

SOluta igitur & hac illorum calumnia, manifeſte oſtẽſum eſt, quoniam nũquam prophetæ, neqꝫ apoſtoli alium deũ nominauerũt, uel dominũ appellauerũt præter uerum & ſolũ deum. Multo magis ipſe dominus, qui & Cęſari quidẽ quę Cęſaris ſunt reddi iubet, & quæ dei ſunt deo. Cæſarem quidẽ Cęſarẽ nominãs, deum uero deum cõfitens.

Simi-

Similiter & illud quod ait: Non poteſtis duobus dominis ſeruire, ipſe interpretatur, dicens: Non poteſtis deo ſeruire & mammonæ, deū qui dem confitens deum, mammonam autem nominans, hoc quod & eſt: non Mammonam dominum uocat dicēs: Non poteſtis duobus domi nis ſeruire, ſed diſcipulos docet ſeruientes deo nō ſubiici Mammonæ, neq; dominari ab eo. Qui, inquit, facit peccatū, ſeruus eſt peccati. Quē admodum igitur ſeruientes peccato, ſeruos peccati uocat, nō tamen ip ſum peccatum dominum appellat: ſic & eos qui mām onæ ſeruiunt, ſer uos mām onæ appellat, nō dominū appellans Mammonam. Mammo nas autem eſt ſecundū ludaicam loquelam, qua & Samaritæ utūtur, cu pidus & plus quàm oportet habere uolens. Secundum autem Hebrai cam adiunctiue dicitur Mam, uel ſignificat guloſum, id eſt, qui nō poſ ſit à gula ſe continere. Secundū hæc igitur quæ ſignificantur, nō poſſu mus deo ſeruire & Mammonæ. Sed & diabolum cum dixiſſet fortem, nō in totū, ſed uelut in cōparatione noſtra, ſemetipſum in omnia & ue re fortē oſtēdit dominus dicēs, nō aliter aliquē poſſe diripere uaſa for tis, ſi non prius ipſum alliget fortem, & tunc domum eius diripiet. Va ſa autē eius & domus nos eramus, cum eſſemus in Apoſtaſia: utebatur enim nobis quemadmodū uolebat, & ſpiritus immūdus habitabat in nobis. Nō em̄ aduerſus eum, qui ſe alligabat & domū eius diripiebat fortis erat, ſed aduerſus eos, qui in uſu eius erāt homines, quoniā abſce dere fecerat ſententiā eorū à deo, quos eripuit dominus, Quēadmodū & Hieremias ait: Redemit dominus Iacob, eripuit eū de manu Pharao nis eius. Si igitur non ſignificaſſet eum, qui alligat, & diripit eius uaſa, hoc autem ſolum eum fortem dixiſſet, eſſet fortis inuictus. Sed obiecit obtinētem, tenet enim qui alligat, tenetur aūt qui alligatur, & hoc ſine comparatiōe fecit, ut non cōparetur domino ſeruus Apoſtata exiſtēs: non enim tantum hic, ſed nec quidem ex his quæ conſtituta, & in ſub iectione ſunt cōparabitur uerbo dei, per quem facta ſunt om̄ia, qui eſt dominus noſter Ieſus Chriſtus. Quoniā enim ſiue angeli, ſiue archan geli, ſiue throni, ſiue dominationes ab eo qui ſuper omnes eſt deus, & conſtituta ſunt, & facta per uerbum eius, Ioānes quidē ſic ſignificauit. cum enim dixiſſet de uerbo dei, quoniā erat in patre, adiecit, Om̄ia per eum facta ſunt, & ſine eo factum eſt nihil. Dauid quoq; cū laudationes enumeraſſet, nominatim uniuerſa quæcunq; diximus, & cœlos & oēs uirtutes eorū adiecit, Quoniā ipſe præcepit & creata ſunt, ipſe dixit & facta ſunt. Cui ergo præcepit? uerbo ſcilicet: per q̄d, inquit, cœli firma ti ſunt, & ſpiritu oris eius omnis uirtus eorum. Quoniam aūt ipſe om nia fecit libere, & quēadmodū uoluit, ait iterū Dauid, Deus autem no ſter in cœlis ſurſum & terra omnia quæcunq; uoluit fecit. Altera autē ſunt, quæ cōſtituta ſunt ab eo qui cōſtituit, & quæ facta ſunt ab eo qui

Mammona

fecit.ipſe em̄ infectus, & ſine initio & ſine fine, & nullius indigẽs, ipſe ſibi ſufficiens,& adhuc reliquis omnibus, ut ſint hoc ipſum præſtans. Quę uero ab eo ſunt facta initium ſumpſerunt. Quęcunq; aũt initium ſumpſerunt percipere,& ſubiecta ſunt & indigent eius qui ſe fecit,neceſſe eſt omnino uti differens uocabulum habeãt apud eos, etiam qui uel modicum ſenſum in diſcernendo talia habeant. Ita ut is quidẽ qui omnia fecerit cum uerbo ſuo,iuſte dicatur deus,& dominus ſolus,quę autem facta ſunt,non iam eiuſdem uocabuli percipibilia eſſe, neq; iuſte id uocabulum ſumere debere,quod eſt creatoris.

Quam habuerunt de deo ſententiam, qui Euangelium nobis tradiderunt Apoſtoli. Cap. IX.

OStenſio igitur hic plane, & adhuc oſtẽdatur manifeſtius neminẽ alterum dominũ uel deum,neq; prophetas neq; apoſtolos, neq; dominũ Chriſtum confeſſum eſſe ex ſua perſona, ſed præcipue deum & dominum,prophetis quidem & apoſtolis patrem & filium cõfitentibus,alterũ aũt neminẽ neq; deũ nominãtibus,neq; dominũ cõfitentibus. Et ipſo domino patrem tantum deum & dominum eum, qui ſolus eſt deus & dominator omnium,tradẽte diſcipulis, ſequi nos oportet,ſiquidẽ illorũ ſumus diſcipuli,teſtimonia illorũ ita ſe habẽtia. Matthæus enim apoſtolus unum & eũdem ſciens deum, qui promiſsionẽ fecerit Abrahæ,facturũ ſe ſemen eius quaſi ſtellas cœli, qui per filiũ ſuum Chriſtũ Ieſum à lapidum cultura in ſuam nos agnitionẽ uocauerit, uti fieret populus,qui non populus,& non dilecta, dilecta,ait Ioannẽ præparantem Chriſto uiam, his qui in carnali quidẽ cognatiõe gloriabantur,uariũ aũt & omni malitia cõpletum ſenſum habebãt,eam pœnitentiã quæ à malitia reuocaret,annunciantẽ dixiſſe:Progenies uiperarum,quis uobis mõſtrauit fugere ab ira uentura? facite ergo fructũ dignum pœnitentiæ,& nolite dicere in uobis ipſis,patrẽ habemus Abraham. Dico enim uobis,quoniã potens eſt deus ex lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ. Pœnitentiã igitur eis eam quę eſſet à malitia,prę conabat,ſed non alterũ deum annũtiabat, præter eum qui feciſſet promiſsionem Abrahæ,ille præcurſor Chriſti,de quo iterum ait Matthæus,ſimiliter autẽ & Lucas:Hic eſt qui dictus eſt à domino,per prophetam: Vox clamantis in diſerto,parate uiam domino,rectas facite ſemitas dei noſtri. Omnis uallis implebitur,& omnis mons & collis humiliabitur,& erunt tortuoſa in directa,& aſpera in uias plana, & uidebit omnis caro ſalutare dei noſtri. Vnus igitur & idẽ deus eſt,pater domini noſtri,qui & præcurſorẽ per prophetas miſſurũ ſe promiſit,& ſalutare ſuum,id eſt,uerbũ ſuum uiſibile effecit omni fieri carni, incarnatũ & ipſum,ut in omnibus manifeſtus fieret rex eorũ. Etenim ea quę iudicantur oportebat uidere iudicẽ,& ſcire hunc à quo iudicãtur,& ea quę

gloriam

gloriam consequuntur, oportebat scire eum, qui munus gloriæ eis donat. Iterum autē de angelo dicens Matthæus ait: Angelus domini apparuit Ioseph in somnis. Cuius dñi? Ipse interpretatur, uti adimpleatur quod dictum est à domino per prophetam, Ex Ægypto uocaui filiū meum. Ecce uirgo in utero accipiet & pariet filium, & uocabūt nomē eius Emanuel, quod est interpretatum, nobiscum deus. De hoc qui est ex uirgine Emanuel, dixit Dauid. Non auertas faciem Christi tui. Iurauit dominus Dauid ueritatem & non dispernet eum, de fructu uētris tui, ponam super sedem tuam. Et iterum, Notus in Iudæa deus, & factus est in pace locus eius, & habitaculum eius in Sion. Vnus igitur & idem deus, qui à prophetis prædicatus est, & ab angelo annunciatus, & huius filius, qui ex fructu uentris Dauid, id est, ex Dauid uirgine, & Emanuel, cuius & stellam Balaam quidē sic prophetauit, Orietur stella ex Iacob, & surget dux in Israel.

Quæ sunt quæ à magis domino nostro oblata sunt munera. Cap. X.

MAtthæus autē Magos ab oriente uenientes ait dixisse, Vidimus enim stellam eius in oriente, & uenimus adorare eū: deductosq; à stella in domum Iacob ad Emanuel, per ea quæ obtulerūt munera ostendisse, quid erat qui adorabatur, Myrrha quidē, quod ipse erat, qui pro mortali humano genere moreretur & sepeliretur. Aurū uero, quoniam rex, cuius regni finis non est. Thus uero, quoniā deus qui & notus in Iudæa factus est, & manifestus eis, qui non quærebant eum. Adhuc ait in baptismate Matthæus, Aperti sunt ei cœli, & uidit spiritū dei, quasi columbam ueniētem super eum. Et ecce uox de cœlo, dicēs, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene cōplacui. Nō enim Christus tūc descēdit in Iesum, neq; alius quidem Christus, alius uero Iesus, sed uerbum dei, qui est saluator & omniū dominator cœli & terræ, qui est Iesus, quemadmodum ante ostendimus: qui & assumpsit carnē & unctus est à patre spiritu, Iesus Christus factus est, sicut Esaias ait. Exiet uirga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, & requiescet super eū spiritus dñi, spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus cōsilij & uirtutis, spiritus scientiæ & pietatis, & implebit eū spiritus timoris dei. Nō secūdū gloriā iudicabit, neq; secūdū loquelā arguet, sed iudicabit humili iudicio, & arguet glorioſos terræ. Et iterū ipse Esaias unctionē eius, & ꝓpter qd unctus est prēsignificās, ait, Spiritus dei super me, quapropter unxit me, euāgelizare humilibus misit me, curare cōminutos corde, præconare captiuis remissionē, & cæcis uisionē, uocare annū domini acceptabilē, & diē retributionis, cōsolari omnes lugentes. Nā secundū id quod uerbū dei homo erat ex radice Iesse & filius Abrahæ, secūdū hoc requiescebat spiritus dei super eū, & ungebatur ad euangelizādum humilibus. Secundū aūt quod deus erat, nō secundū gloriā iudi-

cabat,neq; ſecundū loquelam arguebat:nō enim opus erat illi, ut quis ei teſtimoniū diceret de homine,cum ipſe ſciret quid eſſet in homine. Aduocabat autem omnes homines plangentes, & remiſſionē his qui à peccatis in captiuitatem deducti erant donans,ſoluebat eos à uinculis,de quibus ait Salomon, Reſtibus autem peccatorum ſuorū unuſquiſq; conſtringitur. Spiritus ergo dei deſcēdit in eum eius,qui eū per prophetas promiſerat uncturum ſe eum, ut de abundantia unctionis eius nos percipientes ſaluaremur. & ſic quidem Matthæus.

Oſtenſio quod neq; plura, nec minus quàm quatuor poſſunt eſſe Euangelia. Cap. XI.

LVcas autem ſectator & diſcipulus apoſtolorū,de Zacharia & Heliſabeth,ex quibus ſecundum repromiſſionem dei Ioannes natus eſt,referens ait,Erant autem iuſti ambo ante deum, incedētes in omnibus mādatis & iuſtitijs domini ſine querela. Et iterum de Zacharia dicens. Factum eſt autem cum ſacerdotio fungeretur in ordine uicis ſuæ ante dominum,ſecūdum conſuetudinē ſacerdotij forte exiuit, ut incēſum poneret,& uenit uti ſacrificaret,intrans in templum domini. Qui præeſt in conſpectu domini,ſimpliciter & abſolute & firme deū & dominū confitens, ex ſua perſona eum qui elegerit Hieruſalem & legislationem ſacerdotij fecerit,cuius eſt & angelus Gabriel. Etenim alterū ſuper hunc neſciebat:ſi enim intellectū perfectioris alicuius dei & domini præter hunc habuiſſet,nō utiq; hunc quem ſciebat labis eſſe fructū, abſolute & in totū dominū & deū confiteretur,ſicut ante oſtendimus. Magnus in conſpectu domini,& multos filiorū Iſrael conuertet ad dominū deū ipſorū,& ipſe præcedet in cōſpectu eius in ſpiritu & uirtute Heliæ,pręparare domino plebem perfectam. Cui ergo populū prępararauit,& cuius in cōſpectu domini magnus factus eſt? Vtiq; eius qui dixit,quoniā & plus q̄ propheta habuit aliquid Ioannes, & nemo in natis mulierū maior eſt Ioāne Baptiſta,qui & populū præparabat ad aduentū domini,cōſeruis prænuntians,& pœnitentiā ipſis prędicōnās,uti remiſſionē à dño præſente perciperent, cōuerſi ad deum à quo ppter peccata & tranſgreſsionē erāt abalienati. Quēadmodum & Dauid ait, Alienati ſunt peccatores ab utero,errauerunt à uentre. Et propter hoc cōuertens eos ad dominū eorū,præparabat domino populum perfectum,in ſpiritu & uirtute Heliæ. Et iterū de angelo referens ait,In ipſo aūt tēpore miſſus eſt angelus Gabriel à deo. qui & dixit uirgini, Noli timere Maria,inueniſti ēm gratiam apud deū. & de dño dicit, Hic erit magnus,& filius altiſſimi uoc̄abitur,& dabit ei dominus deus thronū Dauid patris ſui,& regnabit in domo Iacob,& regni eius nō erit finis. Quis eſt aūt alius qui regnat in domo Iacob ſine intermiſſione in ęternū,niſi Chriſtus Ieſus dominus noſter filius dei altiſſimi, qui per legē

& pro-

& prophetas promiſit ſalutare ſuum facturū ſe omni carni uiſibilem, ut fieret filius hominis, ad hoc ut & homo fieret filius dei. Propter qđ exultans Maria clamabat pro eccleſia prophetans, Magnificat anima mea dominū, & exultauit ſpiritus meus in deo ſalutari meo. Aſſumpſit enim Iſrael puerum ſuum, reminiſcens miſericordiæ ſuæ, Quemadmodum locutus eſt ad patres noſtros, Abrahæ & ſemini eius in æternū. Per hæc igitur tanta monſtrat euangeliū, quoniam qui locutus eſt patribus deus, hic eſt qui per Moyſen legis dationem fecit, per quā legiſdationem cognouimus, quoniam patribus locutus eſt, hic idē deus ſecundum magnā bonitatē ſuam effudit miſericordiā in nos, in qua miſericordia cōſpexit oriēs ex alto, & apparuit his, qui in tenebris & umbra mortis ſedebāt, & direxit pedes noſtros in uiam pacis. Quēadmodum & Zacharias deſinēs mutus eſſe, quod ꝓpter infidelitatē paſſus fuerat, nouello ſpiritu adimpletus, nouū dicebat deum. Omnia em̄ noua aderant uerbo noue diſponēte carnalem aduentū, uti eum hominē, qui extra deum ubi erat, aſcriberet deo, propter quod & noue deū colere docebantur. Sed non alium deum, quoniā quidem unus deus qui iuſtificat circunciſionē ex fide, & præputiū per fidē. Propheta aūt Zacharias dicebat: Benedictus dominus deus Iſrael, quia uiſitauit, & fecit redēptionē populo ſuo. Et erexit cornu ſalutis nobis in domo Dauid pueri ſui. Sicut locutus eſt per os ſanctorum prophetarū ſuorum, qui à ſeculo ſunt. Salutē ex inimicis noſtris, & ex manu omniū qui oderūt nos. Ad faciendam miſericordiam cum patrib. noſtris, & reminiſci teſtamenti ſancti ſui, iuſiurandum quod iurauit ad Abraham patrem noſtrum, uti det nobis ſine timore ex manu inimicorū ereptis, ſeruire ſibi in ſanctitate & iuſtitia in cōſpectu ſuo omnes dies noſtros. Deinde ad Ioannem dicit. Et tu puer propheta altiſsimi uocaberis, præibis em̄ ante faciem domini parare uias eius, ad dandum intellectum ſalutis populo eius, in remiſsionem peccatorū eorum. Hęc enim eſt ſalutis agnitio, quæ deerat eis, quę eſt filius dei, quā ſciebat Ioānes dicens, Ecce agnus dei, qui auferet peccatū mundi: hic erat de quo dicebam, Poſt me ueni & uir, qui ante me factus eſt, quoniam prior me erat. Omnesq; de plenitudine eius accepimus. Hæc itaq; ſalutis agnitio, ſed non alter deus, nec alter pater, neq; bythus, neq; pleroma triginta ęonū, nec mater ogdoados: ſed agnitio ſalutis erat, agnitio filij dei, q & ſalus & ſaluator, & ſalutare uere & dicitur & eſt, Salus quidē, ſicut, In ſalutē tuam ſuſtinui te domine, Saluator aūt iterū: Ecce deus meus ſaluator meus, fidēs ero in eum, Salutare aūt ſic: Notum fecit deus ſalutare ſuū in cōſpectu gētiū. Etenim ſaluator quidē quoniā filius & uerbū dei. Salutare aūt quoniam ſpiritus. Spiritus enim, inquit, faciei noſtræ Chriſtus dñs. Salus aūt, quoniā uerbum caro factum eſt, & habitauit in nobis. Hanc igitur

agnitionem salutis sciebat Ioannes, pœnitentiam agentibus & credẽtibus in agnum dei, qui tollit peccatum mũdi. Apparuit, inquit, & pastoribus angelus domini, annũciãs gaudiũ eis, quoniam generatus est in domo Dauid saluator, q̃ est Christus dominus: deinde multitudo exercitus cœlestis laudantiũ deum & dicentiũ, Gloria in excelsis deo, & in terrâ pax hominibus bonæ uolũtatis. Hos angelos falsarij gnostici dicunt ab ogdoada uenisse, & descẽsionem superioris Christi manifestasse: sed corruunt iterum, dicẽtes eum qui sursum sit Christũ & saluatorem non natum esse, sed & post baptisma eius qui sit de dispositione Iesu, spiritũ sicut colũbam in eum descendisse. Mentiũtur ergo ogdoadas angeli secũdũ eos dicẽtes, quoniã generatus est hodie nobis saluator, qui est Christus dñs in ciuitate Dauid. Neq; em̃ Christus, neq; saluator tũc natus est secũdũ eos, sed ille q̃ est de dispositiõe Iesus, qui est mundi fabricator, is in quẽ uere post baptisma descẽdisse, hoc est, post triginta annos superni saluatoris dicũt. Quid aũt in ciuitate Dauid adposuerũt, nisi ut eam pollicitationem quę à deo facta est Dauid, quoniam ex fructu uentris eius æternus erit rex, quòd impleatur euangelizarẽt. Etenim fabricator totius uniuersitatis fecerat promissionẽ Dauid, quemadmodum ipse ait, Adiutoriũ nostrũ à domino, qui fecit cœlum & terram. Et iterũ, In manu eius omnes fines terræ, & altitudines montium ipsius sunt. Quoniam ipsius est mare & ipse fecit illud, & aridam manus eius formauerunt. Venite adoremus & procidamus ante eum, ploremus in cõspectu domini qui fecit nos, q̃a ipse est dominus deus noster: manifeste pronuntians spiritus sanctus per Dauid audientibus eum, quoniam erunt qui contemnent eum, qui plasmauit nos, qui & solus est deus: propter quod & dicebat, quæ prædicta sunt, significãs, quoniam ne enarraueritis, præter hunc, aut super hunc alius non est deus, cui magis intendere oporteat religiosos nos & gratos, præparãs in eum qui fecerit, & constituerit, & enuntiat. Quid ergo erit his qui tantum blasphemiæ aduersus suum factorem adinuenerunt? Hoc idẽ autem & angeli. In eo enim quod dicũt: Gloria in excelsis deo, & in terra pax, eum qui sit altissimorum, hoc est, supercœlestium factorem, & eorum quæ super terram omnium conditorem his sermonibus glorificauerũt: qui suo plasmati, hoc est hominibus, suam benignitatẽ salutis de cœlo misit. propter quod & pastores, ait, reuertebantur glorificãtes deum in omnibus quæ audierant & uiderant, quẽadmodum & narratũ est ad eos. Nõ enim alterum deum glorificabãt Israelitæ pastores, sed illum qui à lege & prophetis annũtiatus est, factorem omnium, quem & glorificãt angeli. Si aũt alterum quidem angeli, qui erant ab ogdoa de glorificabant, alterum uero pastores, errorem eis & non ueritatẽ detulerunt, & hi iniqui ab ogdoade erant angeli. Adhuc ait Lucas de do-

mino

mino, Cum impleti essent dies purgationis imposuerũt eum in Hieru salem, astare eũ domino, quẽadmodũ scriptũ est in lege domini, Quoniam omne masculinũ adaperiẽs uuluã, sanctũ domino uocabitur: Et ut darent sacrificium secundũ quod scriptũ est in lege domini, Par turturũ, aut duos pullos columbinos, ex sua persona manifestissime deum appellans eum qui legis dationem fecerit. Et Symeon autẽ, inquit, benedixit deum, & ait: Nunc dimittes seruũ tuum domine in pace. Quia uiderũt oculi mei salutare tuum, Quod parasti ante faciem omniũ populorum, Lumẽ ad reuelationem gentiũ, & gloriam populi tui Israel. Et Anna autem prophetissa, ait, similiter clarificabat deũ uidens Christum, & loquebatur de eo omnib. qui expectabant redemptionẽ Hierusalem. Per hæc autem omnia uisus deus demonstratur, nullã libertatis dispositionem per nouum aduentũ filij sui testamentũ hominibus aperiẽs. Quapropter & Marcus interpres & sectator Petri, initiũ euãgelicæ cõscriptionis fecit sic, Initiũ euãgelij Iesu Christi filij dei, quẽadmodum dictũ est in prophetis, Ecce mitto angelum meum, ante faciẽ tuam, qui præparabit uiam tuam; uox clamãtis in deserto, parate uiam domini, rectas facite semitas ante deum nostrũ, Manifeste initiũ Euangelij esse dicens, sanctorum prophetarum uoces, & eum quem ipsi dominum & deum confessi sunt, hunc patrem domini nostri Iesu Christi præmonstrans, qui & promisit ei angelum suũ ante faciem eius missurum, qui erat Ioannes, in spiritu & uirtute Heliæ clamans in eremo, Parate uiam domini, rectas facite semitas ante deum nostrum. Quoniam quidem non alium & alium prophetę annunciabant deum, sed unum & eundem, uarijs autem significationibus & multis appellationibus. Multis enim & diuersis quẽadmodum in eo libro, qui ante hunc, ostẽdimus, & ex ipsis autem prophetis procedente nobis sermone ostẽdemus. In fine autẽ euãgelij ait Marcus, Et quidẽ dominus Iesus, postq; locutus est eis, receptus est in cœlos, & sedet ad dexterã dei, confirmãs quod à ꝓpheta dictũ est, Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis, quoadusq; ponã inimicos tuos suppedaneum pedũ tuorũ. Sed unus & idem deus & pater est, qui à prophetis quidem annũtiatus, ab Euangelio uero traditus, quem Christiani colimus & diligimus, & toto corde factorem cœli & terræ credimus, & omnium quę in eis sunt. Hanc fidem annuntians Ioannes domini discipulus, uolens per Euangelij annuntiationem auferre eum, qui à Cerintho inseminatus erat hominibus errorẽ, & multo prius ab his qui dicuntur Nicolaitę, qui sunt uulsio eius, quæ falso cognominatur scientia, ut cõfunderet eos & suaderet eos, quoniã unus deus, qui omia fecit per uerbũ suũ, & nõ quẽadmodũ illi dicũt, alterũ quidẽ fabricatorẽ, alium aũt patrem domini, & aliũ quidẽ fabricatoris filium, alterũ uero de superioribus Christum,

quem

quem & impaſsibilē perſeueraſſe deſcēdentem in Ieſum filium fabricatoris, & iterū reuolaſſe in ſuū pleroma: & initiū quidem eſſe monogeni, Logon aūt uerum filium unigeniti: & eam conditionē quæ eſt ſecū dū nos nō à primo deo factā, ſed à uirtute aliqua ualde deorſum ſubiecta, & abſciſa ab eorū communicatione, quę ſunt inuiſibilia, & innominabilia. Omnia igitur talia circūſcribere uolens diſcipulus domini, & regulā ueritatis cōſtituere in eccleſia, quia eſt unus deus omnipotēs, qui per uerbū ſuum omnia fecit, & uiſibilia & inuiſibilia: ſignificās quoq;, quoniā per uerbum per quod deus perfecit cōditionem, in hoc & ſalutem his qui in conditione ſunt, præſtitit hominibus: ſic inchoauit in ea quę eſt ſecundū Euangeliū doctrina, In principio erat uerbū, & uerbū erat apud deū, & deus erat uerbū: hoc erat in principio apud deū, omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factū eſt nihil, quod factum eſt. In ipſo uita erat, & uita erat lux hominum, & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non cōprehenderunt. Omnia, inquit, per ipſum facta ſunt. In omnibus ergo eſt, & hæc quæ ſecundum nos eſt conditio. nō enim cōcedetur eis omnia dici, ea quæ ſunt intra pleroma ipſorū. ſi em̄ & hæc pleroma ipſorū continet, nō extra eſt tanta iſta cōditio, quēadmodum oſtendimus in eo libro, qui ante hūc eſt. ſi aūt extra pleroma ſunt hæc, quod quidem impoſſibile uiſum eſt, non iam eſt omnia pleroma ipſorū: non eſt ergo extra hæc tanta cōditio. Abſtulit aūt à nobis diſſenſiones omnes ipſe Ioannes dicēs: in hoc mundo erat, & mūdus per ipſum factus eſt, & mundus eū non cognouit. In ſua propria uenit, & ſui eū non receperunt. Secundum aūt Marcionem & eos qui ſimiles ſunt ei, neq; mundus per eum factus eſt, neq; in ſua uenit, ſed in aliena. Secundum aūt quoſdam gnoſticorū, ab angelis factus eſt iſte mūdus, & non uerbo dei: ſecundū aūt eos qui à Valētino, iterū nō per eum factus eſt, ſed per Demiurgū. Hic em̄ operabatur ſimilitudines tales fieri, ad imitationē eorū, quæ ſunt ſurſum, quemadmodū dicunt: Demiurgus aūt perficiebat fabricationē conditionis. emiſſum enim dicunt eū à matre dominum & Demiurgum eius diſpoſitionis quę eſt ſecundum conditionem, per quē hunc mūdum factū uolunt: cum Euāgelium manifeſte dicat, quoniam per uerbum quod in principio erat apud deum, omnia facta: quod uerbum, inquit, caro factum eſt, & habitauit in nobis. ſecūdum autē illos, neq; uerbum caro factū eſt, neq; Chriſtus, neq; qui ex omnibus factus eſt ſaluator. Etenim uerbū & Chriſtum nec aduenisſe in hunc mundum uolunt: ſaluatorem uero non incarnatum, neq; paſſum: deſcendiſſe autē quaſi columbam in eum Ieſum, qui factus eſt ex diſpoſitione, & cum adnunciaſſet incognitū patrem, iterum aſcendiſſe in pleroma. Incarnatū aūt & paſſum quidam quidem eum qui ex diſpoſitione ſit, dicunt Ieſum, quem per Mariam dicunt pertranſiſſe, quaſi

aquam

aquam per tubum. Alij uero Demiurgi filium, in quem descēdisse eū Iesum, qui ex dispositiōe sit. Alij rursum Iesum quidē ex Ioseph & Maria natum dicunt, & in hunc descendisse Christū, qui de superioribus sit, sine carne & impassibilem existentē. Secundum aūt nullam sententiam hæreticorū, uerbum dei caro factū est. Si enim quis regulas ipsorū omniū perscrutetur, inueniet quoniā sine carne & impassibilis ab omnibus illis inducitur dei uerbū, & qui est in superioribus Christus. Alij enim putāt manifestum eum, quemadmodū hominem transfiguratū, neq; autem natum neq; incarnatū dicunt illum. Alij uero neq; figurā eum assumpsisse hominis, sed quemadmodū columbā descendisse in eum Iesum, qui natus esset ex Maria. Omnes igitur illos falsos testes ostendens discipulus domini, ait, Et uerbū caro factū est, & habitauit in nobis. Et ut nō inquiramus cuius dei uerbū caro factū est, ipse insuper docet, dicens: Fuit homo missus à deo, erat ei nomē Ioannes, hic uenit in testimoniū ut testaretur de lumine. Præcursor igitur Ioannes qui testatur de lumine à deo missus est, utiq; ab eo cui Gabriel est angelus, q etiam Euāgelizauit generationē eius, qui & per ꝓphetas promisit angelum suum missurum ante faciem filij sui, & præparaturū uiam eius, hoc est testificaturū de lumine in spiritu & uirtute Helię. Helias aūt rursus cuius dei seruus & propheta fuit? eius qui fecit cœlum & terrā, quē admodū & ipse cōfitetur. A conditore igitur & fabricatore huius mū dī missus Ioānes, quēadmodū poterat testificari de eo lumine, qđ ex his quæ sunt innominabilia & inuisibilia descenderet? Omnes em̄ hæretici decreuerunt, Demiurgū ignorare eam quę sit super eum uirtutē, cuius testis & ostensor inuenitur Ioannes. propter hoc dominus plusquam prophetā dixit eum habuisse. reliqui enim oēs prophetæ annūciauerunt aduentum paterni luminis; concupierunt aūt digni esse uidere eum, quem prædicabant: Ioannes aūt & prēnunciauit similiter sicut alij, & aduētū uidit & demōstrauit, & credere in eū suasit multis, ita ut ipse & prophetæ & apostoli locum habuerit. Hic est enim plusq; propheta, quoniā primo apostoli, secundo prophetę, omnia aūt ex uno & eodē ipso deo. Bonum enim & illud, quod per cōditionem à deo in uinea factum est, & primo bibitum est uinum: nemo enim illud uituperauit ex his qui biberunt, sed & dominus accepit de eo: melius aūt quod per uerbum cōpendialiter ac simpliciter ex aqua ad usum eorū qui ad nuptias cōuocati erāt, factum est uinum. Quamuis enim posset dominus ex nullo subiacente eorum, quæ sunt conditionis, prębere epulātibus uinū, & esca cōplere esurientes, hoc quidē nō fecit. Accipiens aūt eos qui à terra essent panes, & gratias agens, & iterū aquā faciēs uinū, saturauit eos qui recūbebant, & potauit eos, qui inuitati erāt ad nuptias: ostendēs quoniā deus, qui fecit terram, & iussit eam fructus facere,

& con

& constituit aquas & edidit fontes, hic & benedictionem escæ, & gratiam potus in nouissimis temporibus per filium suum donat humano generi, incomprehensibilis per comprehensibilem, & inuisibilis per uisibilem, cum extra eum non sit, sed in sinu patris existat. Deũ enim, inquit, nemo uidit unquã, nisi unigenitus filius dei, qui est in sinu patris, ipse enarrauit. Patrem enim inuisibilem existẽtem, ille qui in sinu eius est filius, omnibus enarrat. Propter hoc cognoscũt eum hi quib. reuelauerit filius, & iterũ pater per filium filij sui dat agnitionẽ, his qui diligunt eum. A quo & Nathanael discẽs cognouit, cui & testimoniũ reddidit dominus, quoniã uerus Israelita est, in q̃ dolus non est: in quo & ait ei, Rabbi tu es filius dei, tu es rex Israel. A quo & Petrus edoctus cognouit Christũ filiũ dei uiui dicẽtis, Ecce filius meus dilectissimus, in quo bene sensi, ponã spiritũ meum super eum, & iudiciũ gentibus annuntiabit: non cõtendet, neq; clamabit, neq; quisquã audiet uocẽ eius in plateis: calamũ quassatũ non confringet, & linũ fumigans nõ extinguet, usq; quo emittat in contentionẽ iudiciũ, & in nomine eius gẽtes sperabunt. Et hæc quidẽ sunt principia Euãgelij, unũ deũ fabricatorẽ huius uniuersitatis eum, qui per prophetas sit annuntiatus, & qui per Moysen legis dispositionẽ fecerit, patrẽ domini nostri Iesu Christi annuntiantia, & præter hunc alterũ deum nescientia, neq; alterũ patrem. Tanta est aũt circa Euangelia hæc firmitas, ut & ipsi hæretici testimoniũ reddant ei, & ex ipsis egrediẽs unusquisq; eorũ, conetur suã confirmare doctrinã. Ebionei etenim eo Euangelio quod est secũdum Matthæum solo utentes, ex illo ipso cõuincuntur nõ recte præsumentes de domino. Marcion aũt id quod est secũdũ Lucã circũcidẽs, ex his quæ adhuc seruãtur penes eum, blasphemus in solum existentẽ deum ostẽditur. Qui aũt Iesum separant à Christo, & impassibilem perseuerasse Christũ, passum uero Iesum dicunt, id quod secundũ Marcũ est præferentes Euangeliũ, cũ amore ueritatis legẽtes illud, corrigi possunt. Hi aũt qui à Valentino sunt, quod est secundũ Ioãnem plenissime utẽtes, ad ostensionẽ coniugationum suarum, ex ipso detegẽtur nihil recte dicentes, quẽadmodum ostendimus in primo libro. Quãdo ergo hi qui contradicunt nobis testimoniũ perhibeant, & utantur his, firma & uera est nostra de illis ostẽsio: Neq; autẽ plura numero q̃ hæc sunt, neq; rursus pauciora capit esse Euangelia. Quoniã enim quatuor regiones mũdi sunt in quo sumus, & quatuor principales spiritus, & disseminata est ecclesia super omnẽ terrã, columna aũt & firmamentũ ecclesię est Euangelium & spiritus uitæ, consequẽs est quatuor habere eam columnas, undiq; flantes incorruptibilitatẽ, & uiuificãtes homines. Ex quibus manifestũ est, quoniam qui est omniũ artifex uerbum, qui sedet super Cherubim & cõtinet omnia, declaratus hominib. dedit nobis quadrifor

εὐδόκησα

Ebioneorum Euangelium.

driforme Euangelium, quod in uno ſpiritu continetur. Quẽadmodũ & Dauid poſtulans eius aduentum ait, Qui ſedes ſuper Cherubin appares. etenim Cherubin quadriformia, & formę ipſorũ imagines ſunt diſpoſitionis filij dei. Primum enim animal, inquit, ſimile Leoni, efficabile eius & principale & regale ſignificans. Secũdum uero ſimile uitulo, ſacrificalem & ſacerdotalem ordinationẽ ſignificãs. Tertiũ uero habens faciem quaſi humanam, eum qui eſt ſecundum hominẽ aduentũ eis manifeſte deſcribẽs. Quartũ uero ſimile Aquilæ uolitantis, ſpiritus in eccleſiam aduolitantis gratiã manifeſtans. Et euangelia igitur his cõſonantia in quibus inſidet dominus Ieſus. Aliud enim illam quæ eſt à patre principalem & efficabilẽ & glorioſam generationẽ eius enarrat dicẽs ſic: In principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum, & omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factũ eſt nihil. Propter hoc & omni fiducia plenum eſt Euãgeliũ iſtud, talis eſt enim perſona eius. Id uero quod eſt ſecundũ Lucã, quoniã quidem ſacerdotalis characteris eſt, Zacharia ſacerdote ſacrificante deo inchoauit, Iã enim ſaginatus parabatur uitulus, qui pro inuẽtione minoris filij inciperet mactari. Matthæus uero eam quæ eſt ſecundum hominẽ generationem eius enarrat: Liber dicens generatiõis Ieſu Chriſti filij Dauid, filij Abrahã. Et iterũ, Chriſti aũt generatio ſic erat. Humanæ formę igitur hoc Euangelium, propter hoc per totũ euãgeliũ humiliter ſentiẽs & mitis homo ſeparatus eſt. Marcus uero à prophetico ſpiritu ex alto aduenientе hominibus initium fecit: Initium, dicens, Euangelij quemadmodum ſcriptũ eſt in Eſaia propheta. Volatilem pennatũ, imaginẽ euangelij monſtrans, propter hoc & cõpendioſam & præcurrentẽ annunciationẽ fecit. Propheticus enim character eſt hic, & ipſum uerbũ dei, illis quidẽ qui ante Moyſen fuerunt patriarchis ſecundũ diuinitatẽ & gloriã colloquebãtur, His uero qui in lege ſacerdotalẽ & miniſterialem actũ præbebant. Poſt deinde nobis homo factus, munus cœleſtis ſpiritus in omnem miſit terram, protegens nos alis ſuis. Qualis igitur diſpoſitio filij dei, talis & animalium forma: & qualis animaliũ forma, talis & character euãgelij. Quadriformia aũt animalia, & quadriforme euangeliũ, & quadriformis diſpoſitio domini. Et propter hoc quatuor data ſunt teſtamenta humano generi, unũ quidem ante cataclyſmum ſub Adam. Secundũ uero poſt cataclyſmũ ſub Noe. Tertium uero legislatio ſub Moyſe. Quartũ uero quod renouat hominẽ, & recapitulat in ſe omnia, quod eſt per euangeliũ, eleuans & pennigerãs homines in cœleſte regnum. His igitur ſic ſe habẽtibus, uani omnes & indocti, & inſuper audaces, qui fruſtrãtur ſpeciem euãgelij, & uel plures quàm dictæ ſunt, uel rurſus pauciores inferunt perſonas euãgelij: quidam ut plures uideantur q̃ eſt ueritatis adinueniſſe, quidam uero ut re

probent dispositiones dei. Etenim Marcion totū reñciens euangeliū, imò uero seipsum abscindēs ab euāgelio *pariter gloriatur se habere euāgelium, Alij uero ut donū spiritus frustrentur, ꝙ in nouissimis tēporibus secundū placitū patris effusum est in humanū genus, illā speciem non admittunt, quæ est secundū Ioannem euangeliū, in qua paracletum se missurum dominus promisit, simul & euāgelium, & propheticum repellūt spiritum. Infelices uero qui pseudoprophetæ quidē esse uolunt, prophetiæ uero gratiā repellūt ab ecclesia, similia patiētes his, qui propter eos qui in hypocrisi ueniūt, etiā à fratrū cōmunicatione se abstinent. Datur aūt intelligi, quod huiusmodi neꝙ apostolū Paulū recipiāt. In ea enim epistola quæ est ad Corinthios de propheticis charismatibus diligēter loquutus est, & scit uiros & mulieres in ecclesia ꝓphetantes. Per hęc igitur omnia peccātes in spiritū dei, in irremissibile incidūt peccatū. Hi uero qui sunt à Valentino iterū existētes extra omnem timorē, suas cōscriptiones proferentes, plura habere gloriātur, q̄ sint ipsa euangelia. Siquidē in tantū processerūt audaciæ, uti quod ab his non olim conscriptū est, ueritatis euangelium titulent, in nihilo cō ueniens apostolorū euāgelijs, ut nec euangeliū quidē sit apud eos sine blasphemia: Si enim quod ab eis profertur ueritatis est euangeliū, dissimile est aūt hoc illis, quæ ab apostolis nobis tradita sunt, qui uolunt possunt discere, quemadmodum ex ipsis scripturis ostenditur, iam nō esse id, quod ab apostolis traditum est ueritatis euangeliū. Quoniam autem sola uera & firma, & non capit neꝙ plura præterquā prædicta sunt, neꝙ pauciora esse euangelia, per tot & tanta ostendimus. & ēm cum omnia composita & apta deus fecerit, oportebat & speciem euāgelij bene cōpositam, & bene cōpaginatam esse. Examinata igitur sententia eorum, qui nobis tradiderunt ex ipsis principijs ipsorum, ueniamus & ad reliquos apostolos, & perquiramus sentētiā eorum de deo, post deinde ipsos domini sermones audiamus.

alias, partē gloriatur se habere Euangelij.

Quæ sit reliquorum Apostolorum doctrina. Cap. XII.

PEtrus igitur apostolus post resurrectionē domini, & assumptionē in cœlos, uolēs adimplere duodecim apostolorū numerū, & eligere prouidentia alterum, qui electus esset à deo, his qui aderāt dixit: Viri fratres, oportebat impleri scripturā hanc, quam prędixit spiritus sanctus ore Dauid de Iuda, qui factus est dux his, q̄ apprehēderūt Iesum, quoniam annumeratus fuit inter nos, fiat habitatio eius deserta, & nō sit qui inhabitet in ea, & episcopatū eius accipiat alter. Adimpletionē eorū ex his quę à Dauid dicta sunt faciēs. Rursus cū spiritus sanctus descendisset in discipulos, uti omnes prophetarēt & loquerētur linguis: & quidā irriderent eos quasi à musto ebrios, dixit Petrus, Non ebrios quidē esse, cū sit hora tertia diei, esse autem hoc quod dictū est per pro-

phe-

phetam: Erit in nouissimis diebus dicit dominus. Effundam de spiritu meo in omnem carnem & prophetabunt. Deus igitur qui per prophetam promisit, missurum se spiritum suum in humanũ genus, ipse & misit ei, & ipse deus à Petro annũciatur suam promissionem adimplesse, Viri enim, inquit Petrus, Israelitæ, audite sermones meos: Iesum Nazarenum uirũ approbatũ à deo in uobis, uirtutib. & prodigijs & signis quæ fecit per ipsum deus, in medio uestrum, quẽadmodum ipsi scitis: hunc definito consilio & præscientia dei, traditũ per manus iniquorũ affigentes interfecistis: quẽ deus excitauit solutis doloribus inferorũ, quoniã nõ erat possibile teneri eum ab eis. Dauid enim dicit in ipsum, Prouidebã dominũ in cõspectu meo semper, quoniã à dextris mei est ne mouear, propter hoc lætatũ est cor meũ, & exultauit lingua mea, insuper & caro mea requiescet in spe. Quoniã nõ derelinques animã meam in inferno, neq; dabis sanctũ tuũ uidere corruptionẽ. Dehinc rursum fiducialiter illis dicit de patriarcha Dauid, quoniã mortuus est, & sepultus, & sepulchrũ eius sit apud eos, usq; in hunc diẽ. Propheta aũt, inquit, cum esset, & sciret quoniam iureiurando ei iurauit deus, de fructu uentris eius sederet in throno eius, prouidẽs locutus est de resurrectione Christi, quoniã neq; derelictus est apud inferos, neq; caro eius uidit corruptionẽ. Hunc Iesum, inquit, excitauit deus, cuius nos oẽs sumus testes: qui dextera dei exaltatus, repromissionẽ sancti spiritus accipiens à patre effudit donationẽ hanc, quam uos nũc uidetis & auditis. Non enim Dauid ascendit in cœlum, dicit autem ipse: Dixit dominus domino meo, sede ad dexteram meam, quoaduscq; ponam inimicos tuos subpedaneum pedum tuorum. Certissime ergo sciat omnis domus Israel, quoniã & dominũ eum, & Christũ deus fecit hunc Iesum, quem uos crucifixistis. Cũ dixissent ergo turbæ, quid ergo faciemus? Petrus ad eos ait. Pœnitẽtiã agite & baptizetur unusquisq; uestrum in nomine Iesu in remissionem peccatorũ, & accipietis donũ spiritus sancti. Sic non alium deum, nec aliam plenitudinẽ annuntiabãt apostoli, nec alterum quidem passum, & resurgẽtem Christum, alterũ uero qui sursum uolauerit, & impassibilis perseuerauerit: sed unum & eundem deũ patrem, & Christum Iesum qui à mortuis resurrexit, & eam quæ in eũ fidem annunciabant his, qui non credebant in filiũ dei, & ex prophetis cohortabãtur eos, quoniã eum quẽ promisit se deus missurũ Christũ, misit Iesum, quem ipsi crucifixerũt, quem deus excitauit. Rursus cum Petrus simul cum Ioãne uidisset eum, qui à natiuitate claudus erat ante portam templi, quæ dicitur speciosa, sedentem & petentẽ eleemosynã, dixit ei: argentum & aurum non est mihi, quod aũt habeo hoc tibi do. In nomine Iesu Christi Nazareni surge & ambula. Et statim eius cõfirmati sunt gressus, & plantæ, & ambulabat, & introiuit cum ipsis in tẽ-

plum,ambulans & ſaliens & glorificãs deum.Multitudine aũt uniuer ſa collecta ad eos propter inopinatũ factũ,Petrus dixit eis. Viri Iſraeli tæ quid miramini in hoc,& nos quid intuemini,quaſi noſtra uirtute fe cerimus hũc ambulare? Deus Abrahã,deus Iſaac, & deus Iacob, deus patrum noſtrorũ glorificauit filium ſuum,quẽ uos quidem tradidiſtis in iudiciũ,& negaſtis ante faciem Pilati, cũ remittere eum uellet. Vos aũt ſanctum & iuſtum aggrauaſtis,& petiſtis uirum homicidã donari uobis,ducẽ aũt uitę occidiſtis:quẽ deus excitauit à mortuis, cuius nos teſtes ſumus,& in fide nominis eius,hunc quem uidetis & ſcitis cõfirmauit nomen eius,& fides quæ eſt per ipſum,dedit ei incolumitatẽ coram uobis omnibus. Et nunc fratres ſcio quoniã ſecundũ ignorãtiam feciſtis nequã. Deus aũt quæ prędixit ore omniũ ꝓphetarũ pati Chriſtum ſuum,adimpleuit.Pœnitentiã igitur agite & conuertimini,uti deleantur peccata ueſtra,& ueniãt uobis tẽpora refrigerij domini,& mittat præparatum uobis Ieſum Chriſtum,quem oportet quidẽ cœlũ ſuſcipere uſq; ad tẽpora diſpoſitiõis omniũ,quæ locutus eſt ei deus, per ſanctos prophetas ſuos.Moyſes quidem dicit ad patres noſtros,quoniã prophetã excitabit uobis dominus deus noſter ex fratrib. noſtris, quemadmodum me,ipſum audietis in omnib. quæcunq; locutus fuerit ad uos.erit aũt omnis anima, quæcunq; non audierit prophetam illũ,peribit de populo: Et omnes à Samuel & deinceps, & om̃es quot quot locuti ſunt annunciauerunt dies iſtos. Vos eſtis filij prophetarũ & teſtamẽti quod deus diſpoſuit ad patres noſtros,dicens ad Abrahã. In ſemine tuo benedicentur omnes tribus terræ. Vobis primum deus excitans filium ſuũ miſit benedicentẽ uos,ut conuertat ſe unuſquiſq; à nequitijs ſuis. Manifeſtam ergo præconationẽ Petrus cum Ioãne prę conauit eis,repromiſſionẽ quã fecit deus patrib. per Ieſum adimpletã euangelizans.Non quidem alterũ deum annũtians,ſed filium dei,qui & homo factus eſt & paſſus,in agnitionẽ adducens Iſrael, & in Ieſu reſurrectionem quæ à mortuis annuntians,& ſignificans, quoniã om̃ia quæ prophetæ annunciauerũt de paſſione Chriſti,hæc adimpleuit de us.Propter quod rurſus conuocatis principib. ſacerdotũ, fiducialiter Petrus dixit ad eos.Principes populi & ſeniores Iſraelitæ,ſi nos hodie redarguimur à uobis in benefacto hominis infirmi,in quo hic ſanatus eſt,cognitũ ſit omnib. uobis & omni populo Iſrael,quoniã in nomine Ieſu Chriſti Nazareni,quẽ uos crucifixiſtis quẽ deus excitauit à mortuis,in hoc hic aſtat in cõſpectu ueſtro ſanus.Hic eſt lapis precioſus reprobatus à uobis ædificantib.qui factus eſt in caput angeli.Et non eſt aliud nomen ſub cœlo,quod datũ ſit hominib.in quo oporteat ſaluari nos.Sic apoſtoli non deum mutabant,ſed Chriſtum annunciabant populo eſſe Ieſum,qui crucifixus eſt,quem deus excitauit,qui prophetas

miſit

misit,idem deus excitauit & salutē in eo dedit hominibus.Cōfusis igi-
tur & per curationē,annorū em̄,inquit scriptura,plusq; xl. erat homo
in quo factū est signum curationis, & per doctrinā apostolorū & pro
phetarum expositionē, cum remisissent summi sacerdotes Petrum &
Ioannē,& reuersi essēt ad reliquos coapostolos & discipulos domini,
id est in ecclesiam,& enarrassent quæ fuerant facta, & quemadmodū
fiducialiter egissent in nomine Iesu:Audientes,inquit,tota ecclesia una
nimes extulerunt uocem ad deum &dixerunt.Domine tu es deus qui
feciſti cœlum & terram & mare & omnia quæ in eis sunt, qui per spiri
tum sanctum ore Dauid patris nostri, pueri tui dixisti.Quare fremue
runt gentes,& populi meditati sunt inania? Astiterunt reges terræ, &
principes cōgregati sunt in unum,aduersus dominū,& aduersus Chri
stum eius.Cōuenerunt enim in hac ciuitate aduersus sanctū filiū tuum
Iesum quem unxisti,Herodes & Pontius Pilatus,cum gentibus & po
pulis Israel,facere quæcūq; manus tua & uolūtas tua prædestinauerat
fieri.Hæ uoces ecclesiæ,ex qua habuit omis ecclesia initiū.Hę uoces ci
uitatis magnæ noui testamēti ciuium.Hæ uoces apostolorū, hę uoces
discipulorum domini, eorū qui post assumptionē domini per spiritū
&perfecti extiterūt,& inuocauerunt deum,qui fecit cœlum &terram,
qui per prophetas annūtiatus est,& eius filius Iesus,quem unxit deus,
& alterum aūt nescientes.Non erat ibi tunc Valentinus,nec Marcion,
nec reliqui sui,uel eorū qui assentiūt eis euersores.Propter quod exau
diuit eos factor omniū deus:Cōmotus est enim,inquit,locus,in quo e
rant collecti,& repleti sunt oēs spiritu sancto,& loquebātur uerbū dei
cum fiducia,omni uolenti credere:uirtute em̄ magna,inquit,reddebāt
testimoniū apostoli resurrectiōis domini Iesu,dicētes ad eos.Deus pa
trum nostrorum excitauit Iesum quem uos apprehēdistis, & interfeci
stis suspendentes in ligno,hunc deus principem & saluatorē exaltauit
gloria sua,dare pœnitentiā Israel,&remissionē peccatorū:& nos in eo
testes sumus sermonū horum,& spiritus sanctus, quem dedit deus cre
dētibus ei.Omni quoq; die,inquit, in templo & in domo nō cessabāt
docentes & euangelizantes Christum Iesum filium dei.Hęc enim erat
salutis agnitio,quę perfectos ad deū efficit eos,qui cognoscūt filij eius
aduentum.Quoniā aūt impudentes quidam eorū dicūt,apud Iudæos
præconantes apostoli non poterant alterū eis deum annūtiare præter
eum,qui creditus fuerat ab ipsis:dicimus ad eos, quoniam si secūdum
olim insitam opinionē hominibus loquebātur apostoli, nemo ab his
cognouit ueritatem,multo aūtē prius à domino, etenim ipsum sic lo-
cutum dicunt.Nec hi ergo ipsi ueritatē sciūt, sed sententia eorū de deo
cum esset talis,exceperant doctrinā quemadmodū audire poterant.Se
cundum hūc igitur sermonē,apud neminē erit regula ueritatis, sed o-

mnes dispuli omnibus imputabunt, quoniã quẽadmodũ unusquisq; sentiebat,& quẽadmodum capiebat,sic sermo ad eũ factus est. Superfluus aũt & inutilis aduentus domini parebit, siquidẽ uenit permissurus & seruaturus uniuscuiusq; olim insitã de deo opinionẽ. Adhuc etiam & multo durius erat,quẽadmodum uiderãt Iudæi & cruci affixerant,annuntiare hunc esse Christum filium dei, æternũ ipsorũ regem. Non igitur iam secundum pristinam eorum opinionem loquebantur ad eos. Qui enim in faciem interfectores eos esse domini dicebãt,multo magis fiducialiter eum patrẽ, qui super Demiurgum est & ipsis annuntiarent.& non id quod putabant unusquisq;: & multominus erat peccatum,si quidem superiorẽ saluatorẽ,ad quem ascendere eos oporteret quoniam esset impassibilis,non affixissent cruci. Quẽadmodum enim gentibus non secundum sententiam illorũ loquebãtur, sed cum fiducia dicebãt,quoniã dñi ipsorum non essent dñi,sed idola dæmoniorum:simili modo & Iudęis annũciassent, si alterũ maiorẽ & perfectiorem scissent patrem,non annunciantes, neq; augentes eorũ nõ ueram de deo opinionẽ.ethnicorum aũt soluẽtes errorem, & auferẽtes à suis dñis,non utiq; alterum eis inferebant errorẽ,sed auferentes eos qui nõ erant dñi,eum qui solus erat deus & uerus pater ostenderũt. Ex uerbis Petri igitur quæ fecit in Cæsaria ad Cornelĩ Centurionẽ, & eos, qui cum eis erant gentiles,quib. primo enarratus est sermo dei,cognoscẽdũ est uobis,quæ annunciabant apostoli,& qualis fuit prędicatio ipsorum,& quam habuerunt de deo sentẽtiã.Erat enim Cornelius hic religiosus & timens deum cum tota domo sua,& faciẽs eleemosynas multas in populo,& orans deum semper. Vidit ergo circa horam nonam diei,angelum dei intrãtem ad se,& dicentẽ, eleemosynę tuæ ascẽderũt in recõmemorationẽ in cõspectu dei. Propter quod mitte ad Simonẽ qui uocatur Petrus.Petrus aũt cum uidisset reuelationẽ,in qua respondit ad eum cœlestis uox:Quæ deus emundauit tu ne cõmune dixeris, hoc ideo,quoniã qui per legem inter mũda &immũda distinxit deus, hic emũdauit gentes per sanguinẽ filĩ sui,quem & Cornelius colebat, ad quem Petrus ueniens dixit,in ueritate cõperi quoniã non est personarum acceptor deus,sed in omni gente,qui timet eum,& operatur iustitiam acceptabilis ei est,Manifeste significans,quoniam quem antea deum timebat Cornelius,quẽ per legẽ & prophetas audierat,propter quẽ & eleemosynas faciebat,hic in ueritate est deus. Deerat aũt ei agnitio,propter quod adiecit: Vos scitis quod factũ est uerbũ per omnem Iudæam,incipiens enim à Galilæa post baptismũ quidẽ prędicauit Ioannes Iesum à Nazareth, quemadmodũ unxit eum deum spiritu sancto & uirtute:ipse circuiuit benefaciens &curans omnes,qui oppressi erãt à diabolo,quoniã deus erat cum eo. Et nos testes sumus omnium

eorum

eorum,quæ fecit in regione Iudæorū & in Hieruſalem, quem & inter fecerunt ſuſpẽdentes in ligno: hũc deus excitauit tertia die & dedit eũ manifeſtum fieri,non omni populo,ſed teſtib.nobis prædeſtinatis ab eo,qui cum eo & mãducauimus & bibimus poſt reſurrectionẽ à mortuis.Et præcepit nobis annũciare populo & teſtificari,quoniã ipſe eſt prædeſtinatus à deo iudex uiuorum & mortuorũ.Huic oẽs prophetæ teſtimoniũ reddunt, remiſsionẽ peccatorũ accipere per nomẽ eius omnem credentem in eum.Filium ergo dei quem ignorabãt homines annuntiabant apoſtoli,& aduentum eius,his qui ante inſtructi erãt de deo,ſed nõ alterum deum inferebãt. Si enim tale aliquid ſciret Petrus, libere gentibus prædicaſſet alterum quidem Iudæorũ,alterũ aũt Chriſtianorum eſſe deum,qui quidem propter uiſionẽ angeli cõterriti omnes quæcunq; eis dixiſſet credidiſſent. Ex uerbis autẽ Petri manifeſtũ eſt quoniam præcognitum quidem eis deum cuſtodiuit,filiũ autẽ dei Ieſum Chriſtum eſſe teſtificatus eſt ipſis,iudicem uiuorum & mortuorum,in quo baptizari eos iuſsit in remiſſionem peccatorum:& nõ tantum hoc,ſed & Ieſum Chriſtum eſſe filium dei teſtificatus eſt,qui & unctus ſpiritu ſancto Ieſus Chriſtus dicitur.Et eſt hic idẽ ex Maria natus quemadmodum Petri continet teſtificatio.An nũquid perfectam tũc cognitionem nondum habebat Petrus,quam poſtea adinuenerũt hi? Imperfectus igitur ſecundũ hos Petrus,imperfecti autẽ & reliqui apoſtoli,& oportebit eos reuiuiſcentes horũ fieri diſcipulos,ut & ipſi perfecti fiant.Sed & hoc quidem ridiculum eſt. Arguuntur uero iſti non quidem apoſtolorũ,ſed ſuæ malæ ſentẽtiæ eſſe diſcipuli. Propter hoc autem & uariæ ſententiæ ſunt uniuſcuiuſq; eorũ recipientes errorem quemadmodum capiebat.Eccleſia uero per uniuerſum mundum ab apoſtolis firmum habens initium,in una & eadẽ de deo,& de filio eius perſeuerat ſententia. Philippus aũt rurſus ſpadoni reginæ Æthiopũ reuertẽti à Hieroſolymis,& legẽti Eſaiã prophetã ſolus ſoli quẽ annũtiauit? Nõne eũ de quo dixit ꝓpheta. Tanq; ouis ad occiſionẽ ductus eſt,quẽadmodũ agnus ante tondentẽ ſe ſine uoce,ſic non aperuit os ſuum.natiuitatẽ eius quis enarrauit? quoniã tolletur à terra uita eius:hũc eſſe Ieſum & impletã eſſe in eo ſcripturã, quẽadmodũ ipſe eunuchus credẽs,& ſtatim poſtulãs baptizari dicebat,Credo filiũ dei eſſe Ieſum. qui & miſſus eſt in regiones Æthiopiæ, prædicaturus hoc quod ipſe crediderat,deũ quidẽ unũ per prophetas prædicatũ, huius uero filiũ feciſſe ſecundũ hominẽ aduentũ,& ut ouem ad uictimã ductũ,& reliqua quæcunq; prophetæ dicunt de eo.Paulus quoq; & ipſe poſteaq; de cœlo locutus eſt ad eum dominus,& oſtẽdit quoniã ſuũ dominum perſequeretur,perſequẽs diſcipulos eius.& miſit Ananiã ad eũ,ut iterum uideret & baptizaretur:in ſynagogis,ait,in Damaſco prædicabat

cum omni fiducia Iesum, quoniã hic est Christus filius dei. Hoc est mysteriũ, quod dicit per reuelationẽ manifestatũ sibi, quoniã qui passus est sub Pontio Pilato, hic dominus est omniũ, & rex & deus & iudex, ab eo qui est omniũ deus accipiens potestatẽ, quoniã subiectus factus est usq; ad mortem, mortẽ autem crucis. Quoniã hoc uerum est Athenienſibus euangelizans in Ariopago, ubi Iudæis non assistentib. licebat ei cum fiducia uerum prædicare deum, dixit eis. Deus qui fecit mũdum & omnia quæ in eo sunt, hic cæli & terræ dominus existẽs, nõ in manufactis templis inhabitat, nec à manibus humanis tractatur, tanq; alicuius indigens, cum ipse omnibus dederit uitam & spiritum, & omnia fecerit, qui fecit ex uno sãguine omne genus hominũ inhabitare super faciem totius terrę, præfiniẽs tempora, secundum determinationẽ inhabitationis eorum, quærere illud quod est diuinũ, si quomodo tractare possint illud aut inuenire, quãuis etiã nõ longe sit ab unoquoq; nostrum: in ipso enim uiuimus, mouemur, & sumus, & quemadmodũ quidam secũdum uos dixerũt, huius enim & genus sumus. Genus igitur cum simus dei, non oportet nos putare id quod est diuinum, simile esse auro uel argento, uel lapidi per artem uel cõcupiscẽtiam hominis deformato. Tempora ergo ignorantiæ despiciens deus, nũc præcepit hominibus omnibus ubiq; pœniteri in ipsum, quoniã cõstituit diem iudicari orbẽ terræ in iustitia, in uiro Iesu, in quo statuit fidem, excitãs eum à mortuis. Hoc autem in loco nõ solum factorẽ mundi deum eis annuntiat non assistẽtibus Iudæis, sed & quoniam unum genus humanum fecit inhabitare super omnem terram. Quemadmodũ & Moyses ait, quando diuisit altissimus gentes, quẽadmodũ dispersit filios Adã statuit terminos gentiũ, secundum numerũ angelorũ dei. Populũ aũt qui credit deo, iam nõ esse sub angelorũ potestate, sed sub domini: populus eius Iacob, funiculũ hæreditatis eius Israel. Et iterum Lystris Lyciæ cum esset Paulus cum Barnaba, & à natiuitate claudum in nomine domini nostri Iesu Christi ambulare fecisset, & cũ turba honorare eos uellet quemadmodum deos, propter admirabile factum, ait eis, Nõne similes uobis sumus homines, euãgelizãtes uobis deum uiuum, qui fecit cœlum & terram & mare, & omnia quæ in eis sunt? Qui in præteritis tẽporibus permisit omnes gentes abire uias suas, quanq; non sine testimonio semetipsum reliquit benefaciens, de cœlo dans pluuias & tẽpora fructifera, adimplẽs cibo & hilaritate corda nostra. Quoniã aũt his annuntiationibus eius omnes epistolæ cõsonant, ex ipsis epistolis ostendimus apto in loco exponentes Apostolum: nobis autẽ conlaborantibus his ostensionibus, quæ ex scripturis sunt, & quę multifarie dicta sunt, breuiter & cõpendiose annũtiantibus, & tu cum magnanimitate intende eis, & non longiloquium putare, hoc intelligens, quoniã

μακροθυμία μακρολογία

ostẽ-

ostensiones quæ sunt in scripturis,nõ possunt ostendi,nisi ex ipsis scri pturis.Stephanus aũt iterum qui electus est ab apostolis primus diaco nus,qui & primus ex omnibus hominib.sectatus est uestigia martyrũ domini,propter Christi confessionẽ primus interfectus, fiducialiter lo quens populo,& docens eos dicẽs.Deus gloriæ uisus est patri nostro Abrahæ,& dixit ad eum,Exi de terra tua & de cognatione tua,&ueni in terrã quam demonstrabo tibi. & transtulit illum in terrã hanc, quã nunc & uos inhabitatis, & non dedit ei hæreditatẽ in ea, nec gressum pedis,sed promisit dare ei in possessionẽ eam,& semini eius post eum. Locutus est aũt sic deus ad eum,quoniã erit semẽ eius peregrinũ in ter ra aliena,& in seruitutẽ redigentur & uexabũtur annis quadringẽtis, & gentẽ cui seruiẽt,iudicabo ego,dicit dominus. Et postea exiẽt & ser uient mihi in isto loco.& dedit ei testamentũ circumcisiõis, & sic gene rauit Isaac.Et reliqua aũt uerborũ eius eundem deum annũtiant,qui fe cit cum Ioseph & cũ patriarchis,qui & colloquutus est Moysi:& om nem apostolorũ doctrinã unum & eundem deum annũtiasse,qui trã stulit Abraham,qui ꝓmissionẽ hæreditatis ei fecit,qui testamentũ cir cumcisionis apto tẽpore dedit, qui ex Ægypto uocauit semen eius ser uatũ manifeste per circumcisionẽ : in signo enim dedit eam, ut non si miles essent Ægyptijs.Hunc factorẽ omniũ,hunc patrẽ domini nostri Iesu Christi,hũc deum claritatis ex ipsis sermonib. & Actibus aposto lorũ uolentes discere possunt,& contemplari,quoniã unus hic deus su per quem alius non est.Si aũt erat super hunc alius deus,ex abundanti per cõparationem diceremus,hic illo melior est.Melior enim ex operi bus apparet,quẽadmodũ & prædiximus,& cum illi nullum patris sui opus habeant ostendere,hic solus ostẽditur deus. Si quis aũt ægrotãs circa quæstiones,ea quæ ab apostolis de deo dicta sunt allegorizanda existimat,prędictos sermones nostros discutiat,in quibus unũ deũ cõ ditorem & factorẽ omniũ ostẽdimus,& ea quæ ab illis dicũtur destru ximus & denudauimus:& inueniet cõsonantes eos apostolorũ doctri næ,& sic habere quẽadmodum docebant & persuadebantur, quoniã unus est fabricator omnium deus:& cum repulerit à sententia sua tan tum errorem,& eam quæ est aduersus deum blasphemiam, & à semet ipso inueniet rationem, cognoscens & eam quæ est secũdum Moysen legem,& gratiã noui testamenti,utraq; apta tẽporibus, ad utilitatẽ hu mani generis ab uno & eodem præstita deo.Omnes enim qui sunt ma læ sententię, moti ab ea legislatione, quæ est secundum Moysen,dissi milem eam & contrariam euangelij doctrinæ arbitrantes,iam nõ sunt cõuersi,uti differentiæ utriusq; testamẽti inquirerẽt causas.Deserti igi tur cum sint à paterna dilectione,& inflati à satana,cõuersi in Simonis magi doctrinam,abstiterunt sententijs ab eo qui est deus,&putauerũt

quod

quod à semetipsis plus inuenissent quàm apostoli,alterũ deum adinue nientes.Et apostolos quidem adhuc quæ sunt Iudæorũ sentientes, an nunciasse Euangeliũ,se autẽ synceriores & prudẽtiores apostolis esse. Vnde & Marcion,& qui ab eo sunt,ad intercidendas cõuersi sunt scri pturas,quasdam quidem in totũ non cognoscentes,secundum Lucam autẽ Euangelium & epistolas Pauli decurtantes,hæc sola legitima esse dicunt,quæ ipsi minorauerũt.Nos aũt etiã ex his,quę adhuc apud eos custodiuntur,arguemus eos donante deo,in altera cõscriptione.Reli qui uero omnes falso scientiæ nomine inflati, scripturas quidẽ cõfiten tur,interpretationes uero cõuertunt,quemadmodũ ostẽdimus in pri mo libro.Et quidẽ hi qui à Marcione,statim blasphemant fabricatorẽ, dicẽtes eum malorum fabricatorẽ, propositum initij sui intolerabilio rem habentes,duos naturaliter dicẽtes Deos,distantes inuicem,alterũ quidem bonum,alterum aũt malum.Hi autem qui sunt à Valẽtino no minibus honestius utentes & patrem & dominũ, & deum hũc qui est fabricator ostendentes, propositũ siue sectam blasphemiorem habẽt, neq; ab aliquo ex his quę sunt intra plenitudinẽ æonibus dicẽtes eum emissum,sed ab ea labe quę extra pleroma expulsa.Hæc autem omnia contulit eis scripturarũ & dispositionis dei ignorantia.Nos aũt & cau sam differentiæ testamentorũ, & rursum unitatẽ & consonantiã ipso rum,in his quæ deinceps futura sunt referemus.Quoniã aũt & aposto li & discentes ipsorum sic docebãt,quemadmodũ ecclesia prędicat, & sic docentes perfecti fuerũt,† propter quod euocabantur ad perfectũ: Stephanus hæc docens adhuc cum super terrã esset,uidit gloriã dei,& Iesum ad dexterã.Et dixit.Ecce uideo cœlos apertos, & filiũ hominis stãtem à dextris dei.Et hæc dixit & lapidatus est, & sic perfectã doctri nam adimpleuit,per omnia martyrij magistrũ imitãs & postulans pro eis qui se interficiebant,& dicens,Domine ne statuas illis hoc peccatũ. Sic erãt perfecti, qui unum & eundẽ deum ab initio usq; ad finẽ uarijs dispositionibus assistentem humano generi sciebãt,quemadmodũ ait Osee propheta:Ego uisiões impleui,& in manibus prophetarũ assimi latus sum.Qui ergo usq; ad mortẽ tradiderunt animas propter Euãge lium Christi,quomodo poterant secundũ insitam opinionem homini bus loqui? Quod ipsum si fecissent nõ paterentur,sed quoniã cõtraria his,qui nõ assentiebant ueritati prædicabãt,ideo & passi sunt.Manife stum est ergo quoniã non derelinquebant ueritatẽ,sed cum omni fidu cia Iudæis & Græcis prædicabãt.Iudęis quidẽ Iesum,eum qui ab ipsis crucifixus est esse filiũ dei,iudicem uiuorũ & mortuorũ,à patre accepis se æternum regnum in Israel, quẽadmodum ostẽdimus: Græcis uero unum deum qui omnia fecit, & huius filium Iesum Christum annun ciãtes.manifestius autem hoc ostẽditur ex apostolorũ epistola, quam

Propter quod sæpe usurpat pro, eo quod

neq;

neq; Iudæis, neq; Græcis, sed ipsis qui ex gẽtibus in Christũ credebãt confirmantes fidem ipsorũ miserunt. Cum enim descendissent quidã à Iudæa in Antiochiam, in qua & primũ omnium discipuli domini ꝓpter fide, quam in Christo habebant, uocati sunt Christiani, & suaderẽt eis qui crediderãt in dominũ circuncidi, & reliqua secundũ legis obseruationem perficere, & ascendissent, Paulus & Barnabas Hierosolymã ad alteros apostolos propter hãc quæstionẽ, & uniuersa ecclesia cõuenisset in unum Petrus dixit eis: Viri fratres, uos scitis quoniã à dieb. antiquis in uobis deus elegit, ut ex ore meo audirẽt gentes uerbum euãgelij & crederent, & cordis inspector deus testimoniũ perhibuit eis, dãs eis spiritum sanctũ, sicut & nobis, & nihil discreuit inter nos & ipsos, emundãs per fidem corda illorum. Nunc igitur quid tentatis imponere iugum super ceruicẽ discipulorũ, quod neq; patres nostri, neq; nos ualuimus portare, sed per gratiã domini nostri Iesu Christi credimus nos posse saluari, quõ & illi. Post quẽ Iacobus dixit: uiri fratres, Simõ retulit quemadmodũ deus excogitauit accipere ex gentibus populũ nomini suo, & sic conueniunt sermones prophetarũ, sicut scriptũ est, Post hæc reuertar, & reædificabo tabernaculũ Dauid quod cecidit, & disturbata eius ædificabo, & erigam illud, uti requirãt reliqui hominũ dominũ, & omnes gentes in quibus inuocatum est nomen meũ super eos, dicit dominus faciens hæc. Cognitũ à seculo est deo opus eius, ꝓpterea ego secundũ me iudico, nõ molestari eos, qui ex gẽtibus cõuertũtur ad deum, sed præcipiendũ eis, uti abstineãt à uanitatib. Idolorũ, & à fornicatione, & à sanguine, & quæcũq; nolũt sibi fieri, alĳs ne faciant. Et cũ hæc dicta essent, & omnes cõsensissent, scripserũt eis sic. Apostoli & presbyteri fratres, his qui sunt in Antiochia, & Syria & Cilicia fratribus ex gẽtibus salutẽ. Qm̃ audiuimus quia ex nobis quidã exeũtes turbauerunt uos sermonibus, destruẽtes animas uestras, quib. non præcepimus dicentes: Circuncidimini & seruate legem, placuit nobis cõueniẽtibus in unum, electos uiros mittere ad uos, cum dilectissimis nostris Barnaba & Paulo, hominibus qui tradiderunt animã suã pro nomine domini nostri Iesu Christi. Misimus igitur Iudam & Sileã & ipsos per sermonem annunciantes nostram sententiã. Placuit em̃ sancto spiritui & nobis, nullũ amplius uobis põdus imponere, cꝑ hęc quę sunt necessaria, ut abstineatis ab Idolothytis, & sanguine, & fornicatione, & quæcũq; nõ uultis fieri uobis, alĳs ne faciatis, à quib. custodientes uos ipsos bene agitis, ambulãtes in spiritu sancto. Manifestũ est igitur ex his om̃ibus, quoniã non alterũ patrẽ esse docebãt, sed libertatis nouũ testamẽtũ dabãt his, qui noue in deũ per spiritũ sanctũ credebãt. Ipsi aũt ex eo ꝙ quærerẽt, an oporteret circũcidi adhuc discipulos nec ne, manifeste ostenderũt nõ habuisse se alterius dei cõtemplationem.

Cæte-

Cæterum non talem timorẽ circa primũ habuiſſent teſtamentũ, ut nec cum ipſis quidem cõueſci uellent. Nam & Petrus quãuis ad catechizãdos eos miſſus eſſet, & tali uiſione cõterritus fuiſſet, cum timore tamẽ multo locutus eſt ad eos dicens: ipſi ſcitis quoniã nõ eſt fas uiro ludæo coniungi aut cõuenire cum allophylo: mihi aũt deus oſtendit, neminẽ communẽ aut immundũ dicere hominẽ, quapropter ſine cõtradictione ueni: his ſermonibus ſignificans, quoniã non abiſſet ad eos, niſi miſſus fuiſſet: ſic neq; baptiſma facile dediſſet niſi ſpiritu ſancto requieſcẽte ſuper eos, prophetantes eos audiſſet, & propter hoc dixit: Nunquis aquam uetare poteſt ad baptizandum hos qui ſpiritũ ſanctum acceperunt, quemadmodum & nos, ſuadẽs ſimul his qui ſecum erãt, & ſignificãs, quoniã niſi ſpiritus ſanctus ſuper eos requieuiſſet, exiſteret, qui eos prohiberet à baptiſmate. Hi autem qui circa Iacobũ Apoſtoli, gẽtibus quidem libere agere permittebant, concedentes nos ſpiritui dei. Ipſi uero ſcientes eundem eſſe deum, perſeuerabãt in priſtinis obſeruationibus, ita ut & Petrus quoq; timens ne culparetur ab ipſis, ante mãducans cum gentibus propter uiſionem, & propter ſpiritum ſanctum qui requieuerat ſuper eos, cum tamen adueniſſent quidã ab Iacobo, ſe parauit ſe, & non manducauit cum eis. hoc ipſum autẽ dixit Paulus & Barnabam feciſſe. Sic apoſtoli quos uniuerſi actus, & uniuerſæ doctrinæ dominus teſtes fecit, ubiq; enim ſimul cum eo aſsiſtentes inueniũtur Petrus, & Iacobus & Ioannes, religioſe agebant circa diſpoſitionẽ legis, quæ eſt ſecundũ Moyſen, ab uno & eodem ſignificãtes eſſe deo. Quod quidem non feciſſent ſecundũ quæ prædiximus, ſi præter eum qui legis diſpoſitionem fecit, alterum patrem à domino didiciſſent.

Aduerſus eos, qui dicunt tantum Paulum ex Apoſtolis cognouiſſe ueritatem. Cap. XIII.

EOs autem qui dicũt ſolum Paulum ueritatem cognouiſſe, cui per reuelationem manifeſtatum eſt myſterium, ipſe Paulus cõuincat eos, dicens, unũ & ipſum deum operatũ Petro in apoſtolatu circũciſionis, & ſibi in gentes. Ipſius ergo dei Petrus erat apoſtolus, cuius & Paulus. Et quẽ Petrus in circũciſione annũciabat deum & dei filiũ, hũc & Paulus in gẽtes. Neq; enim ut ſolũ Paulum ſaluaret uenit dominus noſter, nec ſic pauper deus, ut unũ ſolum haberet Apoſtolũ, qui diſpoſitionẽ filij ſui cognoſceret. Et Paulus autẽ dicens, Quàm ſpecioſi pedes euangelizantiũ bona, euangelizantiũ pacem, manifeſtũ facit quoniã non unus ſed plures erãt, qui ueritatem euãgelizabãt. Et rurſus in epiſtola quæ eſt ad Corinthios, cũ prædixiſſet omnes, qui deũ poſt reſurrectionẽ uiderunt intulit: Siue aũt ego, ſiue illi, ſic annunciamus, & ſic credidiſtis: unã & eandẽ prædicationẽ confitens omniũ eorũ, qui deũ uiderũt poſt reſurrectionẽ à mortuis. Et dominus aũt Philippo uolẽti

patrem

patrem uidere respondit. Tanto tempore uobiscū sum, & me non cognouistis? Philippe qui uidet me, uidet & patrē meum. Quō tu dicis, ostende nobis patrem? ego enim in patre, & pater in me est, & amodo cognouistis eū, et uidistis eū. Quibus ergo dominus testimoniū dixit, quoniam & cognouerūt in ipso, & uiderunt patrē, pater autē ueritas, hoc dicere nō cognouisse ueritatem, est hominū falsum testimoniū, & eorū qui alienati sunt à Christi doctrina. Ad quid enim mittebat dñs duodecim apostolos ad oues quæ perierāt domus Israel, si ueritatem nō cognouerūt? Quō autē & lxx. prædicabāt, nisi ipsi prius ueritatem prædicationis cognouissent? Aut quō Petrus ignorare potuit, cui do minus testimonium dedit, Quoniā caro & sanguis nō reuelauit ei, sed pater qui in cœlis est? Sicut ergo Paulus apostolus nō ab hominibus, neq; per hominē, sed per Iesum & deum patrē, filio quidem adducente eos ad patrem, patre uero reuelante eis filium. Quoniam autem his qui ad apostolos uocauerunt eum, de quæstione acquieuit Paulus, & ascendit ad eos cum Barnaba in Hierosolymam, non sine causa, sed ut ab ipsis libertas gentilium confirmaretur, ipse ait in ea quæ ad Galatas est epistola. Deinde post xiiij annos ascendi in Hierosolymā cum Barnaba, assumens & Titum. Ascendi autem secundū reuelationē, & contuli cum eis euangelium quod prædico inter gentes, Et iterum ait: Ad horam cessimus subiectioni, uti ueritas euāgelij perseueret apud uos. Si quis igitur diligenter ex Actibus apostolorum scrutetur tempus, de quo scriptum est ascendisse Hierosolymā propter prædictam quæstionem, inueniet eos qui prædicti sunt à Paulo annos concurrentes, sicut est consonans, & uelut eadem tam Pauli annunciatio, quàm & Lucæ de apostolis testificatio.

De sectatore Apostolorū Luca, quæ sunt quæ in Euāgelio per solum Lucam cognouimus. Cap. XIIII

QVoniam aūt is Lucas inseparabilis fuit à Paulo cooperarius eius in euangelio, ipse facit manifestū, non glorians, sed ab ipsa productus ueritate. Separatis enim, inquit, à Paulo Barnaba & Ioāne, qui uocabatur Marcus, & cum nauigassent Cyprum, nos uenimus in Troadam: & cum uidisset Paulus per somniū uirum Macedonē dicentem sibi, ueniēs in Macedoniam opitulare nobis Paule, statim ait, quæsiuimus proficisci in Macedoniā, intelligētes qnoniā prouocauit nos dominus euangelizare eis. Nauigantes igitur, à Troade, direximus nauē in Samothracen: & deinceps reliquū omnē ipsorū usq; ad Philippos aduentū diligēter significat, & quemadmodū primū sermonē loquuti sunt. Sedentes em̄, loquuti sumus mulieribus quæ cōuenerant, & quinam crediderūt, & q̄p multi. Et iterum ait: Nos aūt nauigauimus post dies Azymorū à Philippis, & uenimus Troadam, ubi & cōmorati sumus diebus septē. Et reliqua omnia ex ordine cū Paulo refert, oñi dili

gentia demõstrans & loca,& ciuitates,& quantitatẽ dierũ,quoadusq; Hierosolymam ascẽderent,& quæ illic cõtigerint Paulo,quemadmodũ uinctus Romã missus est, & nomẽ Centurionis qui susceptit eũ,& patarense nauigium,& quemadmodũ naufragium fecerunt, & in qua liberati sunt insula, & quemadmodũ humanitatem ibi perceperunt, Paulo curãte principẽ ipsius insulæ, & quemadmodũ inde Puteolos nauigauerunt,& inde Romam peruenerũt,& quãto tempore Romæ commorati sunt. Omnibus his cum adesset Lucas diligenter conscripsit ea,uti neq; mendax,neq; elatus deprehẽdi possit, eo quod omnia hæc constarent,& seniorẽ eũ esse omnibus qui nunc aliud docẽt,neq; ignorare ueritatem. Quoniã non solum prosequutor,sed & cooperarius fuit apostolorũ,maxime aũt Pauli,Et ipse aũt Paulus manifestauit in epistolis,dicens:Demas me dereliquit,& abijt Thessalonicam,Crescens in Galatiam,Titus in Dalmatiam,Lucas est mecum solus. Vnde ostendit quod semper iũctus ei,& inseparabilis fuerit ab eo.Et iterum in epistola quæ est ad Colossenses ait:Salutat uos Lucas medicus dilectus.Si aũt Lucas quidẽ, qui semper cũ Paulo prædicauit, & dilectus ab eo est dictus,& cum eo euangelizauit. & creditus est referre nobis euãgeliũ,nihil aliud ab eo didicit,sicut ex uerbis eius ostẽsum est,quẽadmodũ hi,qui nunquã Paulo adiuncti fuerunt,gloriantur abscõdita & inenarrabilia didicisse sacramenta? Quoniã autẽ Paulus simpliciter quæ sciebat,hæc & docebat,non solum eos,qui cum eo erant,uerũ omnes audiẽtes,se ipse facit manifestũ.In Mileto enim cõuocatis episcopis & presbyteris,qui erant ab Epheso,& à reliquis proximis ciuitatibus,quoniã ipse festinauit Hierosolymis Pẽtecosten agere,multa testificãs eis,& dicẽs quæ oporteret ei Hierosolymis euenire, adiecit:Scio quoniã iã nõ uidebitis faciẽ meã, testificor igitur uobis hac die,quoniam mundus sum à sanguine omniũ. Nõ enim subtraxi uti non annunciarem uobis omnẽ sententiã dei.Attendite igitur & uobis,& oĩ gregi,in quo uos spiritus præposuit episcopos regere ecclesiã domini, q̃ sibi constituit per sanguinẽ suum.Deinde significãs futuros malos doctores,dixit,Ego scio quoniã adueniẽt post discessum nostrũ lupi graues ad uos,non parcentes gregi.Et ex uobis ipsis exurgent uiri loquẽtes peruersa,uti conuertant discipulos post se.Nõ subtraxi,inquit, uti non annunciarem omnem sententiam dei uobis. Sic apostoli simpliciter & nemini inuidentes quæ didicerant ipsi à domino, hæc omnib. tradebant.Sic igitur & Lucas nemini inuidẽs,ea quæ ab eis didicerat, tradidit nobis,sicut ipse testificatur dicens:quẽadmodũ tradiderũt nobis,qui ab initio contẽplatores & ministri fuerunt uerbi.Si aũt quis refutet & Lucam quasi nõ cognouerit ueritatẽ,manifestus erit proĵciẽs euangelium,cuius non dignatur esse discipulus. Plurima enim & ma-

gis

gis neceſſaria euangelij per hunc cognouimus, ſicut Ioānis generatio nem & de Zacharia hiſtoriā, & aduentū angeli ad Mariam, & exclamationē Eliſabet, & angelorū ad paſtores deſcēſum, & ea quæ ab illis dicta ſunt, & Annę, & Simeonis de Chriſto teſtimoniū, & quod duo decim annorū in Hieruſalē relictus ſit, & baptiſmum Ioannis, & quot annorū dominus baptizatus ſit, & quia in quintodecimo anno Tyberij Cęſaris. & in magiſterio illud, quod ad diuites dictū eſt: Væ uobis diuites, quoniā percipitis conſolationē ueſtram. Et uæ uobis qui ſatiati eſtis, quoniā eſurietis. Et qui ridetis nunc, quia plorabitis. Et uę uobis cū benedixerint uos hōmines omnes. Secundū hæc enim faciebāt & pſeudoprophetis patres ueſtri. Et omnia huiuſmodi per ſolū Lucā cognouimus, & plurimos actus domini per hunc didicimus, quib. & omnes utuntur. Et multitudinē piſciū quā concluſerunt hi qui cū Petro erāt iubēte dño, ut mitterēt retia. Et illa quę per octodecim annos paſſa curata fuerat mulier die ſabbatorū. Et de hydropico, quē curauit dominus die ſabbatorū, & quemadmodū diſputauit, quod curauit in hac die. Et quemadmodū docuit diſcipulos primos diſcubitus nō appetere. Et quoniā pauperes & debiles uocare oportet, qui nō habēt retribuere. Et q pulſauit nocte ſumere panes, et propter inſtantiā importunitatis ſumit: & quō apud phariſæū recūbente eo, peccatrix mulier oſculabatur pedes eius, & unguēto ungebat, & quęcūqꝫ propter eam dixit ad Simonē de duobus debitoribus: & de parabola diuitis illius, qui recluſit quæ ei nata fuerāt, cui & dictū eſt, in hac nocte expoſtulabunt animā tuam à te. quæ aūt præparaſti, cuius erūt? Similiter aūt & diuitis illius qui ueſtiebatur purpura, & iocūdabatur nitide, & egenū Lazarū: & eam quam ad diſcentes ſuos dixit reſponſionē, quando dixerunt ei, adĳce nobis fidem. Et eam quæ ad Zachæum publicanū facta eſt confabulationē. Et de phariſæo & publicano, qui ſimul adorabant in tēplo. Et de decē leproſis, quos ſimul emūdauit in uia. Et quoniā de uicis & plateis claudos & cæcos iuſsit colligi ad nuptias, & parabolā iudicis, qui deum nō timebat, quē inſtantia uiduæ fecit, ut uindicaret eam. Et de arbore fici quę erat in uinea, quę nō faciebat fructū. Et alia multa ſunt, quę inueniri poſſunt à ſolo Luca dicta eſſe, quib. & Marcion & Valentinus utuntur. Et ſuper hęc omnia poſt reſurrectionem in uia ad diſcipulos quæ locutus eſt, & quemadmodū cognouerunt eum in fractione panis. Neceſſe eſt igitur & reliqua quę ab eo dicta ſunt, recipere eos, aut & his renuntiare, Nō em̄ cōceditur eis ab his qui ſenſum habēt, quædā quidē recipere ex his quę à Luca dicta ſunt, quaſi ſint ueritatis, quædā uero refutare quaſi non cognouiſſet ueritatem. Et ſi quidē refutauerint hi qui à Marcione ſunt, non habent euangelium, hoc enim quod eſt ſecundū Lucam, quemadmodū prædixi-

mus decurtantes, gloriantur se habere euangelium. Hi uero qui a Valentino sunt, cessabunt à plurimo uaniloquio suo: ex hoc enim multas occasiones subtilis eloquij sui acceperunt, interpretari audentes male, quæ ab hoc bene sunt dicta: aut & reliqua suscipere cogẽtur intendentes perfecto euangelio, & apostolorum doctrinæ oportet eos pœnitentiam agere, ut saluari à periculo possint.

Aduersus eos qui frustrantur Paulum apostolum. Cap. XV.

EAdem aũt dicimus iterũ & his qui Paulum apostolũ non cognoscunt, quoniã aut reliquis uerbis euãgelij, quæ per solum Lucam in nostrã uenerunt agnitionẽ, renuntiare debent, & nõ uti eis: aut si illa recipiunt omnia, habent necessitatẽ recipere etiã eam testificationẽ quæ est de Paulo, dicente ipso, Primũ quidem dominũ ei de cœlo locutũ, Saule, Saule, quid me persequeris? Ego sum Iesus Christus, quẽ tu persequeris: deinde Ananiæ de eo dicẽte: Vade, quoniã uas electionis mihi est iste, ut portet nomen meũ in gentibus, & regibus, & filijs Israel. Ego enim demõstrabo ei ex ipso, quanta oportet eum pati propter nomẽ meũ. Qui igitur nõ recipiũt eũ qui sit electus à deo ad hoc, ut fiducialiter portet nomẽ eius, quod sit missus ad quas prædiximus gentes, electionẽ domini cõtemnunt, & seipsos segregãt ab apostolorum cõuentu. Neq; eñ contendere possunt Paulũ non esse apostolũ, quãdo in hoc sit electus: neq; Lucam mendacẽ esse possunt ostẽdere, ueritatẽ nobis cum omni diligẽtia annunciantẽ: fortasis enim & propter hoc operatus est deus plurima euãgelia ostẽdi per Lucã, quibus necesse est hærere omnes, uti sequenti testificationi eius, quã habet de actibus & doctrina apostolorũ, omnes sequentes, & regulã ueritatis inadulteratã habẽtes, saluari possint. Igitur testificatio eius uera & doctrina apostolorũ manifesta & firma, & nihil subtrahẽs, neq; alia quidem in abscõdito, alia uero in manifesto docentiũ. Hoc enim fictorũ, & praue seducentiũ, & hypocritarum est molimen, quemadmodũ faciunt hi qui à Valẽtino sunt. Hi enim ad multitudinẽ propter eos qui sunt ab ecclesia, quos cõmunes ecclesiasticos ipsi dicunt, inferũt sermones, per quos capiunt simpliciores, & in delitijs eos simulãtes nostrũ tractatũ ut sæpius audiãt: qui & quærũtur de nobis, qđ cũ similia nobiscũ sentiãt, sine causa abstineamus nos à cõmunicatione eorũ, & cũ eadẽ dicant, & eandem habeant doctrinã, uocemus illos hæreticos: & cum deiecerint aliquos à fide per quæstiones quæ fiunt ab eis, necnõ cõtradicẽtes auditores suos fecerint, his separatim inenarrabile plenitudinis suæ enarrãt mysteriũ. Decipiũtur aũt omnes, quia quod est in uerbis uerisimile se putãt posse discere à ueritate: suasorius eñ, & uerisimilis est, exquirens fucos error, sine fuco aũt est ueritas, & propter hoc pueris credita est. Et si aliquis quidẽ ex his qui audiũt eos, quærat

solutio-

solutiones,uel cõtradicat eis, hunc quasi non capientem ueritatem, & non habentẽ de superioribus à matre sua semen affirmantes, in totum nihil dicunt ei,mediarum partiũ dicentes esse illum,hoc est Psychicorum.Si autem aliquis quasi paruũ ouum deditũ,semetipsum ipsis prę beat imitationi illorum,& redemptionẽ illorum consecutus est,inflatus est iste talis,neq; in cœlo, neq; in terra putat se esse,sed intra pleroma introisse,& complexũ iam angelum suum,cum instítorio & supercilio incedit,gallinacei elationẽ habens.Sunt aũt apud eos qui dicunt oportere bonam conuersationẽ assequi eum hominẽ, qui sit desuper ueniens, propter hoc & fingunt quodã supercilio grauitatẽ. Plurimi autem & contemptores facti, quasi iam perfecti, sine reuerentia & in contẽptu uiuentes semetipsos spiritales uocant, & se nosse iam dicunt eum qui sit intra pleroma,ipsorum refrigerij locum.

Quæ sit apostolorum sententia de domino nostro Iesu Christo. Cap. XVI.

NOs autem reuertamur ad eundem tractatũ. Cum enim declaratum sit manifeste,quoniã neminem alium deum uocauerunt,uel dominũ nominauerunt,qui ueritatis fuerunt prædicatores,& apostoli libertatis,nisi solum uerũ deum patrem & uerbum eius,qui in omnibus principatũ eius habet, manifeste erit ostensum,factorẽ cœli & terræ,& qui locutus sit cum Moyse,et legis dispositionem ei dederit,qui conuocauerit patres, dominum deum confiteri eos,& alterum neminem nosse. Manifesta igitur & apostolorũ, & discentiũ eorum ex uerbis ipsorum,de deo facta est sententia.

Ostensio,quoniam unus & idem deus,& ipse Christus uerbum dei. Cap. XVII.

QVoniã autem sunt qui dicunt Iesum quidem receptaculũ Christi fuisse,in quẽ desuper quasi columbã descendisse Christũ, & cum indicasset innominabilẽ patrem,incõprehensibiliter et inuisibiliter intrasse in pleroma. Nõ enim solũ ab hominibus,sed ne ab his quidem, qui in cœlo sunt potestatib. & uirtutibus apprehensum eum,& esse filium quidẽ Iesum, patrẽ uero & Christi patrẽ deum. Alij uero putatiue eum passum naturaliter impassibilẽ existentẽ. Qui aũt à Valẽtino sunt,Iesum quidẽ qui sit ex dispositione, ipsum esse qui p Mariã transierit,in quẽ illum de superiori saluatorẽ descendisse,quẽ & Christum dici,quoniã omniũ qui emisissent eum,haberet uocabula:participasse aũt cũ eo q esset ex dispositione, de sua uirtute & suo nomine,ut mors per hunc euacuaretur,cognosceretur aũt pater,per eũ saluatorẽ quidẽ qui desuper descẽdisset,quẽ & ipsum receptaculũ Christi, & uniuersę plenitudinis esse dicũt, lingua quidẽ unum Christũ Iesum cõfitentes, diuisi uero sentẽtia. Etenim hæc est ipsorũ regula,quemadmodũ prædiximus, ut alterũ quidem Christũ fuisse dicant, qui ab unigenito ad correctionẽ plenitudinis præmissus est. Alterũ uero saluatorẽ esse ad

glorificationem patris missum. Alterũ uero ex dispositione, quem & passum dicunt recurrentem in pleroma saluatorẽ, qui Christum portabat. Necesse habemus uniuersam apostolorũ de domino nostro Iesu Christo sententiã habere, & ostendere eos non solum nihil tale sensisse de eo, uerum amplius & significasse per spiritũ sanctum, qui inciperent talia docere summisi à satana, uti quorundã fidem euerterent, & abstraherent eos à uita.

Aduersus eos qui dicunt illum putatiue apparuisse. Cap. XVIII.

ET quoniã Ioãnes unũ & eundẽ nouit uerbũ dei, & hunc esse unigenitũ, & hunc incarnatũ esse pro salute nostra Iesum Christũ dominum nostrũ, sufficienter ex ipsius Ioãnis sermone demõstrauimus. Sed & Matthæus unũ & eundem Iesum Christũ cognoscẽs, eam quę est secundũ hominẽ generationẽ eius ex uirgine exponens, sicut promisit deus Dauid, ex fructu uẽtris eius, & excitaturũ se æternũ regnũ, multo prius Abrahæ eandẽ faciens promissionẽ, ait: Liber generationis Iesu Christi, filij Dauid, filij Abrahã. Dehinc ut liberaret mentẽ nostram à suspicione, quæ est circa Ioseph, ait: Christi autẽ generatio sic erat, Cum esset desponsata mater eius Ioseph, priusquã cõuenirent inuenta est in utero habẽs de spiritu sancto. Dehinc cũ Ioseph cogitaret dimittere Mariã, quoniã prægnans erat, assistentẽ ei angelũ dei & dicentẽ, Ne timueris assumere Mariã cõiugẽ tuam, quod enim habet in utero de spũ sancto est, pariet aũt filium, & uocabis nomẽ eius Iesum. Hic enim saluabit populũ suum à peccatis suis. Hoc aũt factũ est, ut adimpleretur quod dictũ est à dño per Prophetã: Ecce uirgo cõcipiet in utero, & pariet filiũ, & uocabunt nomẽ eius Emanuel, quod interpretatum est nobiscũ deus, manifeste significãs, & eam promissionẽ quæ fuerat ad patres impletã, ex uirgine natum filiũ dei, & hunc ipsum esse saluatorẽ Christum, quem prophetæ prædicauerunt: non sicut ipsi dicunt Iesum quidẽ ipsum esse, qui ex Maria sit natus, Christũ uero qui desuper descendit. Cæterũ poterat dicere Matthęus, Iesu uero generatio sic erat, sed prouidens spũs sanctus deprauatores, & præmuniens contra fraudulentiã eorum per Matthæũ, ait: Christi aũt generatio sic erat. Et quoniã hic est Emanuel, ne forte tantũ eum hominem putaremus, Non enim ex uoluntate carnis, ne cę ex uoluntate uiri, sed ex uoluntate dei, uerbũ caro factũ est: necę alium quidẽ Iesum suspicemur fuisse, sed unũ & eundẽ sciremus deũ esse: hoc ipsum interpretatus est Paulus, scribens ad Romanos: Paulus apostolus Iesu Christi, prædestinatus in euangeliũ, quod promisit per prophetas suos, in scripturis sanctis de filio suo, qui factus est ei ex semine Dauid secundũ carnem. Qui prædestinatus est filius dei in uirtute per spiritũ sanctificationis, ex resurrectione mortuorũ Iesu Christi dñi nostri. Et iterũ ad Roma-

nos

nos scribēs de Israel, dicit: Quorū patres, & ex quibus Christus secundum carnē, qui est deus super omnes benedictus in secula. Et iterū in epistola quę est ad Galatas, ait: Cū aūt uenit plenitudo temporis, misit deus filiū suū, natū ex muliere, factū sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret, ut adoptione percipiamus: manifeste significās unum quidem deū, qui per prophetas promissionē de filio fecerit, unū aūt Iesū Christum dominū nostrū, qui de semine Dauid, secundum eam generationē, quæ est ex Maria: hunc destinatū filiū dei Iesum Cristum in uirtute secundū spiritū sanctificationis ex resurrectione mortuorum, ut sit primogenitus mortuorū, quēadmodū & primogenitus in omni cōditione, filius dei, hominis filius factus, ut per eū adoptationē percipiamus, portante homine & capiente, & cōplectente filium dei. Propter hoc & Marcus ait. Initium euangelij Iesu Christi filij dei quemadmodum scriptum est in prophetis, unum & eundem sciens filiū dei Iesum, qui à prophetis annūciatus est, qui ex fructu uentris Dauid, Emanuel magni cōsilij patris nuntius, per quem oriri fecit deus domui Dauid orientē & iustum, et erexit ei cornu salutis, et suscitauit testimoniū in Iacob, quēadmodū Dauid causas generationis eius disserēs, ait: Et legē posuit in Israel, ut cognoscat generatio altera, filij qui nascētur ex his, & ipsi exurgentes enarrabunt filijs suis, ut ponant in deum spem suam, & præcepta eius exquirāt. Et rursus angelus euāgelizās Mariæ ait, Hic erit magnus, & filius altissimi uocabitur, & dabit ei dñs thronum Dauid patris sui, Eum qui sit filius altissimi, hunc eundem & Dauid filium cōfitens. Cuius & Dauid dispositionē aduentus per spiritū sanctū cognoscens, per quā dominus est omniū uiuorum & mortuorum, dominū confessus est sedentem ad dexterā patris altissimi. Et Simeon aūt ille, qui responsum accepit à spiritu sancto, nō uisurum eum mortem, nisi prius uideret Christū Iesum, hunc ex manibus accipiens uirginis benedixit deū & dixit, Nunc dimittis seruū tuum dñe, secundum uerbū tuum in pace. Quia uiderūt oculi mei salutare tuū. Quod parasti ante faciē omniū populorū, Lumen ad reuelationē gentiū, & gloriā plebis tuæ Israel. Infantē quem in manibus portabat Iesum, natum ex Maria, ipsum cōfitens esse Christū filium Dei, Lumen omniū & gloriam ipsius Israel & pacem, & refrigeriū eorum, qui in dormitionem ierunt. Iam enim expoliabat homines, auferēs ignorantiā ipsorū, suam autē agnitionem eis donans, & dispartitionē faciens eorum, qui cognoscebant eum, quemadmodū Esaias, Voca, inquit, nomen eius, uelociter spolia dispartire. Hæc sunt autem opera Christi. Ipse igitur erat Christus, quem portans Simeon benedixit altissimum, quem pastores cum uidissent, glorificabāt deum: quem Ioannes, cum adhuc in uentre matris suæ esset, & ille in uulua Mariæ, dominum cognoscens,

exultãs ſalutabat. Quem Magi uidentes,& adorãtes,& afferẽtes munera,quæ prædiximus, & ſubſternẽtes ſemetipſos æterno regi, per alteram abierunt uiam,non iam per Aſſyriorũ reuertentes uiam. Priuſquam enim cognoſceret puer uocare patrem, aut matrem,accipiet uirtutem Damaſci, & ſpolia Samariæ, contra regem Aſſyriorũ, occulte quidẽ ſed potẽter omnia manifeſtans,quoniã occulta manu expugnabat dominus Amalech: propter hoc & pueros eripiebat, qui erant in domo Dauid,bene ſortiti illo tempore naſci,ut eos prẽmitteret in ſuũ regnum, ipſe infans cum eſſet, infantes hominũ martyres parans propter Chriſtũ,qui in Bethleem natus eſt Iudæ, in ciuitate Dauid interfectos ſecũdum ſcripturas. Propter quod & dominus diſcipulis poſt reſurrectionẽ dicebat:O inſenſati & tardi corde ad credendũ,in omnibus quæ locuti ſunt prophetæ. Nõne hæc oportebat pati Chriſtũ,& introire claritatẽ ſuam. Et iterũ ait eis, Hi ſunt ſermones quos locutus ſum ad uos,cum adhuc eſſem uobiſcũ,quoniã oportet impleri omnia ſcripta in lege Moyſi & prophetis, & pſalmis de me. Tunc aperuit eorum ſenſum,ut intelligerent ſcripturas,& dixit ad eos,quoniã ſic ſcriptum eſt Chriſtũ pati, & reſurgere à mortuis, & prædicari in nomine eius remiſſionẽ peccatorũ in omnes gentes. Hic autẽ eſt qui ex Maria natus eſt. Oportet enim,inquit,filiũ hominis multa pati,& reprobari, & crucifigi, & die tertio reſurgere. Nõ ergo alterũ filium hominis nouit euangeliũ, niſi hunc qui ex Maria, qui & paſſus eſt. Sed neq; Chriſtum auolantẽ ante paſsionẽ ab Ieſu, ſed hũc qui natus eſt Ieſum Chriſtum nouit dei filiũ, & eundẽ hũc paſſum reſurrexiſſe, quemadmodũ Ioãnes domini diſcipulus cõfirmat dicens: Hæc aũt ſcripta ſunt ut credatis, quoniã Ieſus eſt Chriſtus filius dei, & ut credentes uitam æternam habeatis in nomine eius: prouidens has blaſphemas regulas quę diuidunt dominũ,quantum ex ipſis attinet, ex altera & altera ſubſtantia dicentes eum factũ. Propter quod & in epiſtola ſua ſic teſtificatus eſt nobis. Filioli nouiſsima hora eſt, & quẽadmodũ audiſtis, quoniã Antichriſtus uenit, nunc Antichriſti multi facti ſunt, unde cognoſcimus quoniã nouiſsima hora eſt. Ex nobis exierunt,ſed nõ erant ex nobis:ſi enim fuiſſent ex nobis,permãſiſſent utiq; nobiſcũ,ſed ut manifeſtarẽtur quoniã nõ ſunt ex nobis. Cognoſcite ergo quoniã omne mẽdacium extraneũ eſt, & non eſt de ueritate. Quis eſt mendax, niſi qui negat,quoniam Ieſus non eſt Chriſtus,hic eſt Antichriſtus. Quia aũt omnes qui prædicti ſunt, & ſi lingua quidem cõfitentur unum Ieſum Chriſtũ,ſemetipſos derident, aliud quidẽ ſentientes,aliud uero dicentes. Etenim argumenta illorum uaria, quemadmodũ oſtendimus,alterum quidem paſſum & natũ hunc eſſe Chriſtũ annunciant, & eſſe alterum eorũ,Demiurgi autem qui ſit ex diſpoſitione,uel eum qui ſit ex

Ioſeph

Ioseph, quemcp passibilē argumentātur, alterum uero eorum ab inuisibilibus & inenarrabilib. descendisse, quē & inuisibilē & incomprehensibilem, & impassibilē esse confirmāt, errantes à ueritate, eo quod absistat sententia eorū ab eo, qui est uere deus, nescientes quoniā huius uerbum unitus, qui semper humano generi adest unitus & cōsparsus suo plasmati secundū placitū patris, & caro factus, Ipse est Iesus Christus dns noster, qui & passus est pro nobis, & surrexit propter nos. & rursus uēturus est in gloria patris, ad resuscitandā uniuersam carnem, & ad ostensionē salutis, & regulam iusti iudicij ostendere omnibus, qui sub ipso facti sunt. Vnus igitur deus pater, quemadmodū ostendimus, & unus Christus Iesus dns noster ueniens per uniuersam dispositionem, & omnia in semetipso recapitulās, in omnibus aūt est, & homo plasmatio dei: & hominē ergo in semetipso recapitulatus est inuisibilis & uisibilis factus, & incōprehensibilis factus cōprehēsibilis, & impassibilis passibilis, & uerbū homo, uniuersa in semetipsum recapitulans, uti sicut in supercœlestib. & spiritalibus, & inuisibilibus princeps est uerbū dei: sic & in uisibilib. & corporalib. principatū habeat, in semetipsum primatū assumens, & apponēs semetipsum caput eccle siæ, uniuersa attrahat ad semetipsum apto in tēpore. Nihil em̄ incomptum atcp intempestiuū ad eum, quō nec incōgruens est apud patrē. Præcognita sunt em̄ hæc omnia à patre, perficiuntur autē à filio, sicut congruū & consequēs est apto tēpore. Propter hoc properāte Maria ad admirabile uini signū, & ante tempus uolēte participare cōpendij poculo, dns repellēs eius intempestiuā festinationē dixit: Quid mihi & tibi est mulier? nondū uenit hora mea: expectās eam horā quæ est à patre præcognita. Propter hoc cū sæpe uellent eū homines apprehendere, nemo, inquit, misit manus ei: nondū em̄ uenerat hora apprehensionis eius, nec tēpus passionis, quod prēcognitū fuerat à patre, quem admodū & Abacuc propheta ait: In eo cum appropinquarint anni cognosceris, in aduentu temporis ostēderis, in eo quod turbetur anima mea in ira misericordiæ tuæ memoraberis. Sed & Paulus ait: Cum autem uenit plenitudo temporis, misit deus filiū suum. Per quod manifestum est, quoniā omnia q̄ præcognita erant à patre, ordine, & tēpore, & hora prēcognita et apta perfecit dns noster, unus quidē & idem existens, diues aūt & multus. Diuiti enim & multæ uoluntati patris deseruit, cum sit ipse saluator eorū qui saluātur, & dns eorum qui sunt sub domino, & deus eorum quæ constituta sunt, & unigenitus patris, & Christus qui prædicatus est, & uerbū dei incarnatus, cum adueniisset plenitudo tēporis, in quo filiū hominis fieri oportebat filiū dei. Igitur omnes extra dispositionē sunt, qui sub obtentu agnitionis, alterū quidem Iesum intelligunt, alterū autem Christū, & alterum unigenitum.

Ob hoc

Ob hoc aũt rurſum eſſe uerbũ,& alterum ſaluatorẽ, quem etiã eorum qui in Demiurgi ratione facti ſunt æones, emiſsionẽ eſſe dicũt, hi qui ſunt erroris diſcipuli: qui à foris quidẽ oues, per eam enim quã habẽt extrinſecus loquelã,ſimiles nobis apparẽt,eadem nobiſcũ loquentes, intrinſecus uero lupi. Sentẽtia enim eorũ homicidialis, deos quidem plures cõfingens, & patres multos ſimulans, cõminuens autẽ & per multa diuidẽs filiũ dei,quos & dominus nobis cauere prædixit, & diſcipulus eius Ioãnes in prędicta epiſtola fugere eos pręcepit. Multi ſe ductores exierũt in hunc mundũ, qui nõ cõfitentur Ieſum Chriſtũ in carne ueniſſe.Hic eſt ſeductor & Antichriſtus,uidete eos ne perdatis quod operati eſtis. Et rurſus in epiſtola ait:Multi pſeudoprophetę exierunt de ſeculo,in hoc cognoſcite ſpiritũ dei. Omnis ſpũs qui cõfitetur Ieſum Chriſtũ in carne ueniſſe,ex deo eſt.Et omnis ſpũs qui ſoluit Ieſum Chriſtũ,nõ eſt ex deo,ſed ex antichriſto eſt. Hæc autem ſimilia ſunt illi quod in Euãgelio dictũ eſt,quoniã uerbũ caro factũ eſt, & habitauit in nobis.Propter quod rurſus in epiſtola clamat:Omnis ą credit,quia Ieſus eſt Chriſtus, ex deo natus eſt, unũ & eundẽ ſciẽs Ieſum Chriſtũ,cui apertę ſunt portę cœli,propter carnalẽ eius aſſumptionẽ, qui etiã in eadem carne, in qua paſſus eſt,ueniet,gloriã reuelãs patris. Et Paulus autem his cõſentiens, Rom.alloquens,ait, Multo magis hi qui abundantiã gratiæ & iuſtitiæ accipiũt in uitã, regnabunt per unũ Ieſum Chriſtũ.Neſcit ergo eum ą euolauit Chriſtũ ab Ieſu,neq; eũ nouit ſaluatorẽ,qui ſurſum eſt,quẽ impaſsibilẽ dicunt. Si em̃ alter quidẽ paſſus eſt,alter aũt impaſsibilis mãſit, & alter quidẽ natus eſt, alter uero in eum qui natus eſt deſcẽdit,& rurſus reliquit eũ,nõ unus,ſed duo mõſtrantur: quoniã aũt unum eum,& qui natus eſt,& qui paſſus eſt, Chriſtũ Ieſum nouit Apoſtolus,in eadẽ epiſtola iterũ dicit:An ignoratis,quia quotquot baptizati ſumus in Chriſto Ieſu,in morte eius baptizati ſumus,ut quẽadmodũ reſurrexit à mortuis, ſic & nos in nouitate uitæ ambulemus.Rurſus aũt ſignificãs Chriſtũ paſſum, & ipſum eſſe filiũ dei, qui pro nobis mortuus, & ſanguine ſuo redemit nos, in præfinito tẽpore,ait,ut quid enim Chriſtus cũ adhuc eſſemus infirmi ſecundũ tẽpus pro impijs mortuus eſt. Cõmẽdat aũt ſuam dilectionẽ deus in nobis, quoniã cũ adhuc eſſemus peccatores, pro nobis Chriſtus mortuus eſt,multo magis iuſtificati nũc in ſanguine eius ſalui erimus,per ipſum ab ira. Si em̃ cũ eſſemus inimici, recõciliati ſumus deo per mortẽ filij eius, multo magis reconciliati, ſalui erimus in uita eius. Hũc eundẽ qui apprehẽſus eſt, paſſus eſt, & effudit ſanguinẽ ſuũ pro nobis,hunc Chriſtũ, hunc filiũ dei manifeſtiſsime annuntiãs, qui etiã ſurrexit,et aſſumptus eſt in cœlũ,quemadmodũ ipſe ait,Simul autem Chriſtus mortuus,imò qui & reſurrexit,ą eſt in dextera dei. Et iterũ:

Scientes

Scientes quoniam resurgens à mortuis iam non moritur. Præuidēs enim & ipse per spiritum subdiuisiones malorū magistrorū, & omnem ipsorum occasionem dissensionis uolēs abscindere, ait quæ prædicta sunt. Si aūt spiritus eius q̄ suscitauit Iesum à mortuis, habitat in nobis, qui suscitauit Christum à mortuis, uiuificabit & mortalia corpora nostra: unum quod non exclamat ad eos qui uolūt audire: quoniam noli te errare, unus & idem est Christus Iesus filius dei, qui per passionē reconciliauit nos deo, & resurrexit à mortuis, qui est in dextera patris, & perfectus in om̄ibus: qui cum uapularet nō repercutiebat, qui cum pateretur, non est minatus: & cum tyrānidem pateretur, rogabat patrem, ut ignosceret his qui se crucifixerant. Ipse enim uere saluauit. Ipse enim uerbum dei, ipse unigenitus à patre Christus Iesus deus noster.

De eo qui descendit in ipsum spiritus. Cap. XIX.

ET enim potuerūt dicere apostoli, Christū descēdisse in Iesum: aut illum superiorē saluatorē, in eum qui sit dispositiōis: aut illum qui est ab inuisibilibus, in eum qui est Demiurgi. Sed nihil quidē tale neq̄ scierūt, neq̄ dixerūt: si enim sciissent, dixissent utiq̄: quod aūt erat, hoc & dixerunt, spiritum dei sicut columbam descendisse in eum, hūc spiritum, de quo ab Esaia dictū est, Et requiescet super me spiritus dei, sicut prædiximus, Et iterū: Spiritus domini super me, propter quod unxit me. Iste spiritus, de quo ait dominus: Nō em̄ uos estis qui loquimini, sed spiritus patris uestri qui loquitur uobis. Et iterū: Potestatē regenerationis demandans discipulis dicebat eis: Euntes docete om̄es gētes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Hunc enim promisit per prophetas effundere se in nouissimis tēporibus super seruos & ancillas, ut prophetēt: unde & in filium dei filiū hominis factū descendit, cū ipso assuescēs habitare in genere humano, & requiescere in hominibus, & habitare in plasmate dei uoluntatem patris operās in ipsis, & renouans eos à uetustate in nouitatē Christi. Hūc spiritū petit Dauid humano generi dicens: Et spiritu principali confirma me. Quē & descendisse Lucas ait, post ascensum domini super discipulos in Pētecoste, habentē potestatē omniū gentiū, ad introitum uitæ, & apertionem Noui testamenti: unde & omnibus linguis conspiranter hymnū dicebant deo, spiritu ad unitatē redigēte distantes tribus, & primitias omnium gentium offerēte patri: unde & dominus pollicitus est mittere se paracletū, qui nos aptaret deo. Sicut em̄ de arido tritico massa una fieri nō potest sine humore, neq̄ unus panis: ita nec nos multi unū fieri in Christo Iesu poteramus, sine aqua, quę de cœlo est. Et sicut arida terra, si non percipiat humorē, non fructificat: sic & nos lignum aridū existentes primum, nunquam fructificaremus uitam, sine superna uolūtaria pluuia. Corpora enim nostra per lauacrum illud quod est ad incor-

ruptio-

ruptionē unitatem acceperūt: animæ aūt per ſpiritum. unde & utraq; neceſſaria, cum utraq; proficiūt in uitam dei: miſerāte domino noſtro Ieſu Chriſto, Samaritanę præuaricatrici, quæ in uno uiro nō māſit, ſed fornicata eſt in multis impijs, & oſtendente ei & pollicente aquam uiuam, ut ulterius non ſitiret, neq; occuparetur ad humectationem aquę laborioſæ, habens in ſe potum ſalientem in uitā æternā: quā dominus accipiens munus à patre, ipſe quoq; his donauit, qui ex ipſo participātur, in uniuerſam terrā mittens ſpiritū ſanctum. Hanc muneris gratiā præuidens Gedeon ille Iſraelita, quem elegit deus, ut ſaluaret populū Iſrael de potētatu alienigenarū, demutauit petitionem è ſuperiori, uellus lanā, in quod tantum primum ros fuerat, quod erat typus populi, ariditatem futuram prophetās: hoc eſt, nō iam habituros eos à deo ſpiritum ſanctum, ſicut Eſaias ait: Et nubibus mandabo, ne pluant ſuper eam. In omni aut terrā fieri ros, quod eſt ſpiritus dei, qui deſcēdit in dominum, ſpiritus ſapientiæ & intellectus, ſpiritus conſilij & uirtutis, ſpiritus ſcientiæ & pietatis, ſpiritus timoris dei: quem ipſum iterum dedit eccleſię, in omnem terram mittēs de cœlis paracletum, ubi & diabolū, tāquam fulgur, proiectū ait dominus. Quapropter neceſſarius nobis eſt ros dei, ut non cōburamur, neq; infructuoſi efficiamur, & ubi accuſatorem habemus, illic habeamus & paracletū: commendāte domino ſpiritui ſancto ſuum hominem, qui inciderat in latrones, cui ipſe miſertus eſt, & ligauit uulnera eius, dans duo denaria regalia, ut per ſpiritū imaginem & inſcriptionem patris & filij accipientes, fructificemus creditum nobis denarium, multiplicatum domino annumerantes. Spiritu itaq; deſcendente ſuper prędictam diſpoſitionē, & filio dei unigenito, qui & uerbū eſt patris, ueniēte plenitudine tēporis incarnato, in hominem propter hominē, & omnem ſecundū hominem diſpoſitionem implente Ieſu Chriſto domino noſtro uno & eodem exiſtēte, ſicut & ipſe dominus teſtatur, & Apoſtoli cōfitentur, & prophetæ annūciāt, mendaces oſtēſæ ſunt uniuerſæ doctrinę eorum, qui octonationes, & quaternationes putatiuas adinuenerunt, & ſubdiuiſiones excogitauerunt: qui ſpiritū quidem interimūt, alium autem Chriſtum, & alium Ieſum intelligunt, & non unū Chriſtum, ſed plures fuiſſe docent: & ſi unitos eos dixerint, iterū oſtendunt eū quidem participaſſe paſſionem. hunc autē impaſsibilem perſeueraſſe, & hunc quidem aſcēdiſſe in pleroma, hunc aūt in medietate remanſiſſe, & hunc quidē in inuiſibilibus & innominabilibus epulari & oblectari, hūc autē aſsidere Demiurgo euacuantē eum uirtute. Vnde & oportebat & te, & omēs qui intēdūt huic ſcripturæ, & ſolliciti ſunt pro ſua ſalute, non quū audiunt forinſecus eorū ſermones ſpōte ſuccūbere. ſimilia em̄ loquētes fidelibus, ſicut prædiximus, non ſolū diſsimilia ſapiunt, ſed & contraria, & per omnia

plena

plena blaſphemijs, per quæ interficiunt eos, qui per ſimilitudinẽ uerborũ diſsimile affectionis eorũ in ſe attrahũt uenenũ. Sicut quis aquę mixtum gypſum dans pro lacte, ſeducat per ſimilitudinẽ coloris, ſicut quidã dixit ſuperior nobis, de omnib. qui quolibet modo deprauant quæ ſunt dei, & adulterant ueritatẽ dei: lacte gypſum male miſcetur.

Quæ cauſa fuit, ut uerbum dei caro fieret. Cap. XX.

OStenſio manifeſte quod in principio uerbum exiſtẽs apud deũ, per quẽ omnia facta ſunt, qui & ſemper aderat generi humano, hunc nouiſsimis temporibus ſecundũ præfinitum tempus à patre unitum ſuo plaſmati paſsibilẽ hominem factũ, excluſa eſt omnis contradictio dicentiũ: Si ergo tunc natus eſt, nõ erat ante Chriſtus. Oſtendimus enim quia nõ tunc cœpit filius dei exiſtens ſemper apud patrem, ſed quando incarnatus & homo factus, longam hominũ expoſitionẽ in ſeipſo recapitulauit, in cõpendio nobis ſalutem præſtans, ut quod perdideramus in Adam, id eſt, ſecundũ imaginem & ſimilitudinẽ eſſe dei, hoc in Chriſto Ieſu reciperemus. Quia enim non erat impoſsibile eũ hominẽ, qui ſemel uictus fuerat & eliſus, per obedientiã replaſmare, & obtinere brauiũ uictoriæ: iterũ autẽ impoſsibile erat, ut ſalutem perciperet, qui ſub peccato ceciderat: utraq; operatus eſt filius, uerbũ dei exiſtens, à patre deſcendens, diſpenſationem conſummans ſalutis noſtræ, cui credere nos indubitate adhortans, uerum dicit: Ne dixeris in corde tuo, Quis aſcẽdet in cœlũ, hoc eſt Chriſtũ deducere, aut quis deſcendit in abyſſum, hoc eſt Chriſtũ à mortuis eliberare. Deinde infert, quoniã ſi cõfitearis in ore tuo dominũ Ieſum, & credideris in corde tuo, quoniã deus illum excitauit à mortuis, ſaluus eris. Et rationem reddidit propter quam cauſam hæc fecit uerbũ dei, dicens. In hoc eñ Chriſtus & uixit & mortuus eſt, & reſurrexit, ut uiuorũ & mortuorũ dominetur. Et iterũ ad Corinthios ſcribẽs ait: Nos aũt annunciamus Chriſtũ Ieſum crucifixum. & infert, Calix benedictionis quem benedicimus, nõne cõmunicatio ſanguinis eſt Chriſti? Quis eſt aũt qui cõmunicat nobis de eſcis? utrũ is qui ab illis affigitur ſurſum Chriſtus, ſuper extenſus loro, id eſt funi, & formauit eorum matrẽ: an uero qui ex uirgine eſt Emanuel, qui butyrũ & mel manducauit, de quo ait Propheta: Et homo eſt, & quis cognoſcit eũ? Hic idem à Paulo annuntiabatur. Tradidi eñ, inquit, uobis in primis, quoniã Chriſtus mortuus eſt pro peccatis noſtris, ſecundũ ſcripturas, & quoniã ſepultus eſt, & reſurrexit tertia die ſecundũ ſcripturas. Manifeſtũ eſt igitur quoniam Paulus alterũ Chriſtum neſcit, niſi hunc ſolum, qui & paſſus eſt, & ſepultus eſt, & reſurrexit: qui & natus eſt, quem & hominẽ dixit. Cum enim dixiſſet, Sic aũt Chriſtus annunciatur, quoniã à mortuis reſurrexit, intulit rationẽ reddens incarnationis eius. Quoniã per hominem

mors,& per hominē resurrectio mortuorum. & ubicp in passione domini nostri & humanitate & mortificatione eius, Christi usus est nomine,quemadmodū in illo: Noli esca tua perdere illū, pro quo Christus mortuus est. Et iterū, Nunc autē in Christo uos,qui aliquādo fuistis lōge,facti estis proximi in sanguine Christi.Et iterū.Christus nos redemit de maledicto legis,factus pro nobis maledictū,quoniam scriptum est,Maledictus omnis qui pendet in ligno.Et iterū,Et pereat infirmus in tua sciētia frater,propter quem Christus mortuus est,significans quoniā non Christus impassibilis descendit in Iesum,sed ipse Iesus Christus cū esset, passus est pro nobis, qui discubuit & resurrexit, qui descēdit & ascendit filius dei, filius hominis factus. Quēadmodū & ipsum nomē significat. In Christi enim nomine subauditur, qui unxit,& ipse qui unctus est,et ipsa unctio in qua unctus est.Et unxit quidem pater,unctus est uero filius,in spiritu qui est unctio,quēadmodū per Esaiam ait sermo:Spiritus dei super me,propter quod unxit me,significans & ungentē patrem,& unctū filium,& unctionē qui est spiritus.Et ipse autem dominus manifestum fecit eum qui est passus.Cum enim interrogasset discipulos, Quem me homines dicūt esse filiū hominis, Petrus cum respondisset, Tu es Christus filius dei uiui,& cum laudatus esset ab eo,Quoniam caro & sanguis non reuelauit ei,sed pater qui est in cœlis:manifestū fecit,quoniā filius hominis,hic est Christus filius dei uiui. Ex eo enim,inquit, cœpit demōstrare discentibus, quoniam oportet illum Hierosolymā ire,& multa pati à sacerdotibus & reprobari,& crucifigi,& tertia die resurgere. Ipse q agnitus est à Petro Christus,qui eum beatū dixit, quoniā pater ei reuelauit filium dei uiui,dixit semetipsum oportere multa pati & crucifigi. Et tūc Petrum increpauit secundū opinionem hominum putantium eum esse Christum,& passionē eius auersantiū, & dixit discipulis: Si quis uult post me uenire, abneget se,& tollat crucē suam, & sequatur me. Qui enim uoluerit animā suam saluam facere,perdet illam:et qui eam perdiderit propter me,inueniet eam. Hæc enim Christus manifeste dicebat,ipse existens saluator eorum,qui propter suam confessionē in mortem traderentur,& perderent animas suas.Si autem ipse nō erat passurus,sed auolaret à Iesu,quid & adhortabatur discipulos tollere crucē,& sequi se,quam ipse non tollebat secundū ipsos,sed relinquebat dispositionē passionis. Quoniā enim non de agnitione superioris crucis dicit hoc, quemadmodū quidam audent exponere,sed de passione quam oportebat illum pati,& ipsis discipulis eius futurū erat ut paterentur, intulit, Quicuncp enim saluabit animā suam, perdet eam, & qui perdiderit, inueniet eam. Et quoniā passuri erant discipuli eius, propterea dicebat Iudæis: Ecce mitto ad uos prophetas,& sapientes,& doctores,

& ex

& ex his interficietis & crucifigetis. Et discipulis dicebat: Ante duces & reges stabitis propter me, & ex uobis flagellabũt & interficient, & persequẽtur à ciuitate in ciuitatẽ. Sciebat igitur & eos qui persecutionem passuri erãt, sciebat et eos qui flagellari & occidi haberẽt propter eum, et nõ altera cruce, sed passione, quã passurus esset ipse prior, post deinde discipuli eius. Erat ergo sermo eius adhortãtis etiã illos, Nolite timere eos, qui occidũt corpus, animã aũt non possunt occidere, timentes aũt magis eum qui habet potestatẽ & corpus & animã mittere in gehennã, & seruare eas quæ essent ad eum cõfessiones. Etẽ ipse confessurũ se promittebat corã patre suo eos, qui cõfiterentur nomen suũ coram hominib. negaturũ aũt eos, qui negarẽt eum, & confusurũ qui cõfunderentur contra confessionẽ eius. Et cum hæc ita se habeãt, ad tantã temeritatẽ progressi sunt quidã, ut etiam martyres spernant, & uituperẽt eos qui propter domini confessionẽ occiduntur, & subsistent omnia à dño prædicta, & secundum hoc conãtur uestigia sequi passionis dñi passibiles martyres facti, quos & cõcedimus ipsis martyribus. Cum enim inquiretur sanguis eorum & gloriam cõsequentur, tunc à Christo cõfundentur omnes qui inhonorauerunt eorũ martyrium. Et ex hoc autẽ quod dñs in cruce dixerit: Pater dimitte eis, non enim sciunt quid faciunt, longanimitas & patientia & misericordia & bonitas Christi ostenditur, ut ipse & pateretur, & ipse excusaret eos, qui se male tractassent. Verbũ enim dei quod nobis dixit, Diligite inimicos uestros, & orate pro eis qui uos oderunt, ipse hoc fecit in cruce, in tantũ diligens humanũ genus, ut etiam pro his qui se interficerent, postularet. Si quis autẽ quasi duorum existentiũ iudiciũ de his faciat, inuenietur multo melior & patientior & uere bonus, qui in uulnerib. ipsis & plagis, & reliquis, quæ in eum cõmiserũt beneficus est, nec memor est in se cõmissæ malitiæ, eo, qui auolauit, nec ullam iniuriã, neq; opprobriũ passus est. Hoc aũt & illis occurrit, qui dicunt eum putatiue passum. Si eẽ nõ uere passus est, nulla gratia ei cũ nulla fuerit passio, & nos cũ inciperemus uere pati seducens uidebitur, adhortãs nos uapulare, & alterã præbere maxillã, si ipse illud non prior in ueritate passus est: & quemadmodũ illos seduxit, ut uideretur eis ipse hoc qđ nõ erat, & nos seducit adhortans perferre ea, quæ ipse nõ pertulit. Erimus autem & super magistrũ dum patimur & sustinemus, quæ neq; passus est, neq; sustinuit magister, sed quoniã solus uere magister dñs noster, & bonus uere filius dei, & patiens uerbum dei patris, filius hominis factus. Luctatus est enim & uicit: erat enim homo pro patribus certans, et per obaudientiam, inobaudientiam persoluens: alligauit enim fortem, & soluit infirmos, & salutẽ donauit plasmati suo, destruẽs peccatum. Est enim pĩssimus & misericors dominus, & amans hu-

manum genus: hærere itaq; fecit & aduniuit quemadmodũ prædixímus hominẽ deo. Si enim homo nõ uicisset inimicũ hominis, non iuste uictus esset inimicus. Rursus aũt nisi deus donasset salutem, non firmiter haberemus eam, & nisi homo coniunctus fuisset deo nostro, nõ potuisset particeps fieri incorruptibilitatis. Oportuerat em̃ mediatorem dei & hominũ per suam ad utroscp domesticitatẽ, & amicitiam & concordiã utroscp reducere, & facere ut deus assumeret hominẽ, et homo se dederet deo. Qua em̃ ratione filiorũ adoptionis eius participes esse possemus, nisi per filiũ eam quæ est ad ipsum, recepissemus ab eo cõmunionẽ, nisi uerbum eius cõmunicasset nobis, caro factũ. Quapropter & per omnẽ uenit ætatẽ, omnib. restituẽs eam, quæ est ad deum, cõmunionẽ. Igitur qui dicunt eum putatiue manifestatũ, neq; incarnatum, neq; uere hominẽ factũ, adhuc sub ueteri sunt damnatione, aduocationem præbentes peccato, non deuicta secundũ eos morte, quæ regnauit ad Adam usq; ad Moysen, etiã in eos, qui non peccauerunt in similitudinem transgressionis Adæ. Veniens aũt lex quæ data est per Moysen, & testificans de peccato, quoniã peccator est, regnũ quidem eius abstulit, latronẽ & non regẽ eum detegens, & homicidã eum ostendit. Onerauit aũt hominem qui habebat peccatũ in se, reum mortis ostendẽs eum. Spiritalis enim cum lex esset, manifestauit tantũmodo peccatũ, non aũt interemit, dominabatur peccatũ, sed homini. Oportebat enim eum, qui inciperet occidere peccatũ, & mortis reum redimere hominẽ, idipsum fieri quod erat ille, id est, hominẽ: Qui à peccato quidẽ in seruitium tractus fuerat, à morte uero tenebatur, ut peccatum ab homine interficeretur, et homo exiret à morte. Quemadmodum enim per inobedientiã unius hominis, qui primus de terra rudi plasmatus est, peccatores facti sunt multi, & amiserunt uitam: ita oportuit et per obedientiã unius hominis, qui primus de uirgine natus est, iustificari multos & percipere salutem. Si igitur uerbum dei homo factus est, quemadmodũ & Moyses ait: Deus uera opera eius. Si autem non factus caro, parebat quasi caro, non erat uerum opus eius. Quod aũt parebat, hoc & erat, deus hominis anteq; plasmationem in se recapitulans, ut occideret quidem peccatũ, euacuaret autem mortem, & uiuificaret hominem: & propter hoc uera opera eius.

Per legem cognitio peccati

Aduersus eos qui dicunt eum de Ioseph generatum. Cap. XXI.

RVrsus aũt qui nude tantũ hominẽ eum dicũt ex Ioseph generatũ, perseuerãtes in seruitute pristinæ inobedientię moriũtur, nondũ cõmixtũ uerbũ dei patris, neq; per filiũ perficiẽtes libertatẽ, quemadmodũ ipse ait: Si filius uos manumiserit, uere liberi eritis. Ignorãtes autem eum qui ex uirgine est Emanuel, priuantur munere eius, qd̃ est uita æterna: nõ recipiẽtes aũt uerbũ incorruptionis, perseuerãt in carne

morta-

mortali, & sunt debitores mortis, antidotū uitæ non accipientes. Ad quos uerbū patris ait, suū munus gratiæ narrās. Ego dixi dij estis, & filij excelsi omnes, uos aūt sicut homines moriemini. Ad eos indubitate dicit qui nō recipiunt munus adoptionis, sed cōtemnūt incarnationem puræ generationis, uerbū dei, fraudātes hominē ab ea ascēsione, quæ est ad dñm, & ingrati existens uerbo dei, quod incarnatū est propter ipsos. Propter hoc em̄ uerbū dei homo, & qui filius dei est, filius hominis factus est, cōmixtus uerbo dei, ut adoptionē percipiēs fiat filius dei. Non em̄ poteramus aliter corruptelā & immortalitatē accipere, nisi aduniti fuissemus incorruptelæ et immortalitati. Quēadmodū aūt adunari possumus, nisi incorruptela & immortalitas facta fuisset id qd̄ nos, ut absorberetur quod erat corruptibile ab incorruptela, & qd̄ erat mortale ab immortalitate, ut filiorū adoptionē ꝓciperemus, qd̄ per hoc, Generationē eius quis enarrabit? quoniā homo est, & ꝙs agnoscet eum? Cognoscit aūt illum is, cui pater qui est in cælis reuelauit, ut intelligat, quoniā is qui nō uoluntate carnis, neq; ex uoluntate uiri natus est filius hominis, hic est Christus filius dei uiui. Quoniā em̄ nemo in totū ex filijs Adæ deus appellatur secundū eum, ut dñs nominatur, ex scripturis demōstrauimus, quoniā ipse ꝓprie præter oēs qui fuerūt tunc homines, deus & dñs, & rex æternus & unigenitus & uerbum incarnatū prædicatū, et à prophetis & apostolis, & ab ipso spiritu adest uidere oīb. qui uel modicū de ueritate attigerint. Hæc aūt nō testificarētur scripturæ de eo, si similiter ut oēs homo tantū fuisset. Sed quoniā præclarā præter oēs habuit in se eam quę est ab altissimo patre geniturā, præclara aūt functus est & ea q̄ est ex uirgine generatione, utraq; scripturæ diuinæ de eo testificātur, et quoniā homo inde corus & passibilis, & super pullū asinæ ascendens, aceto & felle potatur, & spernebatur in populo, & usq; ad mortē descendit, & quoniam dñs sanctus & mirabilis cōsiliarius, & decorus specie, & deus fortis super nubes ueniens uniuersorū iudex. Omnia de eo scripturæ prophetabant. Sicut em̄ homo erat ut tētaretur, sic & uerbū ut glorificaretur, requiescēte quidē uerbo, ut posse tentari & inhonorari & crucifigi & mori, absorpto autē homine in eo quod uincit, & sustinet, & resurgit, & assumitur. Hic igitur filius dei dñs noster existens uerbū patris, et filius hominis, quoniā ex Maria quæ ex hominib. habebat genus, quæ & ipsa erat homo, habuit secundum hominē generationem, factus est filius hominis. Propter hoc & ipse dñs dedit nobis signum in profundum, in altitudinē sursum, qd̄ nō postulauit homo, quia nec sperauit uirginē prægnantē fieri posse quæ erat uirgo, & pariet filium, & hunc partū deum esse nobiscū, & descendere in ea quæ sunt deorsum terræ, quærentē ouem quæ perierat, quod quidem erat propriū ipsius plas-

ma, & ascendere in altitudinẽ offerentem & cõmendantem patri eum hominem, qui fuerat inuentus, primitias resurrectionis hominis in semetipso faciens. Vt quemadmodũ caput resurrexit à mortuis, sic & reliquum corpus omnis hominis, qui inuenitur in uita, impleto tempore condemnationis eius, quæ erat propter inobedientiã, resurgat, per cõpagines & coniunctiones coalescens & confirmatũ augmentũ dei, unoquoq; membrorũ habente propriã & aptã in corpore positionẽ: multæ em̃ mansiones apud patrẽ, quoniã & multa mẽbra in corpore.

Quare magnanimus fuit deus in obedientia hominis. Cap. XXII.

μακροθυμῶ

MAgnanimus igitur fuit deus deficiẽte homine, eaḿq; per uerbũ esse uictoriã reddendã ei præuidens. Cum em̃ perficiebatur uirtus in infirmitate, benignitatẽ dei & magnificentissimã ostẽdebat uirtutem. Sicut enim patienter substinuit absorberi Ionam à Ceto, nõ ut absorberetur, & in totum periret, sed ut euomitus magis subigeretur deo, & plus glorificaret deum, qui insperabilẽ salutem ei donasset, & firmam pœnitentiã faceret inimicis, ut cõuerterentur ad dominũ, qui eos liberaret à morte, conterritos ab eo signo quod factũ erat circa Ionam, quemadmodũ scriptura de his dicit: Et reuersi sunt unusquisq; à uia sua mala, & iniustitia quæ erat in manib. eorũ, dicentes, Quis scit si conuertatur deus & auertat iram suã à nobis & nõ peribimus. Sic ab initio fuit patiẽs deus hominẽ absorberi à magno Ceto, qui fuit autor præuaricationis, nõ ut absorptus in totum periret, sed præstruens & præparans adinuentionẽ salutis, quæ facta est à uerbo per signum Ionæ, his qui eandẽ cum Iona de deo sententiã habuerunt, & cõfessi fuerunt, & dixerunt, Seruus domini ego sum, & dñm deum cœli ego colo, qui fecit mare & aridam: ut inseparabilẽ homo à deo percipiens salutem, resurgat à mortuis, & clarificet deũ, & eam quæ à Iona prophe ta est, dicat uocem: Clamaui ad dominũ meum in tribulatione mea, & exaudiuit me de uentre inferni: et semper permaneat glorificãs deum, & sine intermissione gratias referẽs pro ea salute, quam cõsecutus est ab eo, ut non glorietur in conspectu domini omnis caro, nec unq; de deo contrariũ sensum accipiat homo, propriam naturaliter arbitrans eam, quæ circa se esset incorruptelã, & non tenens ueritatem, inani supercilio iactaretur, quasi naturaliter similis esset deo. Ingratus em̃ magis eum hoc ei qui eum fecerat percipiẽs, & dilectionẽ quam habebat deus in homine obfuscabat, & excæcabat sensum suũ ad non sentiendum, quod sit de deo dignum, cõparans & æqualem se iudicans deo. Hæc ergo fuit magnanimitas dei, ut per omnia pertransiens homo, & morũ agnitionẽ percipiens, dehinc ueniens ad resurrectionẽ quæ est à mortuis, et experimẽto discens, unde liberatus est, semper gratus existat dño, munus incorruptelæ cõsecutus ab eo, ut plus diligeret eum.

Cui

Cui enim plus dimittitur, plus diligit. Cognoscat autem semetipsum quoniã mortalis & infirmus est, intelligat aũt & dominum, quoniã in tantum immortalis & potens est, uti & mortali immortalitatẽ, & temporali æternitatẽ donet. Intelligat aũt & reliquas uirtutes dei omnes in semetipsum ostensas, per quas edoctus sentiat de deo, quantus est deus. Gloria em̃ hominis deus, operationes uero dei & omnis sapientiæ eius & uirtutis receptaculum, homo. Quemadmodũ medicus in his qui ægrotant probatur, sic & deus in hominib. manifestatur. Qua propter & Paulus ait, Cõclusit autem deus omnia in incredulitate, ut omnium misereatur, non de spiritalib. æonibus dicens hæc, sed de homine, qui fuit inobediens deo, & proiectus de immortalitate, dehinc misericordiã consecutus est, per filium dei, eam quæ est per ipsum percipiens adoptionẽ. Hic enim tenens sine inflatione & iactantia ueram gloriam, de his quæ facta sunt, & de eo qui fecit, qui est potentissimus omniũ deus, quíq; omnibus ut sint præstitit, & manens in dilectione eius, & subiectione & gratiarũ actione, maiorem ab eo gloriã accipiet prouectus, dum consimilis fiat eius, qui pro eo mortuus est. quoniam & ipse in similitudine carnis peccati factus est, uti condemnaret peccatum, & iam quasi condemnatũ proiiceret illud extra carnem: prouocaret aũt in similitudinem suam hominẽ, imitatorem eum assignans deo & in paternã imponens regulam ad uidendũ deum, et capere patrem, donans uerbũ dei, quod habitauit in homine, & filius hominis factus est, ut assuesceret hominem percipere deum, & assuesceret deum habitare in homine, secundũ placitum patris. Propter hoc ergo signum salutis nostræ, eum qui ex uirgine Emanuel est ipse dñs, quoniam ipse dñs erat, qui saluabat eos, quia per semetipsos non habebãt saluari: & propter hoc Paulus infirmitatem hominis annuntians, ait, Scio enim quoniã non habitat in carne mea bonum, significãs quoniã non à nobis, sed à deo est bonum salutis nostræ. Et iterum, Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Deinde infert liberatorẽ, Gratia Iesu Christi domini nostri. Hoc autem idem & Esaias, Confortamini, inquit, manus resolutæ & genua debilia, adhortamini pusillanimes sensu, confortamini ne timeatis: ecce deus noster iudicium retribuit & retributurus est, ipse ueniet & saluabit nos. Hoc quoniã non à nobis, sed à dei adiumento habuimus saluari.

Ostensio quoniam uerbum domini caro factum est. Cap. XXIII.

RVrsus quoniã neq; homo tãtũ erit qui saluabit nos, neq; sine carne, sine carne em̃ angeli sunt. Prædicauit enim dicẽs, neq; senior, neq; angelus, sed ipse dñs saluabit eos, quoniã diligit eos, & parcet eis ipse liberauit eos. & quoniã hic ipse homo uerus uisibilis incipiet esse, quum sit uerbum salutare, rursus Esaias ait: Ecce Sion ciuitas, salutare

noſtrũ oculi tui uidebunt. & quoniã non ſolum homo erat, qui moriebatur ꝓ nobis, Eſaias ait: Et cõmemoratus eſt dñs ſanctus Iſrael mortuorũ ſuorum, quia dormierãt in terra ſepultionis: et deſcendit ad eos euãgelizare ſalutẽ, quæ eſt ab eo, ut ſaluaret eos. Hoc aũt idẽ & Amos ꝓpheta, Ipſe cõuertetur, & miſerebitur noſtri, diſſoluet iniuſtitias noſtras, & proĳciet in altitudinẽ maris peccata noſtra. Et rurſus ſignificans locũ aduẽtus eius, ait: Dñs ex Sion locutus eſt, & ex Hieruſalem dedit uocẽ ſuam. & quoniã ex ea parte quæ eſt ſecundũ Africum hæreditatis Iudæ ueniet filius dei, qui deus eſt, exquirat & Bethleem ubi natus eſt dñs, in omnem terrã emittet laudationes eius, ſicut ait Habacuc propheta: Deus in Africo ueniet & ſanctus de monte Effrem, Co operuit cœlum uirtus eius, & laudatione eius plena eſt terra. Ante faciem eius præibit uerbũ & progrediẽtur in campis pedes eius. Manifeſte ſignificans quoniã deus, & quoniã in Bethleem aduentus eius, & ex monte Effrem qui eſt ſecundũ Africum hereditatis, & quoniam homo. Progredientur enim, inquit, in campis pedes eius, hoc autem ſignum proprium hominis. Deus igitur homo factus eſt, & ipſe dominus ſaluabit nos, ipſe dans uirgini ſignum.

Oſtenſio, quia ecce uirgo in utero accipiet, ſed non ecce adoleſcentula ſicut quidam interpretantur. Cap. XXIIII.

Adoleſcentula

NOn ergo uera eſt quorundam interpretatio, qui ita audent interpretari ſcripturã. Ecce adoleſcentula in uentre habebit, & pariet filium, quemadmodum & Theodotion Epheſius eſt interpretatus, & Aquila Ponticus, utriq; Iudæi proſelyti, quos ſectati Ebionei, ex Ioſeph generatũ eum dicunt, tãtam diſpoſitionẽ dei diſſoluentes, quantum ad ipſos eſt, fruſtrãtes prophetarũ teſtimonium, quod operatus eſt deus. Prophetatũ eſt quidem priuſquã in Babylonem fieret populi tranſmigratio, id eſt, anteq; Medi & Perſæ acciperent principatum. Interpretatũ uero in Græco ab ipſis Iudæis multũ ante tempora aduentus domini noſtri, ut nulla relinquatur ſuſpicio, ne forte morẽ nobis gerentes Iudæi, hæc ita ſint interpretati. Qui quidem ſi cognouiſſent nos futuros & uſuros his teſtimonĳs, quæ ſunt ex ſcripturis, nunquam dubitaſſent ipſi comburere ſcripturas, quæ & reliquos omnes manifeſtant participare uitæ, & eos qui gloriantur domum ſe eſſe Iacob & populũ Iſrael, exhæreditari oſtendunt à gratia dei.

Quemadmodum interpretatæ ſunt ſcripturæ in Græcam linguam & quando. Cap. XXV.

PRius enim q̃ Romani poſſiderent regnũ ſuũ, adhuc Macedonibus Aſiã poſſidentib. Ptolemæus Lagi filius cupiens eam bibliothecam quæ à ſe fabricata eſſet in Alexãdria omnium hominũ dignis cõſcriptionib. cõpleri, petĳt à Hieroſolymis in Græcũ ſermonẽ interpretatas

pretatas habere scripturas eorũ. Illi uero qui obaudiebãt tunc adhuc Macedonib. eos quos habebãt perfectiores scripturarũ intellectores, & utriusq; loquelæ lxx. seniores miserũt Ptolemæo, hoc qđ ipse uoluisset. Ille aũt experimentũ eorũ sumere uolẽs, & metuẽs, ne forte consentientes eam ueritatẽ quæ esset in scripturis, abscõderet per interpretationẽ, separãs eos ab inuicẽ, iusit oẽs eandẽ interpretari scripturã, & hoc in omnib. libris fecit. Cõuenientibus aũt ipsis in unũ apud Ptolemæum, & comparantib. suas interpretationes, deus glorificatus est, et scripturæ uere diuinæ creditæ sunt, omnib. eandẽ, & eisdẽ uerbis, & eisdem nominib. recitãtibus ab initio usq; ad finẽ, uti & prẽsentes gentes cognoscerẽt, quoniã per aspirationẽ dei interpretatæ sunt scripturæ, & nõ esse mirabile, deũ hoc in eis operatũ, quãdo in ea captiuitate populi quæ facta est à Nabuchodonosor corruptis scripturis, & post lxx. annos Iudæis descendentib. in regionẽ suam, & post deinde temporibus Artaxerxis Persarũ regis inspirauit Hesdræ sacerdoti tribus Leui, prophetarũ omnes rememorare sermones, & restituere populo eam legẽ, quæ data esset per Moysen. Cum tãta igitur ueritate & gratia dei interpretatæ sunt scripturæ, ex quib. præparauit & reformauit deus fidẽ nostram, quæ in filiũ eius est, & seruauit nobis simplices scripturas in Ægypto, in qua adoleuit & domus Iacob, effugiens famem, quæ fuit in Chanaã: in qua & dñs noster seruatus est, effugiẽs eam persecutionẽ, quæ erat in Herode. Et hæc earũ scripturarũ interpretatio priusquã dñs noster descẽderet facta sit, & anteq; Christiani ostenderentur, interpretata sit. Natus est ergo dñs noster, circa primũ & quadragesimum annum Augusti imperij, multo aũt uetustior fuit Ptolemæus, sub quo interprætatæ sunt scripturæ. Vere impudorati & audaces ostendũtur, qui nunc uolunt aliter interpretationes facere quando ex ipsis scripturis arguãtur à nobis, & in fidẽ aduentus filij dei concludantur. Firma est aũt, & nõ ficta, & sola uera, quæ secundũ nos est, fides, manifestã ostensionẽ habẽs ex his scripturis q̃ interpretatæ sunt illo modo, quo prædiximus, & ecclesiæ annuntiatio sine interpolatione. Etenim apostoli cum sint his omnibus uetustiores, cõsonant prædictæ interpretationi, & interpretatio cõsonat apostolorũ traditioni. Etenim Petrus, & Ioãnes, & Matthæus, & Paulus, & reliqui deinceps & horũ sectatores prophetica omnia ita annuntiauerunt, quemadmodum seniorũ interpretatio cõtinet. Vnus enim & idẽ spiritus dei, qui in prophetis quidẽ præconauit quis & qualis esset aduentus domini, in seniorib. autem interpretatus est bene, quę bene prophetata fuerãt: ipse & in apostolis annũciauit plenitudinẽ temporum adoptionis uenisse, & proximasse regnum cœlorũ, & inhabitare intra homines credentes in eum qui ex uirgine natus est Emanuel.

Osten-

Ostensio quoniam uirgo in utero accipiet, & non adolescentula. Cap. XXVI.

QVemadmodũ ipsi testificantur, quoniã priusquã conuenissẽt Ioseph cũ Maria, manente igitur in ea uirginitate, inuenta est in utero habens de spiritu sancto, & quoniã dixit ei Gabriel angelus, Spiritus sanctus adueniet in te, & uirtus altissimi obumbrabit te, quapropter quod nascetur ex te sanctũ, uocabitur filius dei, & quoniã angelus in somnis dixit ad Ioseph. Hoc autem factum est, ut adimpleretur, quod dictum est ab Esaia propheta, Ecce uirgo cõcipiet. Seniores autem sic interpretati sunt dixisse Esaiam. Et adiecit dñs loqui ad Achas, Pete tibi signũ à dño deo tuo in profundũ inferni, aut in excelsum supra. Et dixit Achas, Nõ petam, & nõ tentabo dñm. Et dixit, Num pusillum uobis agonem præbere hominibus, & quemadmodũ dñs præstat agonem, propter hoc dñs ipse donauit uobis signum. Ecce uirgo in uentre accipiet, & pariet filiũ, & uocabis nomen eius Emanuel: butyrum & mel manducabit, priusquam cognoscat aut eligat mala, commutauit bonum uel malum, non consentiet nequitiæ uti eligat bonũ. Diligenter igitur significauit spiritus sanctus, per ea quę dicta sunt, generationem eius, quæ ex uirgine, & substantiam quoniam deus: Emanuel enim nomen hoc significat, & manifestat, quoniam homo, in eo quod dicit: Butyrum & mel manducabit, & in eo quod infantem nominat eum, & priusquã cognoscat bonum & malũ: hæc enim omnia sunt hominis infantis. Quod autem non consentiet nequitię, ut eligat bonum, propriũ hoc est dei, uti non per hoc quod mãducat butyrum & mel, nude solummodo eum hominem intelligeremus, neqꝫ rursus per nomen Emanuel sine carne eum deum suspicaremur.

Quid est quod dictum est ad Dauid, De fructu uentris tui ponam in throno meo. Cap. XXVII.

ET in eo quod dicit, Audite domus Dauid, significantis erat, quoniam quẽ promisit deus Dauid de fructu uentris eius æternũ suscitaturũ se regẽ, hic est qui ex uirgine quæ fuit de genere Dauid generatus est. Propter hoc enim et de fructu uentris eius regẽ promisit, qđ erat propriũ uirginis prægnantis, & non de fructu lumborũ eius, nec de fructu renum eius, quod est propriũ uiri generantis, & mulieris ex uiro cõceptionẽ facientis. Circũscripsit igitur genitalia uiri in promissione scriptura, imò uero nec cõmemoratur, quoniã non ex uoluntate uiri erat, qui nascebatur. Statuit aũt & cõfirmauit fructũ uentris, ut generationẽ eius qui erat futurus ex uirgine pronũciaret, quemadmodũ Elizabeth impleta spiritu sancto testificata dicens ad Mariã, Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus uentris tui, significãte spiritu sancto audire uolentibus repromissionẽ, quam repromisit deus, de fructu uentris eius suscitare regem, impletam esse uirginis, hoc est in

Mariæ

Mariæ partu. Qui igitur transmutãt id quod apud Esaiã, Ecce adolescentula in uentre cõcipiet, & Ioseph filiũ eum uolunt esse, illud transmutẽt, quod est repromissionis, quod apud Dauid positũ est, ubi promisit illi deus, de fructu uẽtris suscitare cornu Christi regis. Sed nõ intellexerũt, cæterũ etiam hoc quoq; ausi fuissent demutare. Quod autẽ dixerit Esaias, in profundũ deorsum, uel in altitudinẽ sursum, significãtis fuit, quoniã qui descẽdebat, ipse erat & qui ascẽdebat. In eo aũt qđ dixerit, Ipse dñs dedit signũ, id quod erat inopinatũ generationis eius significabat, quod nec factũ esset aliter, nisi deus dñs omniũ deus ipse dedisset signũ in domo Dauid. Quid enim magnũ, aut quod signũ fieret in eo, quod adolescẽtula cõcipiens ex uiro peperisset, quod euenit omnibus quæ pariunt mulieribus? sed quoniã inopinata salus hominibus inciperet fieri, deo adiuuante, inopinatus & partus uirginis fiebat, deo dante signum hoc, sed non homine operante illud.

Quid est apud Danielem, lapis sine manibus excisus. Cap. XXVIII.

PRopter hoc & Daniel præuidens eius aduentũ, lapidem sine manibus abscissum aduenisse in hunc mundum: hoc est enim quod sine manibus significabat, quod non operantibus humanis manibus, hoc est, uirorum illorum, qui solent lapides cædere, in hunc mundum eius aduentus erat, id est, non operante in eum Ioseph, sed sola Maria cooperãte dispositione. Hic enim lapis à terra & ex uirtute & arte constat dei. propter hoc autẽ & Esaias ait, Sic dicit dñs: Ecce ego mitto in fundamenta Sion lapidem preciosum electum, summum angularem, honorificum, uti non ex uoluntate uiri, sed ex uoluntate dei, aduentũ eius, qui secundum hominem est, intelligamus.

Quare uirga Moysi serpens factus est. Cap. XXIX.

PRopter hoc autem & Moyses ostendens typum, proiecit uirgam in terrã, ut ea incarnata omnem Ægyptiorũ præuaricationẽ, quæ insurgebat aduersus dei dispositionẽ argueret & absorberet, & ut ipsi Ægyptij testificarentur, quoniã digitus est dei, qui salutem operatur populo, & non Iosephi filius. Si enim Ioseph filius esset, quemadmodum plus poterat q̃ Salomon, aut plus q̃ Iona habere, aut plus esse Dauid, cum esset ex eadem seminatione generatus & proles existens ipsorum? ut quid autem & beatũ dicebat Petrum, quod eum cognosceret esse filiũ dei uiui? Super hoc autem nec rex esse posset, si quidem Ioseph filius fuisset, nec hæres secundum Hieremiam.

Ostensio quòd si Ioseph filius fuisset dominus, non rex esse potuisset. Cap. XXX.

IOseph enim Ioachim & Iechoniæ filius ostenditur, quẽadmodũ & Matthæus generationẽ eius exponit: Iechonias aũt & qui ab eo omnes abdicati sunt à regno, Hieremia dicente sic, Viuo ego dicit dñs,

si factus

si factus fuerit Iechonias filius Ioachim rex Iuda signaculum in manu dextera mea, inde abstraham eum, & tradã eum in manu quærentium animã eius. Et iterum, Inhonoratus est Iechonias, quemadmodũ uas, quod non est opus, quoniã proiectus est in terram, quam nõ sciebat. Terra audi sermonẽ domini, scribe uirum hũc abdicatum hominem, quoniã non augebit de semine eius sedens super thronũ Dauid princeps in Iuda. Et iterũ deus ait, super Ioachim patre eius. Propter hoc sic dicit dñs super Ioachim patrẽ eius regem Iudææ, non enim erit ex eo sedens super thronũ Dauid, & mortificatũ eius erit proiectũ in æstu diei, & in glacie noctis, & respiciã super eum, & super filios eius, & inferã super eos, & super inhabitantẽ Hierusalem, super terrã Iuda omnia mala q̃ locutus sum super eos. Qui ergo eũ dicunt ex Ioseph generatũ, & in eo habere spem, abdicatos se faciunt à regno, sub maledictione & increpatione decidẽtes, quæ erga Iechoniã & in semen eius est. Propter hoc enim dicta sunt hæc de Iechonia, spiritu prẽsciente ea quæ à malis doctoribus dicũtur, uti discant, quoniã ex semine eius, id est ex Ioseph non erit natus, sed secundum repromissionẽ dei de uentre Dauid suscitatur rex æternus, qui recapitulat omnia in se.

Ostensio quoniam per quæ proiectus est homo de paradiso, per hæc iterum intrat in paradisum. Cap. XXXI.

ET antiquã plasmationẽ in se recapitulatus est. Quia quemadmodum per inobedientiã unius hominis introitũ peccatum habuit, & per peccatũ mors obtinuit: sic & per obediẽtiã unius hominis iusti tia introducta uitã fructificet his, qui olim mortui erãt, hominibus. Et quẽadmodũ protoplastus ille Adã de rudi terra, & adhuc de uirgine, nõdum em̃ pluerat deus & homo nõ erat operatus terrã, habuit substãtiã et plasmatus est manu dei, id est uerbo dei: omnia em̃ per ipsum facta sunt: & sumpsit dñs limũ à terra, & plasmauit hominẽ: Ita recapitulans in se Adã ipse uerbũ existẽs ex Maria, quę adhuc erat uirgo, recte accipiebat generationẽ Adę recapitulationis. Si igitur primus Adam habuit patrẽ hominẽ, & ex semine uiri natus est, merito dicerẽt & secundum Adam ex Ioseph esse generatũ. Si aũt ille de terra quidẽ sumptus est, & uerbo dei plasmatus est, oportebat idipsum uerbũ recapitulationẽ Adæ in semetipsum faciẽs, eiusdẽ generationis habere similitudinẽ. Quare igitur nõ iterũ sumpsit limũ deus, sed ex Maria operatus est plasmationẽ fieri? ut nõ alia plasmatio fieret, neq; alia esset plasmatio q̃ saluaretur, sed eadẽ ipsa recapitularetur seruata similitudine.

Aduersus eos qui dicunt eum nihil de Maria accepisse. Cap. XXXII.

ERrant igitur qui dicunt eum nihil ex uirgine accepisse, ut abiciãt carnis hæreditatẽ, abiciãt autẽ & similitudinẽ. Si enim ille quidẽ de terra & manu & artificio dei plasmationem & substantiam habuit,

hic

hic autem non manu & artificio dei, iam non seruauit similitudinẽ hominis, qui factus est secundum imaginem ipsius & similitudinem, & inconstans artificium uidebitur, non habens circa quod ostendat sapientiam suam. Hoc autẽ dicere est, & putatiue apparuisse eum, & tanquam hominem cum non esset homo, & factum eum hominem, nihil assumentem de homine. Si enim non accepit ab homine substantiam carnis, neque homo factus est, neque filius hominis: & si hoc non factus est, quod nos eramus, non magnũ faciebat quod passus est & suscitauit. Nos autem quoniam corpus sumus de terra acceptum, & anima accipiens à deo spiritum, omnis quicunq; confitebitur. Hoc itaq; factum est uerbum dei, suũ plasma in semetipsum recapitulans, & propter hoc filium hominis se cõfitetur, & beatificat mites, quoniam ipsi hæreditabunt terram. Et apostolus autem Paulus, in epistola quæ est ad Galatas, manifeste ait: Misit deus filium suum factum de muliere. Et rursus in ea quæ est ad Romanos, de filio autem, inquit, eius qui factus est ex semine Dauid secundum carnem, qui prædestinatus est filius dei in uirtute, secundum spiritum sanctificationis, ex resurrectione mortuorum Iesu Christi domini nostri. Cæterũ superuacua est in Mariam descensio eius. Quid enim in eam descẽdebat, si nihil incipiebat sumere ab ea? Aut si nihil sumpsisset ex Maria, nunquã eas, quæ à terra erant percepisset escas, per quas id quod à terra sumptũ est, nutriretur corpus, nec quadraginta diebus, quemadmodũ Moyses & Helias ieiunans, esurisset corpus eius suã quærens escam: sed nec Ioannes discipulus eius de eo scribẽs dixisset, Iesus aũt fatigatus in itinere sedebat: nec Dauid præclamasset in eum, Et super dolorẽ uulnerũ meorũ apposuerunt: nec lachrymasset super Lazarũ: nec sudasset globos sanguinis: nec dixisset, qđ tristis est anima mea, nec percusso latere exisset sanguis & aqua. Hæc enim omnia signa carnis, quæ à terra sumpta est, quam in se recapitulatus est suum plasma saluans.

Quare Lucas à domino inchoans genealogiam in Adam retulit, & quot sint ab Adam usq; ad dominum generationes. Cap. XXXIII.

PRopter hoc Lucas genealogiã, quæ est à generatione domini nostri usq; ad Adam lxxij. generationes habere ostendit, finem coniungens initio, & significans quoniam ipse, qui omnes gentes exinde ab Adam dispersas, & uniuersas linguas & generationẽ hominũ cum ipso Adam in semetipso recapitulatus est: unde à Paulo typus futuri dictus est ipse Adam: quoniã futurã circa filium dei humani generis dispositionem in semetipsum fabricator omniũ uerbum præformauerat, prædestinante deo primum animalem hominẽ, uidelicet, ut à spirituali saluaretur. Cum enim præexisteret saluans, oportebat, & quod saluaretur fieri, uti nõ uacuum sit saluans. Consequenter autem et Maria

uirgo obaudiens inuenitur dicens,Ecce ancilla dñi,fiat mihi secũdum uerbũ tuum.Eua uero inobediens, nõ obaudiuit enim adhuc cum esset uirgo,quemadmodũ illa uirum quidẽ habens Adam,uirgo tamen adhuc existẽs:erant enim utrique nudi in Paradiso, & nõ confundebantur,quoniã Paulo attestante, facti non intellectũ habebant filiorũ generationis. Oportebat enim illos primo adolescere, dehinc sic multiplicari. Sicut Eua inobaudiens facta & sibi & uniuerso generi humano causa facta est mortis:Sic & Maria habens prædestinatũ uirum, tamen uirgo obaudiẽs,& sibi et uniuerso generi humano causa facta est salutis. Et propter hoc, lex eam quæ despõsata erat uiro,licet uirgo sit adhuc,uxorẽ eius qui despõsauerat uocat eã, quæ & Maria in Eua recirculationẽ significans,quia nõ aliter quod cõligatum est solueretur, nisi ipsæ cõpagines alligationi reflectantur retrorsus, ut primæ coniugationes soluãtur per secundas, secundæ rursus liberarent primas. Et euenit primã quidem compaginẽ à secunda coniugatione soluere, secundam uero conligationẽ,primum solutionis habere locum: & propter hoc dñs dicebat,primos quidem nouissimos futuros,& nouissimos primos. Et propheta aũt hoc idem significat dicẽs, Pro patribus tuis nati sunt tibi filij. Primogenitus enim mortuorũ natus dñs, & in sinum suum recipiens pristinos patres, regenerauit eos in uitam dei. Ipse initium uiuentiũ factus, quoniã Adam initium morientiũ factus est. Propter hoc & Lucas initiũ generationis inchoans in Adam retulit,significans quoniã non illi hunc,sed hic illos in euangeliũ uitę regenerauit. Sic aũt & Euæ inobedientię nodus solutionẽ accepit per obedientiam Mariæ: quod enim alligauit uirgo Eua per incredulitatem, hoc uirgo Maria soluit per fidem. Necesse ergo fuit dominum ad perditam ouem uenientẽ,& tantæ dispositionis recapitulationẽ facientẽ, & suum plasma requirentẽ, illum ipsum hominem saluare, qui factus fuerat secundũ imaginem & similitudinem eius,id est,Adam implentem tempora eius cõdemnationis,quę facta fuerat propter inobedientiam: quæ pater posuit in sua potestate:quoniã & omnis dispositio salutis, quæ circa hominem fuit secundũ placitum fiebat patris, uti non uinceretur deus,neq; infirmaretur ars eius. Si enim qui factus fuerat à deo homo ut uiueret,hic amittens uitã, læsus à serpente qui depraua-uerat,iam nõ reuerteretur ad uitam,sed in totum proiectus esset morti,uictus esset deus,& superasset serpentis nequitia uoluntatẽ dei. Sed quoniã deus inuictus & magnanimus est, magnanimẽ quidem se exhibuit ad correctionẽ hominis & probationem omniũ, quemadmodum prædiximus. Per secundũ autem hominem alligauit fortem, & diripuit eius uasa,& euacuauit mortem,uiuificans eum hominem,qui fuerat mortificatus. Primũ enim possessionis eius uas Adã factus est,

quem

quem & tenebat sub sua potestate: hoc est prævaricationē inique inferens ei,& per occasionē immortalitatis mortificationē faciens in eum. Etenim promittens futuros eos tanquā deos, quod ei nō est omnino possibile,mortē fecit in eis.unde & iuste à deo recaptiuatus,qui hominem captiuū duxerat:solutus est autem condemnationis uinculis,qui captiuus ductus fuerat homo.

Ostensio quoniam Adam prior saluatur à domino. *Cap.* XXXIIII.

HIc est autē Adam, si oportet uerū dicere, primiformis ille homo, de quo scriptura ait dixisse dominū:Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostrā: nos autem omnes ex ipso, propterea quoq; ipsius hęreditauimus appellationem. Cum aūt saluatur homo, oportet saluari eum,qui prior formatus est homo,quoniam nimis inrationabile est, illum quidem qui uehementer ab inimico Ieſus erat & prior captiuitatem passus est,dicere non eripi ab eo, qui uicerit inimicum,ereptos uero filios eius,quos in eadem captiuitate generauit.nec uictus quidem adhuc parebat inimicus,ipsis ueteribus spolijs manentibus apud eum. Quemadmodū si hostes expugnauerint quosdam, & uictos duxerint captiuos, & multo tēpore in seruitute possederint eos, ita ut generent apud eos, & aliquis dolens pro his qui serui facti sunt,eosdem hostes expugnet, non tamen iuste faciet,si filios quidem eorum qui captiui ducti sunt, liberet de potestate eorum,qui in seruitutem deduxerant patres eorum, ipsos uero qui captiuitatē substinuerunt, subiectos relinquat inimicis, propter quos & ultionē fecit,consecutis libertatem filijs, ex causa paternæ uindicationis. Sed non relictis ipsis patribus,qui ipsam captiuitatē substinuerunt: neq; enim infirmus est deus,neq; iniustus, qui opitulatus est homini,& in suam libertatem restaurauit eum.

Quare de paradiso Adam proiecit deus. *Cap.* XXXV.

PRopter hoc & initio transgressionis Adæ, sicut enarrat scriptura, nō ipsum maledixit Adam, sed terram in operibus eius,quemadmodum ex ueteribus quidam ait, Quoniā quidem transtulit deus maledictum in terram,ut nō perseueraret in homine. Condemnationem autem transgressionis accepit homo tedia & terrenū laborem,& manducare panem in sudore uultus sui,& cōuerti in terram ex qua assumptus est.Similiter autē & mulier tedia & labores, & gemitus,& tristitias partus & seruitium, id est, ut seruiret uiro suo, ut neq; maledicti à deo in totū perirent, neq; sine increpatione perseuerātes deum cōtemnerent. Omnis autem maledictio decurrit in serpētem, qui seduxerat eos.& dixit,inquit,deus serpenti:quoniā feciſti hoc, maledictus tu ab omnibus pecoribus & ab omnib.bestijs terræ.Hoc idem aūt et dominus in euangelio,his qui à sinistris inueniuntur ait: Abite maledicti in

ignem æternũ, quem præparauit pater meus diabolo & angelis eius: significans quoniam non homini principaliter præparatus est æternus ignis, sed ei qui seduxit & offendere fecit hominem, inquam, qui princeps apostasiæ est principi abscessionis, & his angelis qui apostatæ facti sunt cum eo: quem quidem iuste percipient etiam hi, qui similiter illis sine pœnitentia & sine egressu in malitiæ perseuerãt operibus.

De Cain qui fratrem suum occidit. *Cap.* XXXVI.

QVemadmodũ Cain cum accepisset consilium à domino, uti quiesceret in eo, quod non recte diuisisset eam quæ erga fratrem erat cõmunicationem, sed cum zelo & malitia suspicatus est posse dominari ei, non solum nõ acquieuit, sed & adiecit peccatum super peccatum, manifestans sententiam suam per operationem suam. Quod enim cogitauit hoc & operatus est dominatus, & interfecit eum, subiiciente deo iustum iniusto, ut ille quidem per ea quæ passus est iustus ostendatur, hic uero per ea quæ commisit detegeretur iniustus: & ne sic quidem mitigatus est, nec quieuit super factum malum, sed interrogatus ubi esset Abel frater eius, nescio ait, Nunquid custos fratris mei sum ego? extendens & multiplicans malum per responsionẽ. Etenim malum est occidere fratrem, multo peius sic audacter & inreuerenter respondere omnia scienti deo, quasi possit frustrari eum. Propter hoc et ipse maledictionem portauit, quoniam ad se peccatum attulit, non reueritus deum, neq; confusus in fratricidio.

Quare folia fici circuncinxit se Adam. *Cap.* XXXVII.

CIrca Adam autem nihil tale factum est, sed omnia in contrarium. Ab altero enim seductus sub occasione immortalitatis, statim timore corripitur & absconditur, non quasi possit effugere deum, sed confusus quoniam transgressus præceptum eius, indignus est uenire in conspectum & colloquium dei. Timor autem domini initium intelligentiæ, intellectus uero transgressionis fecit pœnitentiam. Pœnitentibus autem largitur benignitatem suam deus. Etenim per succinctorium in facto ostendit suam pœnitentiam: foliis ficulneis semetipsum contegens, existentib. et aliis foliis multis q̃ minus corpus eius uexare potuissent, condignũ tamen inobedientiæ amictum fecit, conterritus timore dei, & retundens petulantem carnis impetum: quoniam indolem & puerilem amiserat sensum, & in cogitationẽ peiorem uenerat, frenum continentiæ sibi, & uxori suæ circũdedit, timens deum, & aduentum eius expectans, & uelut tale quid significans: quoniã, inquit, eam quam habui à spiritu sanctitatis stolam amisi per inobedientiã, & tunc cognosco quoniam sim dignus tali tegumento, quod delectationem quidem nullam præstat, mordet autem & pungit corpus. Et hoc uidelicet semper habuisset indumentũ, humilians semetipsum, nisi do

minus

minus qui est misericors,tunicas pellicias pro folijs ficulneis induisset eos.Propter hoc aũt & interrogat eos, uti ad mulierem ueniret accusatio,& illam rursus interrogat,uti ad serpentẽ transmitteret causam.Dixit enim quod fuerat factum,serpens,ait,seduxit me & mãducaui. Serpentem uero nõ interrogauit, sciebat enim eum principẽ transgressionis factum, sed maledictũ primo immisit in eum, uti secunda increpatione ueniret in hominẽ. Eum enim odiuit deus, qui seduxit hominẽ, ei uero,qui seductus est, sensim paulatimq; misertus est: quapropter & eiecit eũ de Paradiso, & à ligno uitæ longe transtulit:non inuidens ei lignũ uitæ,quemadmodũ quidam dicunt, sed miserans eius,ut non perleueraret semper transgressor,neq; immortale esset,quod esset circa eum,& malũ interminabile & insensibile. Prohibuit aũt eius transgressionem interponens mortem,& cessare faciens peccatũ,finem inferens ei per carnis resolutionẽ,quæ fieret in terra,uti cessans aliquando homo uiuere peccato,& moriens ei,inciperet uiuere deo.

Quid est quod à propheta dictum est,Super aspidem & basiliscum ambulabis,& cætera. Cap. XXXVIII.

QVapropter inimicitiã posuit inter serpẽtem & mulierẽ, & semen eius,obseruãtes inuicem, illo quidem cui mordetur planta, & potente calcare caput inimici, altero uero mordente, & occidente, & interpediente ingressus hominis, quoadusq; uenit semen prædestinatũ calcare caput eius, quod fuit partus Mariæ, de quo ait propheta: Super aspidem & basiliscũ ambulabis, & conculcabis leonem & draconem.Significãs quia illud quod erigeretur & dilataretur aduersus hominem peccatum,quod frigidum reddebat eum,euacuaretur cum regnante morte, & conculcaretur ab eo in nouissimis temporibus insiliens humano generi leo,hoc est,Antichristus,& Draconem illum serpentem uetustũ alligans & subijciens potestati hominis, qui fuerat uictus ad calcandã omnem eius uirtutẽ. Victus aũt erat Adam ablata ab eo uita,& propter hoc uicto rursus inimico recepit uitam Adam: nouissima autẽ inimica euacuatur mors, quæ primum possederat hominem.Quapropter liberato homine,fiet quod scriptũ est.Absorpta est mors in uictoria,ubi est mors uictoria tua? ubi est mors aculeus tuus? quod nõ poterat iuste dici,si non ille liberatus fuit,cui primum dominata est mors.Illius enim salus euacuatio est mortis: domino igitur uiuificante hominem,id est,Adam,euacuata est mors.

Et ipse conteret caput tuum

Aduersus Tatiani doctrinam. Cap. XXXIX.

MEntiuntur ergo omnes qui contradicunt eius saluti, semper seipsos excludentes à uita,eo quod nõ credant inuentã ouem quę perierat:si aũt illa non est inuenta,adhuc possidetur in perditione omnis hominis generatio: mendax ergo is,qui prior hanc sententiã, imò

hanc ignorantiam et cæcitatem induxit Tatianus. Connexio quidem factus omnium hæreticorū, quemadmodum oſtendimus, hoc autem à ſemetipſo adinuenit, uti nouum aliquid præter reliquos inferens, uacuum loquēs, uacuos à fide auditores ſibi præpararet, affectans magiſter haberi, tentans & ſubinde uti huiuſmodi à Paulo aſsiduè dictis: Quoniam in Adam omnes morimur, ignorans autem, quoniam ubi abundauit peccatū, ſuperabundauit gratia. Oſtenſo ergo hoc manifeſte, erubeſcāt omnes qui ab eo ſunt, & cōcertante Adam quaſi magnū aliquid lucrentur, ſi ille nō ſaluetur, quāto magis nihil proficiāt, quemadmodum, & ſerpens nihil proficit ſuadens homini illud, quod eum tranſgreſſorē oſtendit, initium & materiam apoſtaſiæ ſuæ habens hominem, deum aūt non uicit. Sic & hi qui contradicunt ſaluti Adæ, nihil proficiūt, niſi hoc quod ſemetipſos hæreticos & apoſtatas faciunt ueritatis, & aduocatos ſe ſerpentis & mortis oſtendunt.

Aduerſus eos qui ex quacunq; cauſa ſchiſma faciunt. Cap. XL.

TRaductis igitur omnibus, qui nefandas inferunt ſententias de factore & plaſmatore noſtro, qui & hunc mundum fabricatus eſt, ſuper quem alius deus non eſt, & ipſis oſtenſionib. euerſis his, qui de ſubſtantia domini noſtri, & de diſpoſitione quam fecit propter hominem ſuum falſa docent: Prædicationem uero eccleſiæ undiq; conſtantem, & æqualiter perſeuerantem, teſtimonium habentem à prophetis, & ab apoſtolis, & ab omnibus diſcipulis, quemadmodū oſtendimus per initia, & medietates, & finem, & per uniuerſam dei diſpoſitionē, & eam quæ ſecundum ſalutem hominis eſt, ſolidā operationem, quæ eſt in fide noſtra, quam perceptā ab eccleſia cuſtodimus, & quæ ſemper à ſpiritu dei, quaſi in uaſe bono eximium quoddam depoſitum iuueneſcens & iuueneſcere faciens ipſum uas: in quo enim eccleſiæ creditum eſt dei munus; quemadmodum aſpiratio plaſmationi, ad hoc ut omnia membra percipientia uiuificētur: & in eo diſpoſito eſt communicatio Chriſti, id eſt, ſpiritus ſanctus arra incorruptelæ, & confirmatio fidei noſtræ, & ſcala aſcenſionis ad deū. In eccleſia enim, inquit, poſuit deus apoſtolos, prophetas, doctores, & uniuerſam reliquam operationem ſpiritus, cuius non ſunt participes omnes, qui non concurrunt ad eccleſiam, ſed ſemetipſos fraudant à uita, per ſententiā malam, & operationem peſsimam. Vbi enim eccleſia, ibi & ſpiritus, & ubi ſpiritus dei, illic eccleſia, & omnis gratia, ſpiritus autem ueritas. Quapropter, qui non participāt eum, neque à mammillis matris nutriuntur in uitam, neque percipiunt de corpore Chriſti procedentem nitidiſsimum fontem: ſed effodiunt ſibi lacus detritos de foſsis terrenis, & de cœno putridā bibunt aquam, effugientes fidem eccleſiæ, ne traducantur, reiicientes uero ſpiritum ut nō erudiantur. Alienati uero

à uerita-

à ueritate digne in omni uolutantur errore, fluctuati ab eo, aliter atq; aliter per tempora de eisdem sentientes,& nunquã scientiam stabilem habentes. Sophistæ uerborum magis uolentes esse, q̃ discipuli ueritatis. Non enim sunt fundati super uiuam petram, sed super harenam habentem in seipsa lapides multos: propter hoc multos deos fingunt,& quærere quidem semper in excusatione habent, cæcutiunt enim: inuenire uero nunquam possunt, blasphemant enim fabricatorem, hoc est eum qui est uere deus, qui & præstat inuenire, putantes se super deum alterum inuenisse deum, uel alteram plenitudinem, uel alteram dispositionem. Quapropter & lumen quod est à deo nõ lucet eis, quoniam inhonorauerunt & spreuerunt deum, minimũ arbitrantes eum: quoniam propter dilectionem suam & immensam benignitatem in agnitionem uenit hominis: agnitionem autem non secundum magnitudinem, nec secundum substantiam, nemo enim mensus est eam, nec palpauit: sed secundũ illud ut sciremus, quoniam qui fecit & plasmauit, & insufflationem uitæ insufflauit eis, & per conditionẽ nutrit nos uerbo suo confirmans,& sapientia compingens omnia, hic est qui est solus uere deus: eum uero qui nõ est, somniãtes super hunc, ut magnum deum putentur adinuenisse, quẽ nemo possit cognoscere humano generi cõmunicantem, nec terrena administrantem.

Ostensio quoniam prouidentia dei regatur hic mundus. Cap. XLI.

EPicuri uidelicet inueniẽtes deum, neq; sibi neq; alijs aliquid præstantem, id est, nullius prouidentiã habentem. Prouidentiam autem habet deus omniũ, propter hoc & consilium dat: consiliũ autem dans adest his, qui morum prouidentiã habent. Necesse est igitur ea quæ prouidentur & gubernantur, cognoscere suum rectorẽ: quæ quidem non sunt irrationabilia, neq; uana, sed habent sensibilitatem perceptam de prouidentia dei. Et propter hoc Ethnicorum quidam, qui minus illecebris ac uoluptatibus seruierunt,& non intantum superstitione idolorum abducti sunt, prouidentia eius moti, licet & tenuiter, tamen conuersi sunt, ut dicerent fabricatorem huius uniuersitatis patrem omnium prouidentem, & disponentẽ secundum nos mundum.

Quoniam neq; iustitia sine bonitate constare potest, neq; bonitas sine iustitia. Cap. XLII.

RVrsus ut increpatiuum auferrent à patre,& iudiciale, ideo putantes & sine iracundia,& bonũ arbitrãtes se adinuenisse deum, alterum quidem iudicare,& alterum quidem saluare dixerunt, nescientes utrorũq; auferentes sensum & iustitiam. Si enim iudicialis non & bonus sit, ad dandum quidem his quibus debet,& exprobrandũ his quibus oportet, neq; iustus neq; sapiens uidebitur iudex. Rursus bonus, si hoc tantũ sit bonus, nõ & probator, in quos emittat bonitatẽ, extra

iustitiam erit & bonitatem, & infirma bonitas eius uidebitur, non omnes saluans, si non cum iudicio fiat.

Quoniam sapiens, idem & iudex. Cap. XLIII.

MArcion igitur ipse diuidēs deum in duo, alterum quidem bonū, & alterum iudicalē dicens, ex utrisq; interimit deum. Hic enim qui iudicialis, si non & bonus sit, nō est deus, quia deus non est cui bonitas desit: & ille rursus qui bonus, si non & iudicialis, idem quod hic patietur, ut auferatur ei, ne sit deus. Quemadmodum autem & sapientem dicunt patrē omniū, si non iudiciale, ei assignent? Si em̄ sapiens et probator est, probatori autē subest iudiciale, iudiciale autem assequitur iustitiam, & iuste probet iustitiā, prouocat iudicium: iudicium autem cum sit, cum iustitia transmittet ad sapientiā. Sapientia igitur præcellet pater super omnem humanam & angelicā sapientiam, quoniam dominus & iudex iustus, & dominator super omnes. Est enim & bonus & misericors & patiens, & saluat quos oportet: neq; bonum ei deficit iusti effectum, neq; sapientia deminoratur: saluat enim quos debet saluare, & iudicat dignos iudicio: neq; iustum immite ostenditur præeunte licet & præcedente bonitate.

Ostensio quod uerbum domini & iustum & bonum sit. Cap. XLIIII.

QVi igitur solem suum oriri facit omnibus benigne deus, & pluit super iustos et iniustos, iudicabit eos, qui ex æquo benignitatem eius percipientes non similiter secundum dignationem muneris eius conuersati sunt, sed in delicijs & luxurijs uersati sunt aduersus beneuolentiam eius, adhuc & blasphemantes eum, qui tanta beneficia in eos fecerit.

Quemadmodum religiosior Plato quàm hæretici ostendatur. Cap. XLV.

QVibus religiosior Plato ostenditur, qui eundem deum et iustum & bonum confessus est, habentem potestatē omnium, ipsum facientem iudicium, sic dicens. Et deus quidem quemadmodum & uetus sermo est initium & finem & medietates omniū quę sunt habens, recte perfecit, secundum naturam circumiens: hunc autem cōsequitur iustitia ultrix in eos, qui deficiunt à lege diuina.

Quemadmodum secundum suam regulam, qui à Valentino sunt extra ueritatem ostendantur. Cap. XLVI.

ET iterū factorem & fabricatorē huius uniuersitatis bonum ostendit. Bono autem, inquit, nulla unquam de quoquam nascitur inuidia: hoc initiū et causam fabricationis mūdi cōstituens bonitatē dei, sed nō ignorantiā, nec æonē qui errauit, nec de his fructū, nec matrem plorantē & lamentantē, nec alterū deum uel patrem. Iuste aūt eos mater planget, & talium excogitatores & adinuētores: digna enim commentiti

mentiti sunt in capita sua, quoniã mater ipsorum extra plenitudinem est, id est extra dei agnitionem, & collectio eorum aborsio facta est in formis, & sine specie: nihil enim de ueritate apprehendit, in uacuũ & in umbram decidit. Vacua enim doctrina ipsorũ & intenebrata, et horus eam non permisit introire in pleroma: nõ enim recipit eos spiritus in refrigeriũ. Pater enim ipsorũ ignorantiã regenerans, mortis passionem in eis operatus est. Hæc non nos diffamamus, sed ipsi confirmãt, ipsi docent, gloriantur in ipsis, altum sentiunt de matre, quam sine patre dicunt genitã, hoc est sine deo fœminã à fœmina, quod est ex errantia corruptelã. Nos autem precamur nõ perseuerare eos in fouea, quã ipsi foderũt, sed segregari ab huiusmodi matre, & exire à Bytho, & abstinere à uacuo, & umbrã derelinquere, & legitime eos generari, conuersos ad ecclesiã dei, et formari Christũ in eis, et cognoscere eos fabricatorem & factorẽ huius uniuersitatis, solum uerũ deum, & dominũ omniũ. Hęc precamur de illis, utilius eos diligentes, q̃ ipsi semetipsos putant diligere. Quæ enim est à nobis dilectio, cum sit uera, salutaris est eis siquidẽ eam recipiant. Est enim austero medicamini similis, absumens improbiorẽ ac superfluã uulneris carnem. Elationẽ enim illorum & inflationẽ euacuat. Quapropter tentantes, omni uirtute manũ porrigere eis nõ tedebit nos. Prærogauimus aũt super hæc quæ dicta sunt in sequẽti libro domini sermones inferre, si quos ex his per ipsam Christi doctrinã conuincentes, suadere possimus cessare ab eiusmodi errore, & absistere ab ea blasphemia, quę est in fabricatorem ipsorum, qui & solus est deus, & pater domini nostri Iesu Christi.

CAPITA LIBRI QVARTI.

HAe sunt exprobrationes & euersiones falsæ agnitionis.
Ostensio quoniam dominus unũ deum solum, & patrem cognoscebat. 1
Quæstio de eo quid sit, confiteor tibi pater domine cœli & terræ. 2
Ostensio quod per Moysen legisdatio sermones sint Christi. 3
Expositio parabolæ diuitis & pauperis Lazari. 4
Ostensio quoniã cœlum & terra transient, dominus autem qui condidit, & manet in æternum, ipse est pater domini nostri. 5
Quæ causa est quod cœlum & terra transiet. 6
Quare relicta est Hierosolyma. 7
Ostensio quod temporalis lex data est. 8
Quoniam Christus est qui superinducit diem uelut clibanum ardentem. 9
Ostensio eundem deum & præsentia & æterna fecisse. 10
Quemadmodum dominus eum qui de rubo locutus est ad Moysen, confitetur esse deum uiuentium. 11
Quoniam Abraham uidit Christum. 12
Quoniam una & eadem Abrahæ fides, & nostra. 13
Quid est quod nemo cognoscit patrem nisi filius, & per quot occasiones reuelat filius patrem. 14
Quemadmodum Abraham à uerbo doctus est. 15

Quemad-

Quemadmodũ promiſsionẽ quam promiſit deus Abrahæ Chriſtus perfecit. 16
Quare ludæi abſceſſerunt à deo. 17
Oſtenſio quoniam Abraham hæreditatem poſsidebit regnum cœlorum. 18
Quoniam dominus ſabbatis curans ſecundum legem faciebat. 19
Quoniã non cõtra legem faciebãt diſcipuli domini ſabbatis ſpicas legentes. 20
Oſtenſio unius & eiuſdem ſubſtantiæ eſſe, quæ ſecundum legem ſunt, & ea quę ſecundum Euangelium, & quemadmodum Nouum teſtamentũ prædictum eſt à prophetis. 21
Quid eſt pluſquam templum, & pluſquam Salomon. 22
Quemadmodum Moyſes aduentum Chriſti ſignificauit, & tempus paſsionis, locum in quo paſſus eſt. 23
Quoniam & prophetæ & iuſti ante aduentum domini, cognouerũt aduentum eius. 24
Quemadmodũ ſeniorũ traditio cõtraria erat legi, quæ data eſt per Moyſen. 25
De Phariſaica lege, quæ ſunt particularia præcepta, & quæ Catholica. 26
Quemadmodum dominus, quæ de lege comprehendebãtur, ſuperextendit diſcipulis, non diſſoluit, & ſecundũ quid plus abundat iuſtitia noſtra, quàm ſcribarum & phariſæorum. 27
Quare fecit hominem de us, & patres elegit, & nos uocauit, & quid præſtat ea quæ eſt ad dominum ſeruitus, & quare talis lex populo data eſt. 28
Quemadmodũ in populo priore, & in eccleſia quædam præcepta propter duritiam & indicto audientiam hominum data ſunt. 29
Quare circunciſio data eſt populo, & obſeruatio ſabbatorum, & quam habent recapitulationem. 30
In quo differt Decalogus à reliquis præceptis. 31
Oſtenſio quoniã non propter ſe, nec indigens deus de ſeruitio eorum, Leuiticã præcepit legem: quid enim requirit ab homine deus nullius indigens? 32
Quemadmodũ nomen domini noſtri Ieſu Chriſti propriũ patris oſtenditur. 33
De ſacrificijs, & oblationibus, & qui ſunt, qui in ueritate offerunt. 34
Quorum typum accipiebat populus, quemadmodum per actus prophetæ prophetabant futura. 35
Quemadmodũ inueſtigabilis & incomprehenſibilis oſtenditur is, qui hãc quæ ſecundum nos eſt condidit creaturam. 36
Secundum quid notus deus, & quod ipſe pater conditor omnium per ſuas manus formauit hominem. 37
Quemadmodum in Abraham præfigurabatur fides noſtra, & quæ eſt expoſitio eorum, quæ facta ſunt à patribus. 38
Quare lauit pedes diſcipulorũ dominus, & quare diſcumbentibus, & quod ipſe ſimiliter ante omnes deus oſtenditur. 39
De eo quod ait, non uos laboraſtis, alij laborauerunt, & uos in labores eorum introiſtis. 40
Quare Paulus dicit ſe plus quàm omnes laboraſſe. 41
Quemadmodum in circũciſione, & præputio, & fide unus pater oſtenditur. 42
Quid eſt theſaurus abſconditus in agro, & quod ſola eccleſia recte legat ſcripturas. 43
De presbyteris iniuſtis. 44
Quibus doctoribus utendum eſt de his peccatis, quæ ab antiquis geſta ſunt. 45
De tranſgreſsione populi. 46
Oſtenſio quod unum & idipſum ſit uerbum dei diſpoſitor ueterum & nouorum. 47

Secun-

Secundum quid indurauit deus cor Pharaonis & ministrorum eius. 48
Quare secundum iussum dei uasa ab Aegyptijs sumpsit populus in exodo & ex ipsis tabernaculum in eremo fabricauit. 49
Quemadmodū una & eadem populi profectio ex Aegypto, & ecclesiæ ex gentibus ostenditur. 50
Ostensio generationis Loth ex filiabus suis. 51
Ostensio unum & eundem esse patrem & non illorum. 52
Quis est spiritalis discipulus, qui iudicat quidem omnes, ipse autem à nemine iudicatur, & qui sunt qui iudicantur. 53
Quemadmodum iudicabuntur gentes. 54
Quemadmodum iudicabuntur Iudæi. 55
Ostensio quoniam duos aduentus Christi prophetæ annuntiauerunt. 56
Quemadmodum iudicabuntur, qui à Marcione sunt. 57
Quemadmodum iudicabuntur qui sunt à Valentino, & reliqui gnostici. 58
Quemadmodum iudicabuntur Ebionitæ. 59
Quemadmodum iudicabuntur, qui putatiue dicunt deum manifestatum. 60
Quemadmodum iudicabuntur pseudoprophetæ. 61
Quemadmodū iudicabuntur qui schismata operantur, & omnes qui segregant ab ecclesia. 62
Quemadmodum omnia consistunt ei, qui est ecclesiasticus. 63
Ostensio quod ecclesia non tantum perfectā habeat dilectionem, sed quoniam & spūs dei super eam requiescit, quod ab uno & eodem deo prophetia. 64
Quomodo prophetæ omnia prædixerunt, quæcunq; Christus operatus. 65
Quomodo prophetæ membra Christi sunt, & quemadmodū unusquisq; eorū, secundum quod erat membrum, secundum hoc & prophetauit, & quoniam omnia quæ prophetæ prædixerunt, Christus adimpleuit. 66
Aduersus eos qui dicunt, quid noui ueniens attulit Christus? 67
Auersus eos qui dicunt quædam à summitate dixisse prophetas, quædam uero à mundi fabricatore. 68
Quemadmodū de his ipsis dictis discrepāt à semetipsis, qui sunt à Valētino. 69
Ostensio de domini sermonibus confitentis se à deo patre missum, à quo & prophetæ uenerunt, & patres electi sunt. 70
Ostēsio quod homo liber sit, & suæ potestatis, ad hoc, ut ab se eligere possit meliora & contraria. 71
Ostensio quod non natura quidam boni sunt, quidam uero mali, & quod in hominis electione sit bonum. 72
Quæ causa fuerit, quod non ab initio perfectus factus est homo. 73
Et secūdū quid omnia quæ facta sunt indigēt perfecto, & unde est indigētia. 74
Quid est quod à Paulo dictum est, lac uobis potum dedi, non escam. 75
Quæ est agnitio boni & mali, & quemadmodū homo cum dicto audiens fuisset, inualuit deus per dicti audientiam meliorem fieri hominem. 76
Quid est quod ad Prophetam dictum est, ego deus zelans & faciens pacem & condens malum. 77
Ostensio quoniam non alius est, qui requiem dat pater, alius autem qui ignem præparauit deus. 78
Quare angeli, diaboli & filij nequitiæ dicti sunt. 79
Qui illi & ob quam causam progenies uiperarum, quod non obediunt Euangelio. 80

FINIS INDICIS.

ARGVMENTVM DES. ERASMI ROTERODAMI IN IIII. LIBRVM SANCTI IRENAEI.



IC Irenæus uelut eluctatus è locis cõfragosis & impeditis ingreditur campum liberiorem, explanans multa scripturarum loca, quæ deprauarant hæretici. In hoc libro quemadmodũ & in quinto, frequenter asserit liberum arbitrium, cui tribuit, quod & angeli ceciderunt, & homo in mortem prolapsus est, & quotidie prolabuntur impij. Idq; facit non uno in loco. Vnum locum asscribam ex cap. LXXI. Et propter hoc, inquit, deus consilium quidem bonum dat omnibus, posuit autem in homine potestatẽ electionis, quemadmodũ & in angelis &c. Et alibi dicit in hoc hominem esse conditum ad similitudinẽ dei, quod permissa sit illi libera uoluntas. De Eucharistia frequenter meminit, sed ea religione qua ferè ueteres solent de hoc mysterio uerba facere, ueluti cap. libri huius XXXII. uocat Eucharistiam noui testamenti nouam oblationem, quam ecclesia ab apostolis traditam in uniuerso mundo offert deo. De transsubstantiatione nihil aperte dicit, nisi quod Christus, ut refert, panem ex frumento confectum dixerit corpus suum, uinum sanguinẽ suum confessus sit. Rursus capite XXXIIII. sic loquitur. Quomodo autem dicunt carnem in corruptionem deuenire & non percipere uitam, quæ à corpore domini & sanguine alitur. Ac mox, quemadmodũ qui est à terra panis, percipiens uocationem dei, iam non communis panis est, sed Eucharistia ex duabus rebus constans, terrena & cœlesti. Et offerendi uerbo frequenter utitur. Tanta erat sanctissimis de rebus diuinis loquendi reuerentia, priusquam ecclesia super huiusmodi mysterijs pronunciaret explanatius. Opinor & ob eam causam priscos doctores de multis parcius ac tectius fuisse loquutos, ne si sanctum proiecissent canibus, Ethnicis ac Iudæis præberent ansam blasphemię. Sed melius ex ipso disces Irenæo.

PROLO-

PROLOGVS IN QVARTVM LIBRVM, HAE SVNT EXPROBRATIONES & euersiones falsæ agnitionis.



VNC quartum librum dilectissime transmittens tibi, operis quod est de detectione & euersione falsæ cognitionis, quemadmodū promisimus, per domini sermones, ea quæ prædiximus cōfirmauimus, uti et tu sicut postulasti, undiq; à nobis accipias occasiones ad cōfutandos omnes hæreticos, et eos omnino retusos non longius sinas in erroris procedere profundū, neq; ignorantiæ prefocari pelago, sed conuertens eos in ueritatis portum facias suam percipere salutem. Eum autem qui uelit eos conuertere oportet diligenter scire regulas siue argumēta ipsorum: nec enim possibile est alicui curare quosdam male habētes, qui ignorat passionē eorum qui male ualent. Quapropter hi qui ante nos fuerunt, & quidē multo nobis meliores, non tamen satis potuerunt cōtradicere his qui sunt à Valentino, quia ignorabāt regulam ipsorū, quam nos cum omni diligentia in primo libro tibi tradidimus, in quo & ostendimus doctrinā eorum recapitulationē esse omnium hæreticorū. Quapropter in secūdo tanquam speculum habuimus eos totius euersionis, qui enim his contradicunt secundū quod oportet, contradicunt omnibus qui sunt malæ sententiæ: & qui hos euertunt, euertunt omnem hæresim, super omnes est enim blasphema regula ipsorum, quando quidē factorem & fabricatorem, qui est unus deus, secundū quod ostendimus, de labe siue defectione eum emissum dicunt. Blasphemant autem & in dñm, abscindentes & diuidentes Iesum à Christo, & Christum à saluatore, & saluatorem rursum à uerbo, & uerbum ab unigenito. Et quemamodū fabricatorem ex labe siue defectione emissum dicunt, sicut & Christū & spiritum sanctū propter labem emissum docuerunt, & saluatorē ab his æonibus, qui à labe emissi sunt fructificationem esse, ut nil sit apud eos sine blasphemia. In eo igitur qui ante hunc est liber, ostensa est de his omnibus sententia apostolorum. Quoniam non solum nihil tale senserunt qui ab initio speculatores, & ministri fuerūt uerbi ueritatis, sed & prædicauerunt nobis fugere huiusmodi sententias, spiritu prouidentes eos, qui seducturi erant simpliciores. Quemadmodū enim serpens Euam seduxit, promittens ei, quod non habebat ipse: sic & hi prætendentes maiorē agnitionē, & mysteria inenarrabilia, & promittentes eam, quam dicunt intra pleroma esse receptionem, in mortē demergunt sibi credentes, apostatas eos cōstituentes ab eo, qui eos fecit.

Et tunc quidem apostata angelus per serpentem inobedientiã hominum operatus, existimauit latere se dominũ: quapropter eandẽ ei formam & appellationẽ tribuit deus. Nunc autem quoniam nouissima sunt tempora, extenditur malum in homines, nõ solum apostatas eos faciens, sed & blasphemos in plasmatorẽ instituit multis machinationibus, id est, per omnes hæreticos qui prædicti sunt. Hi enim omnes, quamuis ex differentibus locis egrediantur, & differentia doceant, in idem tamen blasphemiæ concurrunt propositum, letaliter uulnerantes, docendo in dominum fabricatorem blasphemiam & nutritorem nostrum, & derogando salutem hominis. Homo est autem temperatio animæ & carnis, qui secundum similitudinem dei formatus est, & per manus eius plasmatus est, hoc est, per filium & spiritum, quibus & dixit: Faciamus hominem. Hoc ergo propositum est eius, qui uitæ nostræ inuidet, incredulos suę salutis efficere homines, & blasphemos in plasmatorem deum. Quæcunq; enim cum grauitate summa dixerint omnes hæretici, in ultimum ad hoc deueniunt, ut blasphement fabricatorem, & contradicant saluti plasmatis dei, quod quidem est caro: propter quam omnem dispositionẽ fecisse filium dei multis modis ostendimus, & manifestauimus, neminem alium deum appellari à scripturis, nisi omnium, & filium, & eos qui adoptionem habent.

OSTENSIO QVONIAM DOMINVS VNVM SOLVM DEVM ET PATREM COGNOSCEBAT. CAPVT I.



VM sit igitur hoc firmū & constās, neminem alterū deum & dominū à spiritu predicatū, nisi eū qui dominatur omniū deus cū uerbo suo,& eos,qui adoptionis spiritū accipiunt, hoc est,eos qui credūt in unum & uerū deū, & Christū Iesum filiū dei,similiter & apostolos neminē alium à semetipsis deū appellasse,aut dominū cognouisse, multo autem magis dominū,qui & nobis precepit neminem patrē cōfiteri,nisi eū qui est in cœlis,qui est unus deus, & unus pater: manifeste falsa ostēduntur ea,quæ dicūt circūuentores,& peruersissimi sophistæ,dicētes naturaliter & deū & patrem esse,quē ipsi adinuenerūt:Demiurgū uero naturaliter,neq; deum,neq; patrē esse,sed uerbotenus dici,eo quod dominetur cōditioni,sicut dicūt peruersi grammatici,excogitātes in deū,& doctrinā quidē Christi prętermittētes,à semetipsis aūt falsa diuinātes aduersus uniuersam dei dispositionē argumētantur.Etenim ęonas suos & deos,& patres,& dominos,adhuc etiā & cœlos uocari dicunt cum matre sua, quā & terrā & Ierusalē appellāt,multis alijs uocabulis eā cognominantes. Cui aūt non sit manifestū,quoniā si dominus multos patres sciſſet.& deos, non præcepisset discipulis suis unū scire deum, & hūc eundē solum uocari patrem: sed potius distinxisset qui sunt uerbotenus dij ab eo qui sit uerus, ut non errent secundum doctrinā eius,neq; alterū pro altero audiant.Si autem nobis quidē præcepit unū uocare patrem & deum, ipse autem interdum alteros cōfitetur patres,& deos eodem modo, alia quidem præcipiens uidebitur discipulis,alia uero ipse faciens. Non est autem hoc magistri boni,sed seductoris & inuidi. Et apostoli autē secūdum eos trāsgressores ostendūtur præcepti,Demiurgū deum & dominū, & patrē confitentes,quemadmodum ostendimus, si non hic solus est deus & pater. Iesus ergò transgressionis autor & magister erit eis,qui pręcepit unum uocari patrē,imponens eis necessitatem Demiurgum confiteri suum patrem,quemadmodum ostensum est.

Quæstio de eo quid sit,Confiteor tibi pater domine cœli & terræ. Cap. II.

MOyses igitur recapitulationem uniuersæ legis, quā acceperat à Demiurgo,in Deuteronomio faciens, sic ait: Attēde cœlū & loquar,& audiat terra uerba ex ore meo. Rursum Dauid adiutoriū suū

dicens à domino fieri: Adiutoriũ, inquit, meũ à domino, qui fecit cœlum & terram. & Esaias confitetur à domino qui fecit cœlũ & terram, & dominatur eorũ, fieri sermones. Audi, inquit, cœlũ, & auribus percipe terra, quoniã dominus locutus est. Et iterũ sic ait: Dominus deus qui fecit cœlum, & affixit illud, qui cõfirmauit terram, & quæ in ea, & qui dat afflatũ populo, qui est super eã, & spiritũ his qui calcant illam. Rursum dominus noster Iesus Christus eundẽ hunc patrẽ suum confitetur in eo, quod dicit: Confiteor tibi pater domine cœli & terræ. Quem patrẽ uolunt nos audire hi, qui sunt Pandoræ peruersissimi sophistæ? utrumne Bythum, quẽ à semetipsis finxerũt, an matrẽ eorum? an unigenitũ? An quẽ Marcionitæ, uel cæteri adiunxerũt deum? quẽ quidẽ non esse deũ per multa demõstrauimus. An (quod est uerum) fabricatorem cœli & terræ, qnem & prophetæ prædicauerunt, quem & Christus suum patrem confitetur, quem & lex annunciat dicẽs: Audi Israel, dominus deus tuus unus est.

Ostensio quod per Moysen legisdatio sermones sint Christi. Cap. III.

QVoniam aũt Moysi literæ, uerba sint Christi, ipse ait ad Iudæos, quẽadmodum Ioãnes in euãgelio cõmemoratus est, Si credidissetis Moysi, credidissetis & mihi, de me enim ille scripsit. Si aũt illius literis nõ creditis, necꝫ meis sermonibus creditis. Manifestissime significans Moysi literas, suos esse sermones. Ergo si Moysi, & reliquorum sine dubio prophetarũ sermones ipsius sunt, quẽadmodum demonstrauimus. Et iterũ ipse dominus ostendit Abraham dixisse diuiti, de his omnibus qui adhuc erant in uita, Si Moysi & prophetis non obediunt, nec si quis à mortuis resurgens ad illos eat, credent ei.

Expositio parabolæ diuitis & pauperis Lazari. Cap. IIII.

NOn aũt fabulã retulit nobis pauperis & diuitis, sed primum quidem docuit neminẽ oportere delicijs uti, necꝫ in secularibus oblectamẽtis, & multis epulis degẽtes, seruire suis uoluptatibus, & obliuisci deũ. Erat enim, inquit, diues, qui uestiebatur purpura & byssо, & delectabatur epulis splẽdidis. De talibus autẽ & per Esaiam dixit spiritus, Cũ citharis & tympanis, & psalterijs, & tibijs uinũ bibunt, opera aũt dei non intuẽtur, & opera manuũ eius non cõsiderant. Ne ergo in eadẽ pœna cum his ueniamus, finẽ eorũ ostẽdit dominus, simul significãs quod obedientes Moysi & prophetis crederẽt in eũ, quem ipsi prædicassent dei filiũ, qui resurrexit à mortuis, & uitam nobis donat, & demõstrat ex una substãtia esse omnia, id est Abrahã & Moysen, & prophetas, etiã ipsum dominũ qui resurrexit à mortuis, in quẽ credunt multi, qui sunt à circuncisione, qui & Moysen & prophetas audiunt prædicãtes aduentum filij dei. Qui autem dispernunt, & ab altera substantia eos esse dicũt, necꝫ primogenitũ mortuorum sciunt,

separa-

ſeparatim Chriſtum intelligentes, tanquam impaſsibilem perſeueran tes, & ſeparatim eum qui paſſus eſt Ieſum. Non enim à patre accipiũt cognoſcere filium, nec à filio diſcunt patrem, manifeſte & ſine parabo lis eum deum, qui eſt uere, docentem.

Oſtenſio quoniam cœlum quidem & terra tranſient, dominus autem, qui fecit ea, & ma- net in æternum, & ipſe eſt pater domini noſtri. Cap. V.

NE, inquit, iuraueritis in totum, neq; in cœlũ, quoniã thronus eſt dei, neq; in terrã, quoniam ſcabellum pedũ eius, neq; per Hieru- ſalem, quoniam ciuitas eſt magni regis. Hæc enim in fabricatorẽ mani feſte dicta ſunt, quẽadmodum & Eſaias ait: Cœlum mihi ſedes eſt, ter ra ſubpedaneũ pedum meorũ, & præter hunc alius non eſt deus. Cæ- terũ à domino neq; deus, neq; magnus rex diceretur, huiuſmodi em̃ nec comparationẽ, nec ullam recipit ſuperlationem. Qui enim ſuper ſe habet aliquẽ ſuperiorem, & ſub alterius poteſtate eſt, hic neq; deus, neq; magnus rex dici poteſt. Sed nec per ironiã quidẽ hæc dicta eſſe poterũt dicere, cum conuincantur ab ipſis dictis, quoniam in ueritate dicta ſunt. Etenim ueritas erat ipſe qui loquebatur, & uere uindicabat ſuam domum, proĳciens ex ea numularios, qui & emebant & uende- bãt, dicens eis, ſcriptum eſt, Domus mea domus orationis uocabitur, uos aũt feciſtis eã ſpeluncã latronum. Et quam ob cauſam habuit hoc facere & dicere, & domum ſuã uindicare, ſi alterũ deum annuntiabat? Sed ut oſtenderet trãſgreſſores paternæ legis. Neq; enim domum in cuſabat, neq; legẽ reprehẽdebat, quam uenerat adimplere, ſed eos qui non bene utebãtur domo, & eos qui legem tranſgrediebantur argue- bat. Et ideo ſcribæ & phariſæi qui cœperunt à tẽporibus legis cõtem nere deũ, nec uerbum eius receperũt, id eſt, non crediderunt Chriſto, de quibus Eſaias ait: Principes tui indicto audientes, ſunt ſocĳ furum, diligentes munera, ſectãtes retributionem, pupillis non iudicantes, & iudiciũ uiduarũ non attendẽtes. Et Hieremias ſimiliter, Qui præſunt, inquit, populo meo, me neſciebant, filĳ enim inſenſati & imprudẽtes ſunt, ſapientes ſunt in malefaciendo, bene aũt facere non cognouerũt, Quotquot aũt timebãt & ſolliciti erant circa legẽ eius, ipſi accurrerũt Chriſto, & ſaluati ſunt omnes. Ite enim inquit diſcipulis, ad oues quæ perierũt domus Iſrael. Et Samaritæ aũt, inquit, cum mãſiſſet dominus apud eos biduo, multo plures crediderũt ꝓpter ſermones eius, & mu lieri dicebãt, Iam nõ propter tuam loquelã credimus, ipſi audiuimus & ſcimus, quoniã hic eſt uere ſaluator mundi. Et Paulus aũt ait, & ſic omnis Iſrael ſaluabitur: ſed & legẽ pædagogum noſtrũ in Ieſum Chri ſtum dixit. Non ergo quorundã infidelitatẽ legi aſſcribant, non enim prohibebat eos credere in filiũ dei, ſed adhortabatur dicens, nõ aliter ſaluari homines ab antiqua ſerpentis plaga, niſi credãt in eũ, qui ſecun

dum ſimilitudinem carnis peccati, in ligno martyrĩ exaltatur à terra, & omnia trahit ad ſe, & uiuificat mortuos.

Quæ cauſa eſt quod cœlum & terra tranſient. Cap. VI.

QVoniam malignantes dicunt, Si enim cœlum thronus dei eſt, terra ſubpedaneũ eius, dictum eſt aũt præterire cœlũ & terrã, hiſcp̃ prætereuntibus oportet etiã hunc deum, qui ſuperſedeat præterire, & ideo nõ hunc eſſe deum, qui ſit ſuper omnia. Primo quidem neſciunt quid ſit cœlum thronus, et terra ſubpedaneũ. Nec enim ſciunt quid ſit deus, ſed putant eum more hominis ſedere & contineri, non aũt continere, ſed & præteritionẽ cœli & terræ ignorant. Paulus aũt nõ ignorauit dicens: Præterit enim figura huius mundi. Deinde quæſtionem ipſorum ſoluit Dauid. Figura enim huius mundi prætereunte, non ſolum deum ait perſeuerare, ſed & ſeruos eius, in centeſimo primo pſalmo dicẽs ita: Initio terrã tu fundaſti dñe, & opera manuũ tuarum ſunt cœli. Ipſi peribunt, tu aũt perſeuerabis, & omnes ſicut ueſtimentũ ueteraſcent, & ſicut cooperimentũ mutabis eos, & mutabuntur. Tu aũt idem ipſe es, & anni tui non deficient. Filĩ ſeruorum tuorum inhabitabunt, & ſemen eorum in æternũ dirigetur. Manifeſte oſtendens quæ ſint quæ præterierunt, & quis eſt qui ſemper perſeuerat deus cum ſeruis ſuis. Et Eſaias autẽ ſimiliter, Alleuate, inquit, oculos ueſtros in cœlum, & attendite in terram deorſum, quoniã cœlum ſicut fumus confirmatum eſt, terra autem ſicut ueſtimentũ ueteraſcet, qui autem inhabitant in eis, quemadmodũ hæc morientur, ſalutare autem meum in æternum erit. Iuſtitia autem mea non deficiet.

Quare relicta eſt Hieroſolyma. Cap. VII.

ADhuc & de Hieruſalem, & de dño audent dicere, quoniã ſi eſſet magni regis ciuitas, non derelinqueretur. Simile aũt eſt dicere, ſi quis diceret, quoniã ſi eſſet ſtipula conditio dei, nuncp̃ à frumento derelinqueretur: & ſarmenta uineæ, ſi à deo facta ſunt, nuncp̃ à botris deſtituta abſciderentur. Quemadmodũ autem hæc nõ propter ſe principaliter facta ſunt, ſed propter creſcentem in eis fructum, quo maturo facto & ablato derelinquuntur, & è medio auferuntur, quę iam nõ ſunt utilia ad fructificationẽ: Sic & Hieroſolyma, quæ iugum in ſe ſeruitutis portauerat, in quo domitus eſt homo, qui antea nõ ſubĩcieba-tur deo, cum mors regnabat, et domitus habilis factus eſt ad libertatẽ, adueniente fructu libertatis, & aucto & demeſſo, & in horreũ apportatis ab ea his qui fructificare poſſunt, & in omni mũdo diſſeminatis, quemadmodũ Eſaias ait: Filĩ Iacob germinabunt, & florebit Iſrael, & fructu uentris eius implebitur uniuerſa terra. In uniuerſa enim terra fructu diſſeminato merito derelicta eſt, & de medio ablata eſt, quæ aliquando quidem fructificauerat bene: ex ipſa enim ſecundum carnem

Chriſtus

Christus fructificatus est,et apostoli,nunc autem iam utilis non est ad fructificationem: quæcunq; enim temporale initiū habent,necesse est ea & finem habere temporalem.

Ostensio quod temporalis lex data sit. Cap. VIII.

QVoniã igitur à Moyse lex inchoauit, cõsequẽter in Ioãne desiuit, ad impletionẽ eius aduenerat Christus,& propter hoc lex & prophetæ apud eos usq; ad Ioannẽ:& Hierusalẽ itaq; inchoãs à Dauid,et adimplens tempora sua legisdationis, finem oportuit habere manifestato nouo testamento. Omnia enim mensura & ordine deus facit, & nihil nõ mensum apud eum,quoniã nec incompositũ.Et bene,qui dixit ipsum immensum patrẽ in filio mensuratũ. Mensura enim patris filius, quoniã & capit eum. Quoniã aũt temporalis erat illorũ administratio,Esaias ait: Derelinquetur filia Sion sicut casa in uinea, & uelut custodiariũ in cucumerario. Quãdo aũt hæc derelinquentur,nõne cũ fructus aufertur, & derelinquentur folia sola quę iam fructificare non possunt? Et quid de Hierusalẽ dicimus, quãdoquidẽ & figuram mundi uniuersi oporteat præterire, aduenięte tẽpore præteritionis ipsius, ut fructus quidẽ in horreum colligatur,paleæ aũt derelictæ cõburantur. Dies enim domini quasi clibanus ardens, & erunt stipula omnes peccatores,qui faciunt iniusta,& comburet eos dies ueniens.

Ostensio,quoniam Christus est qui superinducit diem, uelut clibanum ardentem. Cap. IX.

QVis est autẽ hic dñs,qui talem importat diem. Ioãnes baptizator significat, dicẽs de Christo. Ipse uos baptizabit in spiritu sancto, et igni, palã habens in manu eius ad emundandũ aream suã, & fructũ cõgregabit in horreũ,paleas aũt cõburet igni inextinguibili. Non ergo alius est qui frumentũ fecit,& alius qui paleas,sed unus et idẽ,& iudicans ea,id est,separãs.Sed frumentũ quidem & paleæ,et animalia ir rationabilia existentia,naturaliter talia facta sunt.Homo uero rationabilis,& secundũ hoc similis deo,liber in arbitrio factus & suæ potestatis,ipse sibi causa est,ut aliquãdo quidem frumentũ, aliquando aũt palea fiat.Quapropter et iuste condẽnabitur,quoniã rationabilis factus amisit uerã rationem,& irrationabiliter uiuens,aduersatus est iustitiæ dei,tradens se omni terreno spiritui,& omnib.seruiens uoluptatibus. Quemadmodũ propheta ait,Homo cum in honore esset non intellexit,cõparatus est iumentis insipientibus,& similis factus est illis. κρίνων Lib.arb.

Ostensio eundem deum & præsentia & æterna fecisse. Cap. X.

VNus igitur & idẽ deus,qui plicat cœlũ, quẽadmodũ librũ,& renouat faciẽ terræ,qui tẽporalia fecit propter hominẽ,ut maturescẽs in eis fructificet immortalitatẽ,& qui ęterna supraducit ꝓpter suã benignitatẽ,ut ostendat seculis superuenientib. inenarrabiles diuitias

benignitatis ſuæ: qui à lege & prophetis annũciatus eſt, quẽ Chriſtus ſuũ patrẽ confeſſus eſt, ipſe eſt aũt fabricator, & ipſe qui ſuper omnia eſt deus, quemadmodum Eſaias ait: Ego teſtis, dicit dñs deus: & puer quẽ elegi, ut cognoſcatis quia ego ſum, & ante me non fuit alius deus, & poſt me nõ erit. Ego ſum deus, & ante me nõ eſt ſaluator, annũciaui & ſaluaui. Et iterũ: Ego ſum deus primus, & ſuper uentura ego ſum. neq; eñ uarie, neq; elate, neq; gloriãs dicit hæc, ſed quoniã impoſsibile erat ſine deo diſcere deũ, per uerbum ſuũ docet homines ſcire deũ. His igitur qui neſciunt hæc, & propter hoc alterum aduenisſe putant patrẽ iuſte quis dicit: Erratis, neſcientes ſcripturas, neq; uirtutem dei.

Quemadmodum dominus eum, qui de rubo locutus eſt ad Moyſen confitetur eſſe deum uiuentium. Cap. XI.

DOminus enim noſter & magiſter in ea reſpõſione quã habuit ad Sadducæos, qui dicũt reſurrectionẽ nõ eſſe, propter hoc inhonorãtes deũ, atq; legi detrahentes, & reſurrectionẽ oſtendit, & deũ manifeſtauit, dicẽs eis. Erratis neſcientes ſcripturas, neq; uirtutẽ dei: De reſurrectione eñ, inquit, mortuorũ nõ legiſtis quid dictũ eſt à deo dicente, Ego ſum deus Abrahã, deus Iſaac, & deus Iacob. & adiecit, Nõ eſt mortuorũ, ſed uiuentiũ: omnes eñ ei uiuunt. Per hæc itaq; manifeſtum fecit, quoniã is qui de rubo locutus eſt Moyſi, & manifeſtauit ſe eſſe deũ patrum, hic eſt uiuentiũ deus. Quis enim eſt uiuorũ deus, niſi qui eſt ſuper omnia deus, & ſuper quem alius nõ eſt deus, quẽ & Daniel propheta cũ dixiſſet ei Cyrus rex Perſarũ, quare non adoras Bel? annũtiauit dicens: Quoniã non colo idola manufacta, ſed uiuũ deum, qui conſtituit cœlũ & terram, & habet omnis carnis dominationẽ. Iterum dixit: Dominũ deum meum adorabo, quoniã hic eſt deus uiuus. Qui igitur à prophetis adorabatur deus uiuus, hic eſt uiuorũ deus, & uerbũ eius qui & locutus eſt Moyſi, qui & Sadducæos redarguit, qui & reſurrectionẽ & dñm oſtendit. Si enim deus mortuorũ non eſt, ſed uiuorũ, hic aũt dormientiũ patrum deus dictus eſt, indubitate uiuunt deo, & non perierunt, cum ſint filij reſurrectionis: reſurrectio aũt ipſe dñs eſt, quemadmodũ ipſe ait: Ego ſum reſurrectio & uita. Patres autem eius filij, dictum eſt aũt à propheta. Pro patribus tuis facti ſunt tibi filij tui. Ipſe igitur Chriſtus cum patre uiuorũ eſt deus, qui & locutus eſt Moyſi, qui & patribus manifeſtatus eſt.

Quoniam Abraham uidit Chriſtum. Cap. XII.

ET hoc ipſum docẽs dicebat Iudæis, Abrahã pater ueſter exultauit ut uideret diẽ meũ, et uidit, & gauiſus eſt. Quid eñ credidit Abraham deo, & deputatũ eſt ei ad iuſtitiã? Primũ quidẽ quoniã ipſe eſt factor cœli et terrę ſolus deus. Deinde aũt quoniã faciet ſemẽ eius quaſi ſtellas cœli: hoc eſt qđ à Paulo dicitur, quẽadmodũ luminaria in mundo. Iu-

do.Iuſte igitur derelinquens terrenam cognationem omnẽ, ſequebatur uerbum dei,cum uerbo peregrinans, ut cum uerbo moraretur.

Quoniam una eſt & eadem Abrahæ fides,& noſtra. Cap. XIII.

IVſte autem & apoſtoli,ex Abrahã genus habentes, derelinquẽtes nauiculã & patrem,ſequebantur uerbũ dei.Iuſte aũt nos eandem fidem accipiẽtes,quam habuit Abrahã, tollẽtes crucẽ quemadmodum ligna Iſaac,ſequimur eũ.In Abrahã enim prædidicerat,& aſſuetus fuerat homo ſequi uerbũ dei. Etenim Abrahã prono animo unigenitum & dilectũ filiũ ſuum cõceſsit ſacrificiũ deo,ut & deus beneplacitũ habeat,pro uniuerſo ſemine eius dilectũ & unigenitũ filium ſuũ præſtare ſacrificiũ in noſtrã redemptionẽ.Propheta ergo cum eſſet Abrahã, & uideret in ſpiritu diẽ aduentus domini & paſsionis, per quem ipſe quoq; & omnes qui ſimiliter,ut ipſe credidit, credũt deo, ſaluari inciperẽt,exultauit uehemẽter.Nõ incognitus igitur erat dominus Abrahę,cuius diẽ cõcupiuit uidere:ſed neq; pater domini:didicerat enim à uerbo domini,& credidit ei. Quapropter & deputatũ eſt ei ad iuſtitiã à domino.Fides quæ eſt ad deũ, iuſtificat hominẽ, & propter hoc dicebat.Extendã manũ meã ad deũ altiſsimũ,qui conſtituit cœlum & terrã.Hæc aũt omnia conantur euertere illi qui ſunt malę ſentẽtiæ, ob unum dictum,quod quidem apud nos non bene intellectum eſt.

Quid eſt quod nemo cognoſcit patrem niſi filius,& per quot occaſiones reuelat filius patrem. Cap. XIIII.

DOminus enim oſtendẽs ſemetipſum diſcipulis, quoniam ipſe eſt uerbũ,qui agnitionẽ patris facit,& exprobrãs Iudæis putãtibus ſe habere deũ,cum & fruſtrẽtur uerbũ eius,per quẽ cognoſcitur deus dicebat,Nemo cognoſcit filiũ niſi pater, neq; patrem quis cognoſcit, niſi filius,& cui uoluerit filius reuelare. Sic & Matthęus poſuit,& Lucas ſimiliter,& Marcus ſecundum idem ipſum. Ioannes enim prætexit locum hũc.Hi aũt qui peritiores apoſtolis uolunt eſſe, ſic dicebãt, Nemo cognouit patrẽ niſi filius,nec filium niſi pater, & cui uoluerit filius reuelare: & interpretãtur,quaſi à nullo cognitus ſit uerus deus ante domini aduentũ:& eum deũ qui à prophetis ſit annũtiatus, dicunt non eſſe patrẽ Chriſti.Si aũt Chriſtus tunc inchoauit eſſe, quando & ſecundũ hominem aduentum ſuũ egit,& à temporibus Tyberij Cęſaris cõmemoratus eſt pater prouidere hominibus,& nõ ſemper uerbũ eius unà cum plaſmate fuiſſe oſtẽdebatur, nec tũc quidẽ oportuit alterum deũ annuntiari,ſed cauſas tantæ incuriæ & negligẽtiæ eius inquiri.Nullã enim oportet quæſtionẽ talem eſſe,& tantũ inualeſcere,ut & deum quidẽ mutet,& eam quę eſt erga fabricatorẽ (qui nos alit ſuam cõditionẽ) fidem noſtrã euacuet.Sicut enim in filium fidẽ noſtram dirigimus,ſic & in patrem dilectionẽ firmã, & immobilẽ habere debemus

mus. Et bene Iustinus in eo libro qui est ad Marcionem ait, Quoniam ipsi quoq; domino non credidisset alterũ deum annũcianti, prꝛter fabricatorem & factorẽ, nutritorẽ nostrum. Sed quoniam ab uno deo, qui & hũc mundũ fecit, & nos plasmauit, & omnia cõtinet, & administrat, unigenitus filius uenit ad nos, suũ plasma in semetipsũ recapitulans, firma est mea ad eũ fides, & immobilis erga patrẽ dilectio, utraq; deo nobis præbẽte: neq; enim patrẽ cognoscere quis potest, nisi uerbo dei, id est, nisi filio reuelante, neq; filiũ, nisi patris beneplacito. Bonum autẽ placitũ patris filius perficit: mittit enim pater, mittitur autẽ & uenit filius: & patrem quidẽ inuisibilem & interminabilẽ, quãtum ad nos est, cognoscit suũ ipsius uerbum, & cum sit inenarrabilis, ipse enarrat eum nobis. rursum autem uerbũ suũ solus cognoscit pater: utraq; autẽ hꝛc & sic se habere manifestauit dominus, & propter hoc filius reuelat agnitionẽ patris per suã manifestationẽ. Agnitio enim patris est, filij manifestatio. Omnia per uerbũ manifestantur. ¶Vt ergo cognoscceremus, quoniã qui aduenit filius, ipse est qui agnitionẽ patris facit, credentib. sibi dicebat discipulis: Nemo cognoscit patrẽ nisi filius, neq; filiũ nisi pater, & quibuscunq; filius reuelauerit: docens semetipsum & patrẽ, sicut est, ut alterũ non recipiamus patrẽ, nisi eum, qui à filio reuelatur. Hic autẽ est fabricator cœli & terræ quẽadmodũ ex sermonibus eius ostẽditur: & nõ is qui à Marcione, uel à Valentino, aut Basilide, aut Carpocrate, aut Simone, aut reliquis falso cognomine gnosticis adinuẽtus est falsus pater. Nemo enim illorum filius dei, sed Christus Iesus dominus, non aduersum quẽ & contrariũ exercẽt discipuli. Nam incognitũ deum audẽtes annũciare, debẽt autem in semetipsos audire: quemadmodũ enim ignotus, qui ab ipsis cognoscitur? Quodcunq; enim uel à paucis cognoscitur, non est incognitũ. Dominus autẽ non in totũ posse cognosci & patrẽ & filium dixit. Cæterum superuacuus fuisset aduẽtus eius. Quid enim huc ueniebat? an uti diceret nobis, nolite querere deũ, incognitus est enim, & non inuenietis eum, quemadmodũ & Christũ æonibus eorum dixisse mẽtiuntur hi qui sunt à Valentino. Sed hoc quidẽ uanũ est. Edocuit aũt dominus, quoniã deum scire nemo possit, nisi deo docẽte, hoc est, sine deo non cognosci deum. Hoc ipsum autem cognosci eũ, uoluntatẽ esse patris. Cognoscũt enim eũ quibuscunq; reuelauerit filius, & ad hoc filius reuelauit patrem, ut per eũ omnibus manifestetur, & eos quidẽ qui credunt ei iusti, in incorruptelã & æternũ refrigeriũ recipiat. Credere aũt ei, est facere eius uoluntatem. Eos autẽ qui non credũt, & propter hoc fugiũt lumen eius, in tenebris, quas ipsi sibi elegerunt, iuste recludet. Omnibus igitur reuelauit se pater, omnibus uerbũ suũ uisibile faciẽs, & rursus uerbum omnibus ostendebat patrẽ & filium, cum ab omnibus

bus uideretur. Et ideo iustum iudicium dei super eos, qui similiter quidem uiderunt, non aũt similiter crediderunt. Etenim per ipsam conditionem reuelat uerbũ conditorem deum, & per mundũ fabricatorem mundi dominũ, & per plasma eum qui plasmauerit artificẽ, & per filiũ eum patrem, qui generauit filium: & hæc omnes similiter quidem colloquuntur, non aũt similiter credũt, sed per legem & prophetas similiter uerbũ & semetipsum & patrem prædicabat. Et audiuit quidẽ uniuersus populus similiter: non similiter aũt omnes crediderunt: & per ipsum uerbũ uisibilem & palpabilem factũ, pater ostendebatur, etiãsi non omnes similiter credebãt ei: sed omnes uiderũt in filio patrem: in uisibile etẽ filij pater, uisibile aũt patris filius. & propter hoc omnes Christum loquebantur præsente eo, & deum nominabãt. Sed & dæmones uidentes filium dicebant, Scimus te qui es, sanctus dei. & tentatus diabolus uidens eum dicebat: Si tu es filius dei: omnibus quidem uidentibus & loquentib. filium & patrem, non aũt omnibus credentibus. Oportebat enim ueritatẽ ab omnibus acciperet testimoniũ, & esse iudiciũ in salutem quidem credentiũ, in condemnationem aũt non credentiũ, ut omnes iuste iudicentur, & ea quæ est in patrem & filiũ fides, ab omnib. cõprobetur, id est, ab omnib. confirmetur, ab omnibus accipiẽs testimoniũ, & à domesticis, quoniã & amici: & ab extraneis, quoniã & inimici. Illa est enim uera & sine contradictione probatio, quæ etiã ab aduersarijs ipsis singula testificationis profert, in ipsa quidem manifesta sua uisione conuictis de præsenti negotio, & testificantibus, & significantib. postea uero ad inimicitiã erumpentibus et accusantibus, & uolentibus non esse uerum suum testimoniũ. Non ergo alius erat, qui cognoscebatur, et alius qui dicebat, Nemo cognoscit patrem, sed unus & idem, omnia subijciente ei patre, & ab omnibus accipiens testimoniũ, quoniam uere homo, & quoniã uere deus, à patre, à spiritu, & ab angelis, ab ipsa conditione, ab hominib. & ab apostaticis spiritib. & ab erroneis, & ab inimico, & nouissime ab ipsa morte. Omnia aũt filius administrans patri, perficit ab initio usq; ad finem, & sine illo nemo potest cognoscere deũ. Agnitio enim patris filius, agnitio autem filij in patre & per filium reuelata: & propter hoc dñs dicebat, Nemo cognoscit filium nisi pater, neq; patrẽ nisi filius, & quibuscũq; filius reuelauerit. Reuelauerit enim, nõ solum in futurũ dictũ est, quasi tũc inciperet uerbũ manifestare patrẽ, cum de Maria natus, sed communiter per totũ tempus positum est. Ab initio enim assistens filius suo plasmati, reuelat omnibus patrem, quibus uult, & quando uult, et quemadmodum uult pater: & propter hoc in omnibus, & per omnia unus deus pater, & unum uerbũ & unus filius, & unus spiritus, & una fides & salus omnibus credentibus in eum.

Quem-

Quemadmodum Abraham à uerbo doctus est. Cap. XV.

ET Abraham ergo à uerbo cognoscens patrẽ, qui fecit cœlũ & terram hũc deũ cõfitebatur: & doctus repræsentatione, qđ inter homines homo futurus esset filius dei, per cuius aduentũ semen eius erat futurũ, quasi stellæ cœli, concupiuit eam diem uidere, uti & ipse complecteretur Christũ: & per spiritum prophetiæ eam uidens exultauit. Propter quod & Simeon ex sermone eius reimplebat gratulationem patriarchæ, & dicebat, Nunc remittis seruum tuum dñe in pace, quoniam uiderunt oculi mei salutare tuum, quod parasti ante faciẽ omniũ populorũ, Lumen in reuelatione oculorũ, & gloriam populi Israel. Et angeli aũt gratulationem magnam, uigilantib. nocte pastoribus enunciauerunt. Sed & Maria ait, Magnificat anima mea dominũ, & exultauit spiritus meus in deo salutari meo: descendente quidem exultatione Abrahæ in eos, qui erãt ex semine eius, euigilãtes & uidentes Christum, & credentes ei: reciproca aũt rursus egrediente exultatione à filijs Abraham, qui & concupierat diem aduentus Christi uidere. Bene igitur dominus noster testimonium reddebat ei dicens, Abraham pater uester exultauit, ut uideret diem meum, uidit & gauisus est.

Quemadmodum promißionem quam promisit deus Abrahæ Christus perfecit. Cap. XVI.

NOn enim tantum propter Abraham hoc dixit, sed ut ostenderet quoniã omnes qui ab initio cognitũ habuerunt dominũ & aduentum Christi prophetauerũt, reuelationẽ acceperunt ab ipso filio, qui & nouissimis temporibus & passibilis factus est, & cum humano genere locutus est, uti ex lapidibus excitaret filios Abrahæ, & adimpleret repromissionẽ, quam promiserat illi deus, ut faceret semen eius tanquam stellas cœli, quemadmodũ ait Ioannes Baptista. Potens est enim deus ex lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. Hoc autẽ fecit Iesus, à lapidum religione extrahens nos, & à duris & infructuosis cogitationibus transferens nos, & similem Abrahæ fidem in nobis constituẽs. Quemadmodũ & Paulus testificatur, dicẽs nos esse filios Abrahæ secundũ similitudinem fidei, & repromissionẽ hæreditatis. Vnus igitur & idem deus, qui aduocauit Abrahã, et repromissionẽ ei dedit: hic est enim fabricator, qui & per Christũ præparat luminaria in mundo, eos, qui ex gentibus credunt. Vos autem, inquit, estis lumen mundi, hoc est, quasi stellæ cœli. Hunc ergo recte ostendimus à nemine cognosci, nisi à filio, & quibuscunq; filius reuelauerit. Reuelat eñ omnibus filius, quib. uelit agnosci pater. et neq; sine bona uoluntate patris, neq; sine administratione filij cognoscet quisquã deum. Et ꝓpter hoc dicebat discipulis dñs, Ego sum uia, ueritas, & uita. Et nemo uenit ad patrem nisi per me. Si cognouistis me, & patrem meum cognoscitis,

&

& amodo cognouistis eum & uidistis. Ex quibus manifestū est, quoniam per filium, id est, per uerbum cognoscitur.

Quare Iudæi abscesserunt à deo. Cap. XVII.

PRopter hoc Iudei exceſſerunt à deo, uerbum dei non recipientes, ſed putantes per ſeipſum patrem ſine uerbo, id eſt, ſine filio poſſe cognoſcere deum, neſcientes eum qui in figura loquutus eſt humana ad Abraham & Aaron, & ad Moyſen dicentem: Videns uidi uexationem populi mei in Ægypto, & deſcendi liberare eos. Hic enim filius, qui & uerbum dei, ab initio præſtruebat non indigente patre angelis, uti faceret conditionem, & formaret hominem, propter quem et conditio fiebat, neq; rurſus indigente miniſterio ad fabricationem eorum negotiorum, quæ ſecundum hominem erant, ſed habente copioſum & inenarrabile miniſterium. Miniſtrat enim ei ad omnia ſua progenies, & figuratio ſua, id eſt filius & ſpiritus ſanctus, uerbum & ſapientia, quib. ſeruiunt & ſubiecti ſunt omnes angeli. Vani igitur ſunt qui propter hoc, quod dictum ſit: Nemo cognoſcit patrem niſi filius, alterum introducunt incognitum patrem.

Oſtenſio quoniam Abraham hæreditatem percipit regnum cœlorum. Cap. XVIII.

VAnus autem & Marcion, & qui ab eo, expellentes ab hæreditate Abrahã, cui ſpiritus per multos, iam aũt & per Paulũ, teſtimonium reddidit, Quoniam credidit deo, & deputatũ eſt ei ad iuſtitiã: & dñs primum quidem de lapidibus excitans filios ei, & faciens ſemen eius quaſi ſtellas cœli, dicens: Quoniam uenient ab oriente & ab occidente, ab aquilone, & auſtro, & recumbent cum Abraham, Iſaac, & Iacob, in regno cœlorum. Iterum dicens Iudæis: Cum uideritis Abraham, & Iſaac, & Iacob, & omnes prophetas in regno dei, uos autem proijci foras. Manifeſtum ergo, quoniam contradicunt ſaluti eius, & alterum præter eum qui promiſsionẽ fecerit Abrahæ formant deum, extra regnum dei ſunt, & exhæredes ſunt incorruptelæ, fruſtrantes et blaſphemantes deum, qui in regnum cœlorũ introducit Abraham & ſemen eius quod eſt eccleſia, per Chriſtum Ieſum, cui & adoptio redditur & hæreditas quæ Abrahæ promiſſa eſt.

Quoniam dominus ſabbatis curans ſecundum legem faciebat. Cap. XIX.

VIndicabat enim ſemen eius dñs, ſoluens à uinculis, & aduocãs ad ſalutem, quemadmodũ fecit in muliere quæ ab eo curata eſt, manifeſte dicens his, qui nõ ſimilem Abrahæ habebant fidem, Hypocritæ, unuſquiſq; ueſtrũ die ſabbatorũ bouem ſuum uel aſinum non ſoluit & ducit & adaquat? Hanc aũt cum ſit filia Abrahę, quam adligauerat ſatanas XVIII. annis, nõ oportuerat ſoluere ab hoc uinculo in die ſabbatorũ? Manifeſtum eſt igitur, quoniam eos, qui ſimiliter ut Abraham credebãt ei, ſoluit & uiuificat, nihil extra legem faciens, curans in

t die

die sabbatorū. Non em̄ prohibebat lex curare homines sabbatis, quæ & circūcidebat eos in hac die, & pro populo iubebat ministeria sacer dotibus perficere, sed & mutorum animalium curationem non prohi hebat, & Siloa etiam sæpe sabbatis curauit, & propter hoc assidebant ei multi die sabbatorū. Continere se enim iubebat lex ab omni opere seruili, id est ab omni auaritia, quæ per negotiationē, & reliquo terre no actu agitātur. Animæ aūt opera quæ fiunt per sententiā & fermo nes bonos in auxilium eorum qui proximi sunt, adhortabatur fieri: & propter hoc arguebat eos, qui iniuste exprobrabant ei, quia sabbatis curabat. Non enim soluebat, sed implebat legē, summi sacerdotis ope ram faciens, propitians pro hominib. deum, & emundans leprosos, in firmos curans, & ipse moriēs, uti exiliatus homo exiret de condemna tione, & reuerteretur intrepide ad suam hæreditatem.

Quomodo non contra legem faciebant discipuli domini sabbatis spicas legentes, & quoniam Leuitæ omnes discipuli domini. Cap. XX.

SEd & esuriētes accipere sabbatis escas, ex his quæ adiacebāt, nō ue tabat lex, metere aūt et colligere in horreū uetabat. Et ideo dñs his qui incusabāt discipulos eius, quoniā uellentes spicas manducabāt, di xit: Nō hoc legistis, quod fecit Dauid cum esuriisset, quemadmodū in troiuit in domū dei, & panes ꝓpositionis māducauit, & dedit eis qui cum eo erāt, quos nō licebat māducare, nisi solis sacerdotibus? per le gis uerba suos discipulos excusans, & significās licere sacerdotib. libe re agere, Sacerdos aūt scitus fuerat Dauid apud eū, quāuis Saul perse cutionē faceret ei, oēs iusti sacerdotalē habent ordinē. Sacerdotes aūt sunt oēs dñi apostoli, qui neq; agros neq; domos hæreditāt hic, sed semper altari & deo seruiunt. De quib. & Moyses in Deut. in benedi ctione Leui ait: Qui dicit patri suo, & matri suæ, nō noui te, & fratres suos nō agnouit, & filios suos abdicauit, custodiuit prȩcepta tua, & te stamentū tuum seruauit. Qui aūt sunt qui dereliquerunt patrē & ma trem & omnib. proximis renuntiauerunt propter uerbū dei & testa mentū eius, nisi discipuli dñi, de quibus iterū Moyses, Hæreditas aūt, inquit, nō erit eis, Dñs enim ipse hæreditas ipsorū. Et iterū: Nō erit sa cerdotibus Leuitis in tota tribu Leui pars neq; substātia cū Israel, fru ctificationes dñi substātia eorū manducabūt eas. Propter hoc & Pau lus, nō inquiro, inquit, datum, sed inquiro factū: discipulis, inquit dñs, Leuiticā substantiā habentibus, licebat eis esurientib. à seminibus ac cipere escam. Dignus enim operarius esca sua. et sacerdotes in templo sabbatum prophanabant, & rei non erant, quia cum essent in templo, non secularia, sed dominica perficiebāt, ministeria legis adimplentes, non autē prætereuntes legem, quemadmodū is qui à semetipso arida ligna attulit in castra dei, iuste lapidatus est. Omnis enim arbor, quæ

non

non facit fructū bonum abscindetur, & in ignem mittetur, & quicūqꝫ templum dei uiolauerit, uiolabit illum deus.

Ostensio unius & eiusdem substantiæ esse, quæ secundum legem sunt, & quæ secundum Euangelium, & quemadmodum Nouum testamentum prædicatum est à prophetis. Cap. XXI.

VNius igitur & eiusdem substantiæ sunt omnia, hoc est ab uno & eodē deo, quemadmodū dns ait discipulis. Propterea omnis scriba doctus in regno cœlorū, similis est homini patrifamiliâs, qui ꝓfert de thesauro suo noua & uetera. Non alterū quidem uetera, alterū quidem proferentē noua docuit, sed unū & eundem. Paterfamiliâs enim dns est, ꝙ uniuersæ domui paternæ dominatur, seruis quidē & adhuc indisciplinatis cōdignā tradens legē, liberis aūt & fide iustificatis congruentia dans præcepta, filijs adaperiens suam hereditatē. Scribas aūt & doctores regni cœlorū, suos dicebat discipulos, de quib. alibi ait Iudæis: Ecce mitto ad uos sapientes, & scribas, & doctores, & ex eis occidetis, & effugabitis à ciuitate in ciuitatē. Ea aūt quæ de thesauro proferunt noua & uetera, sine cōtradictione duo testamēta dicit. Vetus quidem quod ante fuerat legisdatio. Noua aūt quæ secundū euangelium est cōuersatio ostendit, de qua Dauid ait: Cātate dño canticū nouum. Et Esaias: Cantate dño hymnum nouum. Initium eius glorificatur nomen eius à summo terræ, uirtutes eius in insulis annunciant. Et Hieremias ait: Ecce disponā, inquit, testamentū Nouum, nō quemadmodū disposui patrib. uestris in mōte Oreb. Vtraqꝫ aūt testamenta unus & idem paterfamiliâs produxit, uerbū dei dns noster Iesus Christus qui & Abrahæ & Moysi locutus est, nobis in nouitate restituit libertatē, & multiplicauit eam quæ ab ipso est gratiam.

Quid est plusquam templum, & plusquam Salomon hic. Cap. XXII.

PLus est enim, inquit, templo hic. Plus aūt & minus non in his dicitur, quæ inter se cōmunionem nō habent, & sunt contrariæ naturæ, & pugnāt aduersus se, sed in his quæ eiusdē sunt substātiæ, & communicant secū, solum aūt altitudine & magnitudine differunt: quemadmodū aqua ab aqua, & lumen à lumine, et gratia à gratia. Maior est igitur legisdatio quæ in libertatē, ꝙꝫ quæ data est in seruitutē: & ideo nō in unam gentē, sed in totum mundū diffusa est. Vnus aūt & idem dns qui plusquā templum est, & plusꝙꝫ Salomon, & plusꝙꝫ Iona donat hominib. id est, suam præsentiā & resurrectionē à mortuis, sed nō deum immutās, nec alium prædicans patrem, sed eundem ipsum, qui semper habet & plura metiri domesticis, & proficiente eorū erga deū dilectione, plura & maiora donans, quemadmodū & dominus discipulis dicebat: Quoniā & maiora horum uidebitis. Et Paulus ait: Non ꝙd iam acceperim, aut iustificatus sim, aut iam perfectus sim; ex parte

enim ſcimus, & ex parte prophetamus. Cum autẽ uenerit quod perfectum eſt, quæ ſunt ex parte deſtruentur. Sicut igitur adueniente perfecto, non alterũ patrem uidebimus, ſed hunc quẽ nunc uidere concupimus, Beati enim mundo corde, quoniã ipſi deum uidebunt: Neq; aliũ Chriſtũ & dei filium expectabimus, ſed hũc qui ex Maria, qui & paſſus eſt, in quẽ credimus, quem et diligimus. Quemadmodũ Eſaias ait: Et dicent in illa die, Ecce dñs deus noſter in quẽ ſperauimus, & exultauimus in ſalute noſtra. Et Petrus ait in epiſtola ſua: Quẽ non uidentes diligitis, inquit, in quem nunc nõ uidentes credidiſtis, gaudebitis gaudio inenarrabili: Neq; alium ſpiritũ ſanctum percipimus, niſi hũc qui eſt nobiſcũ, & qui clamat, Abba pater, & in ŋſdem ipſis cognomentũ habebimus, & proficiemus, ut iam non per ſpeculũ, & per ænigmata, ſed facie ad faciem fruamur muneribus dei: ſic & nunc plus templo, & plus Salomone percipientes, quod eſt aduentus filŋ dei, non alterũ dicimus deum, præter fabricatorẽ omniũ, qui ab initio nobis demonſtratus eſt, neq; alterũ Chriſtum dei filium, præter eum qui à prophetis prædicatus eſt. Nouo enim teſtamento cognito & prædicato per prophetas, & ille qui illud diſpoſiturus erat ſecundũ placitum patris prędicabatur, manifeſtatus hominibus quemadmodũ uoluit deus, ut poſsint ſemper proficere credentes in eum, & per teſtamenta matureſcere per effectũ ſalutis. Vna em̃ ſalus eſt, unus deus, qui formauit hominẽ: præcepta aũt multa, et non pauci gradus, qui adducunt hominẽ ad deum. Terreno quidẽ & temporali regi, cum ſit homo, licet aliquoties maiores profectus attribuere his, qui ſunt ſubiecti. Deo aũt non licebit cum ſit idem, & ſemper maiorẽ gratiã præſtare humano generi, & plurib. muneribus aſsidue honorare eos qui placent ei. Si autẽ hoc eſt proficere, alterũ adinuenire patrẽ, præter eum qui ab initio annuntiatus eſt, & rurſum præter eum qui putatur ſecũdo inuentus eſſe, alterum tertiũ adinuenire, eiuſdem erit profectus & à tertio quartũ, & adhuc rurſum alterũ, & alterum: & ſic ſemper putans proficere, talis ſenſus nunq; in uno ſtabit deo. Expulſus em̃ ab eo qui eſt, & reuerſus retrorſum quæret quidẽ ſemper, inueniet aũt nunq; deũ, ſed ſemper incomprehenſibilitatis profundo natabit, niſi per pœnitentiam conuerſus, unde et abiectus erat reuertatur, deum patrẽ Demiurgũ confitens & credens, qui à lege & prophetis annunciatus eſt. qui à Chriſto teſtificatus eſt, quemadmodũ ipſe ait ad eos, qui accuſabant eius diſcipulos, quaſi non ſeruarent traditionẽ ſeniorum. Quare uos fruſtramini præceptũ diuinum propter traditionem ueſtram. Dominus enim dixit: Honora patrem & matrẽ, & qui maledixerit patri & matri, morte moriatur. Et iterum ſecundo ait, & fruſtrati eſtis ſermonem dei propter traditionem ueſtram: Manifeſtiſſime dominum & patrem confi

tens

fitens Christus eum, qui in lege dixit, Honora patrem & matrem, ut tibi bene sit. Verbum enim dei confessus est legis præceptū uerax deus, & neminem alterum deum appellauit quàm suum patrem.

Quemadmodum Moyses aduentum Christi significauit, & tempus passionis & locum in quo passus est. Cap. XXIII.

BEne igitur & Ioannes meminit dicentem deum Iudæis: Scrutamini scripturas, in quibus putatis uos uitam æternam habere, illæ sunt quæ testimonium perhibent de me, & non uultis uenire ad me, ut uitam habeatis. Quomodo igitur testabantur de eo scripturæ, nisi ab uno & eodem essent patre, præstruentes homines de aduentu filij eius, & prænunciantes salutē, quæ est ab eo? Si enim crederetis Moysi, credéretis & mihi, de me enim ille scripsit, scilicet quod inseminatus est ubicp in scripturis eius filius dei, aliquādo quidem cum Abraham loquens, aliquando cum eodem comesurus, aliquando autem Sodomitis inducens iudicium: & rursus cum uidetur, & in uiam dirigit Iacob, & de rubo loquitur cum Moyse. Et non est numerum dicere, in quibus à Moyse ostenditur filius dei, cuius & diem passionis nō ignorauit, sed figuratim prænuntiauit eum, Pascha nominans, & in eadem ipsa quæ ante tantum temporis à Moyse prædicata est, passus est dominus adimplens pascha. Non solum autem diem descripsit, sed & locum ex extremitate temporum, & signum occasum solis, dicens: Non poteritis immolare pascha in ulla alia ciuitatum tuarum, quam dominus deus tuus dat tibi, nisi in eo loco quem delegerit dominus deus tuus inuocari nomen suum ibi. Immolabis pascha uespere ad occasum solis. Iam autem & manifestauerat eius aduentum, dicens, Non deerit princeps in Iuda, nēcp dux ex fœmorib. eius, quoadusqp ueniat cui repositum est, & ipse est spes gentiū, alligans ad uitem pullum suum, & ad ilicem pullum asinæ, lauabit in uino stolā suam, & in sanguine uuæ pallium suum, lætificabuntur oculi eius à uino, & candidi dentes eius tanquam lac. Inquirāt enim hi, qui omnia scrutari dicuntur, id tempus in quo defecit princeps & dux ex Iudæa, & qui est gētium spes, & qui uitis, & qui pullus eius, & quod indumentum, & qui oculi, & qui dentes, & quod uinum, & unūquodcp ex occultis exquirant, et inuenient non alium nisi dominum nostrum Iesum Christum annuntiatū. Qua propter Moyses increpans populum, quod ingratus existeret, ait. Sic populus fatuus, & non sapiens hæc domino retribuistis. Et rursus significans, quoniam qui ab initio cōdidit & fecit eos uerbum, & in nouissimis temporibus redimens nos & uiuificans ostenditur pendens in ligno, & non credent ei, ait enim, Et erit uita tua pendens ante oculos tuos, & non credens uitæ tuæ: & iterum, Nonne hic idem pater tuus possidet te, & fecit te, & creauit te?

Quoniam & prophetæ & iusti ante aduentum domini, cognouerunt aduentum eius. Cap. XXIIII.

QVoniã autẽ non solũ prophetæ & iusti multi præscientes per spiritum aduentũ eius, orauerũt in illud tempus uenire, in quo facie ad faciẽ uiderent dñm suum, & sermones audirent eius, dñs fecit manifestum, dicens discipulis, Multi prophetæ & iusti cupierũt uidere quę uidetis, & nõ uiderunt: & audire quæ auditis, & nõ audierunt. Quem admodũ igitur cõcupierunt & audire & uidere, nisi pręsciissent futurũ eius aduentũ? Quomodo aũt præscire potuerũt, nisi ab ipso præscientiam ante accepissent? Quõ autem scripturæ testificãtur de eo, nisi ab uno & eodẽ deo omnia semper per uerbũ reuelata & ostensa fuissent credentib. aliquando quidẽ colloquẽte eo cum suo plasmate, aliquando aũt dante legẽ, aliquando uero exprobrãte, aliquando uero exhortante, ac deinceps liberãte seruũ suũ, & adoptãte in filium, & apto tempore incorruptibilẽ hæreditatem præstante, ad perfectionẽ hominis. plasmauit em̃ eum in augmentũ & incrementũ, quemadmodũ & scriptura dicit: Crescite & multiplicamini. Et hoc deus ab homine differt, quoniã deus quidẽ facit, homo aũt fit. & quidẽ qui facit, semper idem est: quod aũt fit, & initiũ & medietatẽ, & adiectionẽ, & augmentũ accipere debet. Et deus quidẽ bene facit, bene aũt fit homini. Deus quidem perfectus in omnibus, ipsi sibi æqualis & similis, totus cum sit lumen & totus mens: homo uero profectum percipiens & augmentũ à deo. Quemadmodũ enim deus semper idem est, sic & homo in deo intentus, semper proficiet ad deum: neq; enim deus cessat aliquando in benefaciendo & locupletãdo hominẽ, neq; homo cessat beneficiũ accipere & ditari à deo: exceptoriũ enim bonitatis et organũ clarificationis eius homo, gratus ei qui se fecit: & iterum exceptoriũ iusti iudiciį eius homo ingratus, & spernens plasmatorẽ, & non subiectus uerbo eius, qui plurimũ semper fructificantib. & plus habentib. dominicũ argẽtum daturũ se pollicitus est, Euge, inquit, serue bone & fidelis, quia in modico fidelis fuisti, supra multa te constituã, intra in gaudiũ domini tui. Ipse dñs plurimũ non promittens. Sicut ergo nunc fructificantibus, plurimũ daturum se pollicitus est secundũ munerationẽ agnitionis, Ipse enim dñs perseuerat & idẽ pater reuelatur: Sic ergo & posterioribus maiorem q̃ quæ fuit in ueteri testamento, munerationẽ gratiæ attribuit, unus & idem dñs per suum aduentũ. Et illi qui per famulos audiebant uenturũ regem, mediocriter gaudebant, secundũ quod sperabant uenturũ eum: qui aũt præsentẽ uiderunt, & libertatẽ adepti & potiti sunt eius munerationẽ, maiorem gratiam & abundantiorem exultationem habent gaudentes de regis aduentu, quemadmodum & Dauid dicit: Anima mea exultabit in domino, lucũdabitur in salu-

tari

tari eius. Et propter hoc Hierosolymã introeunte eo, omnes qui erant in uia Dauid, in dolore animæ cognouerunt suum regem, & substrauerunt ei uestimenta, & ramis uiridib. adornauerũt uiam, cum magna lætitia & exultatione clamãtes & dicentes, Osanna filio Dauid, benedictus qui uenit in nomine domini, osanna in excelsis. Zelantibus autem malis dispensatoribus qui circũueniebant inferiores & dominabantur eorum, quibus ratio non cõstabat, & propter hoc nolentibus credere ueniſſe regem, & dicentibus ei, Audis quid isti dicunt? ait dominus: Nunquam legistis, Ex ore infantium & lactentiũ perfecisti laudem? id quod à Dauid in filium dei dictũ erat, in se factum ostendens, & significans illos quidem nescire uirtutẽ scripturæ, & dispositionem dei: se autem esse qui à prophetis annunciatus est Christus, cuius nomen in omni terra laudatur, ex ore infantiũ & lactentium laudem perficientis suo patri: quapropter & eleuata est magnificentia eius super cœlos. Si ergo idem ipse adest, qui prædicatus est à prophetis, dñs noster Iesus Christus, & aduẽtus eius pleniorẽ gratiam & maiorẽ munerationem attribuit, his qui susceperunt eum, manifestũ quoniã & pater idem est, qui à prophetis annuntiatus est, & nõ alterius patris agnitionem fecit ueniẽs filius, sed eiusdẽ qui ab initio prædicatus est, à quo libertatẽ detulit his, qui legitime & prono animo, & toto corde deseruiunt ei: cõtemptoribus, & nõ subiectis deo, sed in gloria hominũ exteriores res mundi huius sectantibus, quæ in figuram futurorũ traditæ erant, uelut umbrę cuiusdã descriptionẽ faciente lege, atq; delinante, de temporalib. æterna, de terrenis cœlestia, fingentibus plusq; quæ dicta sunt sese obseruare, tanquã diligentiam suam etiam ipsi deo præferentibus, intus autem plenis hypocrisi, & cupiditate, & omni malitia, sempiternam attulit perditionem, abscindens eos à uita.

Quemadmodum seniorum traditio contraria erat legi datæ per Moysen. Cap. XXV.

SEniorũ enim ipsorũ traditio quam ex lege obseruare fingebãt, contraria erat legi, quæ data est per Moysen. propter hoc & Esaias ait: Caupones tui miscent uinum aqua. Ostendens quod austero dei præcepto miscerent seniores aquatã traditionẽ, id est, aggredientes adulteram legem & contrariã legi, sicut & dñs fecit manifestum, dicens eis: Quare uos transgredimini præceptũ dei propter traditionem uestrã? Non solum autem per prȩuaricationẽ frustrati sunt legem dei, miscentes uinum aqua, sed & suam legem è cõtrario statuerunt, quæ usq; adhuc Pharisaica uocatur. In qua quædam quidem auferunt, quædã uero addunt, quemadmodũ uolunt interpretantur, quibus utuntur singulariter magistri eorũ, quas traditiones uolentes iudicare legi dei instituenti eos aduentũ Christi non subiecti esse uoluerunt, sed dñm arguebant in sabbatis curantẽ, quod quidem sicut prædiximus lex non

prohibebat. Etenim ipsi secūdum aliquid curabant, circūcidentes hominem in sabbato: se autem ipsos non redarguebant, per traditionem prædictam & pharisaicā legem transgredientes præceptū dei, & præceptum legis non habentes, id est, dilectionē quę est circa deum. Quoniam autem hoc primum & maximū præceptum est, sequens autē circa proximū, dominus docuit, totam legem & prophetas pendere dicens ex ipsis præceptis. Et ipse autem aliud maius hoc præcepto non detulit, sed hoc ipsum renouauit suis discipulis, iubens eis, Deum diligere ex toto corde, & cæteros quemadmodū se. Si autem ab alio descendisset patre, nunquā ex lege primo & summo usus esset prȩcepto, sed utiq; omnimodo eniteretur in alium hoc à perfecto patre deferre, & non eo uti quod à deo legis fuisset datum. Et Paulus autem, Adimpletio, inquit, legis dilectio, & omnibus cæteris euacuatis manere fidem, spem, dilectionem, maiorē autem esse omnium dilectionē, neq; agnitionem sine dilectione, quæ est erga deum præstare aliquid, neq; mysteriorum comprehensionē, neq; fidem, neq; prophetiam, sed omnia uacua & frustrata esse sine dilectione: dilectionem uero perficere perfectū hominem, & eum qui diligit deum esse perfectū, & in hoc æuo, & in futuro. nunquā enim desinimus diligentes deum, sed quanto plus cum intuiti fuerimus, tanto plus eum diligimus.

De Pharisaica lege, quæ sunt particularia præcepta, & quæ Catholica. Cap. XXVI.

IN lege igitur, & in euāgelio cum sit primū & maximum præceptū diligere dñm deum ex toto corde, dehinc simile illi, Diligere proximum sicut te ipsum, unus & idē ostenditur legis & euāgelij conditor. Consummatæ enim uitæ præcepta in utroq; Testamento cum sint eadem, eundē ostenderunt deum, qui particularia quidē præcepta apta utrisq; præceptis, sed eminentiora, & summa, sine quib. saluari nō potest, in utroq; eadē suasit. Quem aūt non confundat dñs ostendens nō ab altero deo esse legē, sic dicens eis qui à se docebātur, turbæ & discipulis, Super cathedrā Moysi sederunt scribæ & pharisæi. omnia itaq; quæ dixerint uobis, custodite & facite, secundū aūt opera eorū nolite facere. dicunt enim & nō faciunt. alligant enim sarcinas graues, & imponunt super humeros hominū: ipsi aūt nec digito quidem uolūt eas mouere. Non ergo eam legē quæ est per Moysen data incusabat, quā adhuc Saulus Hierosolymis suadebat fieri: sed illos redarguebat, qđ uerba quidem legis enuntiarent, essent aūt sine dilectione, & propter hoc iniusti in deum & in proximos extiterunt. Quemadmodū ait Esaias: Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe est à me, frustra autem colunt me docentes doctrinas, & præcepta hominum. Non per Moysen datā legem dicens præcepta hominū, sed traditiones presbyterorū ipsorum quas finxerāt, quas uindicantes frustrabantur

tur legem dei,& propter hoc nec uerbo eius ſubiecti ſunt.Hoc em̃ eſt quod à Paulo dicitur de iſtis,Ignorãtes enim iuſtitiã dei,& ſuã uolentes ſtatuere,iuſtitię dei nõ ſunt ſubiecti,finis enim legis Chriſtus ad iuſtitiam omni credenti.Et quõ finis legis Chriſtus, ſi non initiũ eius eſſet? Qui enim finẽ intulit,hic & initium operatus eſt.Ipſe eſt qui dicit Moyſi:Vidẽs uidi uexationẽ populi mei qui eſt in Ægypto,et deſcendi ut eruã eos:ab initio aſſuetus uerbũ dei aſcendere & deſcẽdere propter ſalutẽ eorum,qui male haberẽ.Quoniã aũt lex prædocuit hominẽ ſequi oportere Chriſtũ, ipſe facit manifeſtũ, ei qui interrogauit eũ, quid faciens uitã æternã hæreditaret,ſic reſpõdens,Si uis uitã introire cuſtodi præcepta.Illo aũt interrogante,quæ? rurſus dñs,Nõ mœchaberis,non occides,nõ furaberis, nõ falſum teſtimoniũ reddes,honora patrẽ & matrem, & diliges proximũ tanq̃ teipſum, uelut gradus proponens prę cepta legis introitus:quæ uni tum dicens omnib.dicebat. Ille aũt cum dixiſſet,omnia feci, & forte nõ fecerat,nam utiq̃ nõ diceretur ei cuſtodi præcepta, arguens dñs cupiditatẽ eius dixit ei. Si uis perfectus eſſe,uade & uende omnia quę habes,& diuide pauperibus, & ueni & ſequere me. Apoſtolorũ partem promittens eis, qui ſic fecerint, & nõ alterum deum patrẽ annunciabat eis, qui ſequebãtur eum, præter eum qui ab initio à lege annunciatus eſt, nec alium filium, nec matrẽ Enthymeſin æonis qui fuit in paſſione,& in defectione,nec triginta æonũ plenitudinẽ,quæ uacua et inconſtans oſtenſa eſt,nec eam fabulam,quæ à reliquis hæreticis ficta eſt:ſed docebat ut facerent præcepta, quæ ab initio præcepit deus, & ut ueterem cupiditatẽ per opera bona ſoluerent,& ſequerentur Chriſtũ.Quoniam aũt ea quæ poſſidentur pauperibus diuiſa, ſolutionem faciunt præteritæ cupiditatis, Zachæus facit manifeſtũ, Ecce, dicens, dimidiũ bonorum meorũ do pauperibus,& ſi cuius quid defraudaui,reddo quadruplum.

Quemadmodum dominus, quæ de lege comprehendebantur, ſuperextendit diſcipulis & non diſſoluit,& ſecundum quid plus abundauit iuſtitia noſtra,quàm ſcribarum & phariſæorum. Cap. XXVII.

ET quia dñs naturalia legis per quæ homo iuſtificatur, quã etiam à legiſdatione cuſtodiebant,qui fide iuſtificabantur & placebant deo,nõ diſſoluit,ſed extendit,ſed & impleuit,ex ſermonib. eius oſtenditur.Dictum eſt enim,inquit,antiquis, Nõ mœchaberis.Ego autem dico uobis,quoniam omnis qui uiderit mulierem ad cõcupiſcendum eam,iam mœchatus eſt eam in corde ſuo. Et iterũ dictum eſt, Non occides.Ego autem dico uobis,Omnis qui iraſcitur fratri ſuo ſine cauſa, reus erit iudicio. & dictum eſt, Non periurabis. Ego autem dico uobis, non iurate in totum. Sit autem uobis ſermo, etiam etiam, & non non.Et quæcunque ſunt talia. Omnia enim hæc non contrarietatẽ & diſſo-

dissolutionē præteritorū continent, sicut qui à Marcione sunt uociferantur, sed plenitudinē & extēsionem, sicut ipse ait, Nisi abūdauerit iustitia uestra plusquam scribarū & pharisęorū, nō intrabitis in regnum cœlorum. Quid autē erat plus? Primo quidem non tantum in patrem sed & in filium eius iam manifestatū credere: hic est enim qui in communionē & unitatē deo hominē domino ducit. Post deinde non solū dicere, sed & facere. Illi enim dicebāt, sed non faciebāt: & non tantum abstinere à malis operibus, sed etiam à cōcupiscentijs eorum. Hæc aūt non quasi contraria legi docebat, sed adimplens legē, & infigens iustificationes legis in nobis. Illud autem fuisset legi cōtrariū, si quodcūq; lex uetasset fieri, idipsum discipulis suis iussisset facere. Et hoc aūt qđ præcepit, non solum uetitis à lege, sed etiam à concupiscentijs eorū abstinere, non contrarium est, quemadmodū prædiximus, neq; soluētis legem, sed adimplentis, & extendentis, & dilatantis. Etenim lex quippe seruis posita, per ea quæ foris erant corporalia animā erudiebat, uelut per uinculum attrahens eam ad obedientiam prȩceptorum, uti disceret homo ad seruiendum deo. Verbum autē liberans animā, & per ipsam corpus uolūtarie emūdari docuit: quo facto necesse fuit auferre quidem uincula seruitutis, quibus iam assueti erāt, & sine uinculis esse quidem, superextendi uero decreta libertatis, & augeri subiectionem quę est ad regem, ut non retrorsus quis renitens indignus appareat ei qui se liberauerit. Eam uero pietatē et obedientiā quæ est erga patrēfamiliâs, esse quidē eandem & seruis & liberis, maiorem aūt fiduciam habere liberos, quoniam sit maior & glorioſior operatio libertatis, q̄ ea quæ est in seruitutē obsequentia. Et propter hoc dñs pro eo quod est, Non mœchaberis, nec concupiscere præcepit: & pro eo quod est, Nō occides, neq; irasci quidē: & pro eo quod est decimare, omia quæ sunt pauperibus diuidere: & non tantū proximos, sed etiam inimicos diligere: & non tantum bonos datores & cōmunicatores esse, sed etiam aduersus eos qui tollunt nostra, gratuito donatores. Tollenti enim tibi tunicam, remitte ei & pallium, & ab eo qui tollit tua non reposcas: & quemadmodū uultis ut faciāt uobis homines, facite eis: ut nō quasi nolētes fraudari cōtristemur, sed quasi uolētes donauerimus, gaudeamus, gratiā magis præstantes in proximos, q̄ necessitati seruientes. Et si quis te, inquit, angariauerit mille passus, uade cū eo alia duo, uti non quasi seruus sequaris, sed quasi liber præcedas, aptum te omnib. & utilem proximo præstans, nō illorum maliciā intuens, sed tuam bonitatē perficiens, cōfigurās temetipsum patri, qui solem suū oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Hæc autem omnia quemadmodū prædiximus nō dissoluentis erant legē, sed adimplentis & extendentis, & dilatantis in nobis. Tanquā si aliquis dicat, maiorem

iorem libertatis operationem, & pleniorem erga libertatem noſtram infixam nobis ſubiectionē,& affectionem. Non enim propter hoc liberabimur,ut ab eo abſcedamus:nec enim poteſt quiſquā extra dominica cōſtitutus bona,ſibimetipſi acquirere ſalutis alimenta:ſed ut plus gratiā eius adepti,plus eum diligamus. Quanto aūt plus eum dilexerimus,eo magis gloriā accipiemus, cum ſimus ſemper in conſpectu patris. Quia igitur naturalia omnia prȩcepta cōmunia ſunt nobis et illis, in illis quidem initiū & ortum habuerunt, in nobis augmentū & adimpletionem perceperunt. Aſſentire enim deo,& ſequi eius uerbū,& ſuper omnia diligere eum,& proximū ſicut ſeipſum,homo aūt hominis proximus,& abſtinere ab omni mala operatione,& quæcunq; talia cōmunia utriſq; ſunt,unum & eundē oſtendunt deum. Eſt aūt dñs noſter uerbū dei, qui primo quidē ſeruos attraxit deo, poſtea aūt liberauit eos,qui ſubiecti ei,quemadmodū ipſe ait diſcipulis: Iam non dico uos ſeruos,quia ſeruus neſcit,quid eius dñs faciat. Vos autem dixi amicos,quia omnia quæ audiui à patre meo,nota feci uobis. In eo em̄ quod dicit: Iam nō dico uos ſeruos,manifeſtiſsime ſignificauit ſe eſſe, qui primo quidē eam ſeruitutē quæ eſt erga deum, hominib. per legē conſtituerit, poſt deinde libertatē eis donauerit. Et in eo quod dicit: Quoniā ſeruus neſcit quid faciat dñs eius, ignorantiā ſeruilis populi manifeſtat per ſuum aduentum. In eo autē quod amicos dei dicit ſuos diſcipulos,manifeſte oſtendit,ſe eſſe uerbū dei,quem & Abraham uoluntarie & ſine uinculis propter generoſitatē fidei ſequens,amicus factus eſt dei. Sed neq; Abrahæ amicitiam propter indigentiam aſſumpſit,dei uerbum exiſtens ab initio perfectus, Antequam enim Abraham eſſet, ego ſum,inquit,Sed ut ipſe Abrahæ donaret æternā uitam exiſtens bonus, quoniam amicitia dei immortalitatis eſt cōdonatrix, his qui aggrediuntur eam.

Quare fecit deus hominem,& patres elegit,& nos uocauit,& quid præſtat ea quæ eſt ad deum ſeruitus,& quare talis lex populo data eſt. Cap. XXVIII.

IGitur initio non quaſi indigens deus hominē plaſmauit Adam,ſed ut haberet in quem collocaret ſua beneficia. Non ſolū ante Adam, ſed & ante omnem conditionē glorificabat uerbū patrē ſuum manēs in eo,& ipſe à patre glorificabatur. Quemadmodū ipſe ait: Pater clarifica me claritate, quam habui apud te priuſq; mundus fieret. Nec noſtro miniſterio indigēs iuſſit ut eum ſequeremur,ſed ut nobis ipſis attribueret ſalutē. Sequi enim ſaluatorē,participare eſt ſalutē,& ſequi lumen,participare eſt lumen: qui aūt in lumine ſunt, nō ipſi lumē illuminant,ſed illuminātur & illuſtrantur ab eo. Ipſi quidē ei nihil præſtant, beneficiū autem percipientes illuminantur à lumine. Sic & ſeruitus erga deū, deo quidē nihil præſtat, nec opus eſt deo humano obſequio:

ipſe

ipſe autem ſequentibus & ſeruientib. ei uitam & incorruptelã, & gloriam æternã attribuit, beneficiũ præſtans ſeruientib. ſibi, ob id qđ ſeruiunt, et ſequentib. ob id quod ſequuntur, ſed nõ beneficiũ ipſo ab eis percipiente. Eſt em̃ diues, perfectus, & ſine indigẽtia. Propter hoc aũt exquirit ab hominib. ſeruitutẽ, ut quoniã eſt bonus & miſericors, benefaciat eis qui perſeuerant in ſeruitute eius. Quantũ em̃ deus nullius indiget, in tantũ homo indiget dei cõmunione. Hæc eſt em̃ gloria hominis, perſeuerare ac manere in dei ſeruitute, & ꝓpter hoc dicebat diſcipulis dñs, Non uos me elegiſtis, ſed ego elegi uos, ſignificans quoniam non ipſi glorificabant eum ſequẽtes eum, ſed in eo quod ſequerentur filiũ dei, glorificabãtur ab eo. Et iterũ, Volo ut ubi ego ſum, ibi & hi ſint, ut uideant claritatẽ meã, nõ uane glorians ſuper hoc, ſed gloriam ſuã participare uolẽs diſcipulis ſuis, de quib. Eſaias ait, Ab oriente attrahã ſemen tuum, & ab occaſu colligã te, & dicam Aquiloni adhuc, & Auſtro, noli prohibere, attrahe filios meos de longinquo, & filias meas à ſummitatib. terræ. Omnes em̃ quotquot uocati eſtis in nomine meo, in gloria enim mea præparaui, & formaui, & feci eum. hæc ideo, Quoniã ubicunq; eſt cadauer, illic cõgregabuntur & aquilę, participãtes gloriæ dñi, qui & formauit, & adhoc prępararuit nos, ut dum ſumus cum eo, participemus gloriæ eius. Sic et deus ab initio hominẽ quidem plaſmauit propter ſuam munificentiã, patriarchas uero elegit propter illorũ ſalutem, populũ uero formabat, docens indocibilem ſe qui deum, Prophetas uero præſtruebat in terra, aſſueſcens hominem portare eius ſpiritũ, & cõmunionem habere cum deo, ipſe quidẽ nullius indigens, his uero qui indigentes ſunt eis, ſuam præbens communionem, & his qui ei complacebant fabricationẽ ſalutis ut architectus delinians, & non uidentibus in Ægypto à ſemetipſo dans ducationẽ, Et his qui inquieti erant, in eremo dans aptiſsimã legem, & his qui in bonã terram introierunt dignam præbens hæreditatẽ, & his qui conuertuntur ad patrẽ, ſaginatũ occidens uitulũ, et primã ſtolam donans, multis modis cõponens humanũ genus ad cõſonantiã ſalutis, & propter hoc Ioãnes in Apocal. ait, Et uox eius quaſi uox aquarũ multarũ. uere aquæ multæ ſpiritus dei. Quoniã diues & quoniam magnus eſt pater, & per omnes illos tranſiens uerbum ſine inuidia utilitatem præſtabat eis, qui ſubiecti ſibi erant, omni conditioni congruentem & aptam legem cõſcribens. Sic aũt et populo tabernaculi factionẽ, & ædificationem templi, & electionẽ, ſacrificia quoq; & oblationes, & monitiones, & reliquam omnem legis ſtatuebat deſeruitionem. Ipſe quidem nullius horum eſt indigens, eſt enim ſemper plenus omnibus bonis, omnemq; odorem ſuauitatis, & omnes ſuaueolentium uaporationes habens in ſe etiam antequã Moyſes eſſet: facilem autem ad idolare-

la reuerti populū erudiebat per multas aduocationes, præſtruens eos perſeuerare,& ſeruire deo,per ea quæ erant ſecūda ad prima aduocās, hoc eſt,per typica ad uera,& per temporalia ad æterna,& per carnalia ad ſpiritalia,& per terrena ad cœleſtia. Quēadmodū dictum eſt Moyſi,Quoniā facies omnia iuxta typum eorū, quæ uidiſti in monte. qua draginta enim diebus diſcebat tenere ſermones dei, & characteres cœleſtes,& imagines ſpiritales,& præfigurationes futurorū,quemadmodum & Paulus ait: Bibebāt enim de ſpiritali petra,petra aūt erat Chriſtus.Rurſum prędictis his quæ in lege ſunt,intulit. Omnia aūt hæc in figura ueniebāt illis.Scripta ſunt aūt ad correctionē noſtram, in quos finis ſeculorū deuenit. Per typos ergo diſcebant timere deum, & perſeuerare in obſequijs eius. Itaqꝫ lex,& diſciplina erat illis, & prophetia futurorū. Nam deus primo quidē per naturalia præcepta, quæ ab initio infixa dedit hominib. admonens eos,id eſt,per Decalogū,quæ ſi quis non fecerit,nō habeat ſalutē,nihil plus ab eis exquiſiuit.Quem admodū Moyſes in Deuteronomio ait:Hi ſermones omnes, quos loquutus eſt dñs ad omnem ſynagogam filiorum Iſrael in monte,& adiecit,et ſcripſit ea in duabus tabulis lapideis.et dedit mihi propter hoc ut cuſtodirent præcepta,hi qui uelint ſequi eum.

Quemadmodū in populo priore,& in eccleſia quædam præcepta propter duritiam & inobedientiam hominum data ſunt. Cap. XXIX.

AT ubi conuerſi ſunt in uituli factionē, & reuerſi ſunt animis ſuis in Ægyptū ſerui pro liberis cupientes eſſe, aptā concupiſcentiæ ſuæ acceperunt reliquā ſeruitutē,à deo quidē non abſcindentē,in ſeruitutis aūt iugo dominantem eis.Quemadmodū & Ezechiel prophetа cauſas talis legis datę reddens, ait:Et poſt concupiſcentiā cordis ſui erant oculi eorum, & ego dedi eis præcepta non bona, & iuſtificationes,in quibus non uiuent in eis.Et Lucas aūt Stephanum,qui primus in diaconiū ab apoſtolis electus eſt,& primus occiſus eſt ,ppter Chriſti martyriū,ſic dixiſſe de Moyſe ſcripſit. Ille quidem accepit prȩcepta dei uiui dare uobis, cui noluerunt obedire patres ueſtri,& abiecerunt & conuerſi ſunt corde ſuo in Ægyptū dicentes ad Aaron, Fac nobis deos qui nos antecedant. Moyſes enim qui eduxit nos de terra Ægypti,quid ei cōtigerit ignoramus:& uitulū fecerunt in diebus illis,& tulerunt ſacrificia idolo,& lętabātur in factis manuū ſuarum.Conuertit aūt deus, & tradidit eos ſeruire exercitib. cœli, quemadmodū ſcriptū eſt in libro prophetarū:Nūquid ſacrificia & oblationes obtuliſtis mihi annis xl. in eremo domus Iſrael,& accepiſtis tabernaculū Moloch & ſtellam dei Rempham,figuras quas feciſtis adorare eas:manifeſte ſignificās, quoniā non ab altero deo talis illis data lex eſt,ſed ab eodem ipſo apta illorū ſeruituti. Quapropter & in Exodo ad Moyſen dicit,

Emittã ante te angelũ meum, non enim aſcendã tecum, quoniã populus duræ ceruicis eſt. Et non ſolũ autem hoc, ſed & præcepta quædã à Moyſe poſita eis propter duritiã illorum, & quod nollent eſſe ſubiecti, manifeſtauit dñs, cum dixiſſet eis: Quare ergo Moyſes præcepit dare libellũ repudij, & remittere uxorẽ? dicens eis, Hęc uobis propter duritiã cordis ueſtri permiſit, ab initio aũt non ita factum eſt: Moyſen quidem excuſans, quaſi fidelẽ ſeruum, unum aũt, qui ab initio maſculum & fœminã fecit, deum confitens, illos aũt arguens tanq̃ duros, & nõ ſubiectos: & propter hoc aptum duritiæ eorum repudij præceptũ à Moyſe acceperunt. Et quid dicimus de ueteri teſtamento hæc? quandoquidem & in nouo apoſtoli hoc idem facientes inueniuntur propter prædictã cauſam, ſtatim dicente Paulo, Hoc autem ego dico, non dñs. & iterum, Hoc aũt dico ſecundũ indulgentiã, non ſecundum præceptum. & iterum, De uirginibus autem præceptũ domini nõ habeo, conſiliũ autem do, tanquã miſericordiam conſecutus à dño, ut fidelis eſſem. Sed & alio loco ait: Ne tẽptet uos ſatanas propter incontinentiam ueſtrã. Si igitur et in nouo teſtamento quædã præcepta ſecundũ ignoſcentiã apoſtoli cõcedentes inueniuntur, propter quorundã incontinentiã, ut non obdurati tales, in totum deſperantes ſalutẽ ſuam, apoſtatæ fiant à deo: nõ oportet mirari, ſi & in ueteri teſtamento idem deus tale aliquid uoluit fieri pro utilitate populi, illiciens eos per prædictas obſeruationes, ut per eas ſalutem decalogi obſeruãtes, munera dent ei, & ab eo non reuertentur ad idololatriã, nec apoſtatæ fierent à deo, ſed toto corde diſcerẽt diligere eum. Si aũt quidã propter inobedientes Iſraelitas & perditos infirmũ dicunt legis doctorẽ, inuenient in ea uocatione quæ eſt ſecundũ nos, multos quidem uocatos paucos uero electos, & intrinſecus lupos, foris uero indutos pelles ouium: & id quod erat ſemper liberũ et ſuæ poteſtatis in homine ſemper ſeruaſſe deum, et ſuam exhortationẽ: ut iuſte damnentur qui non obediunt, & qui obedierunt & credunt ei, honorentur incorruptibilitate.

Quare circumciſio data eſt, & obſeruatio ſabbatorum, & quam habent recapitulationem. Cap. XXX.

QVoniã aũt & circunciſionẽ non quaſi cõſummatricẽ iuſtitiæ, ſed in ſigno eam dedit deus, ut cognoſcibile perſeueret genus Abrahæ, ex ipſa ſcriptura diſcimus. Dixit emi, inquit, deus ab Abrahã, Circũcidetur omne maſculinũ ueſtrum, & circũcidetis carnẽ præputij ueſtri, & erit in ſignũ teſtamẽti inter me & uos. Hoc idẽ de ſabbatis Ezechiel propheta ait: Et ſabbata mea dedi eis, ut ſint in ſigno inter me & ipſos, ut ſciant quoniã ego ſum dñs, q̃ ſanctifico uos. Et in Exod. deus ait ad Moyſen: Et ſabbata mea obſeruabitis, erit emi in ſignũ apud me uobis in generationes ueſtras. In ſigno ergo data ſunt hæc, nõ aũt ſine

ſym-

ſymbolo erant ſigna,id eſt,ſine argumẽto,neq; ocioſa,tanq; quæ à ſapiente artifice darentur, ſed ſecundũ carnem circũciſio, præfigurabat ſpiritalẽ. Etenim nos, ait Apoſtolus, circũciſi ſumus circũciſione non manu facta. Et propheta ait: Circũcidite duritiã cordis ueſtri. Sabbata aũt,perſeuerantiã totius diei erga deum deſeruitionis edocebãt. Æſtimati enim ſumus,ait Apoſtolus, tota die ut oues occiſionis, ſcilicet & cõſecrati,& miniſtrãtes omni tempore fidei noſtrę,& perſeuerãtes ei, & abſtinẽtes ab omni auaritia, nõ acquirentes nec poſsidentes theſauros in terra. Manifeſtabatur aũt & tanq; de ea quæ facta ſunt requietio dei,hoc eſt,regnũ in quo requieſcens homo ille qui perſeuerauerit deo aſſiſtere,participabit de menſa dei. Et quia nõ per hæc iuſtificabatur homo,ſed in ſigno data ſunt populo,oſtẽdit quod ipſe Abrahã ſine circũciſione, & ſine obſeruatione ſabbatorũ credidit deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiã, & amicus dei uocatus eſt. Sed & Loth ſine circũciſione eductus eſt de Sodomis,percipiẽs ſalutẽ à deo. Item deo placens Noe cum eſſet incircũciſus, accepit menſuras mundi ſecundũ generationes: ſed & Enoch ſine circũciſione placens deo, cũ eſſet homo, dei legatiõe ad angelos fungebatur,& trãslatus eſt,& cõſeruatur uſq; nunc teſtis iuſti iudicij dei, quoniã angeli trãſgreſſi deciderunt in iudiciũ,homo aũt placens,trãslatus eſt in ſalutẽ. Sed & reliqua aũt omnis multitudo eorũ qui ante Abrahã fuerunt,iuſti,& eorum patriarcharũ qui ante Moyſen fuerũt,ſine his quæ prædicta ſunt, & ſine lege Moyſi iuſtificabãtur. Quemadmodũ & ipſe Moyſes in Deut. ait ad populum: Dñs deus tuus teſtamentũ diſpoſuit in Oreb,& non patribus ueſtris diſpoſuit dñs teſtamentũ hoc,ſed ad uos. Quare igitur patrib. nõ diſpoſuit teſtamentũ? Quia lex nõ eſt poſita iuſtis, iuſti aũt patres,uirtutem decalogi conſcriptã habentes in cordibus & animab. ſuis,diligentes ſcilicet deũ, qui fecit eos, & abſtinẽtes erga proximũ ab iniuſtitia, ꝓpter quod nõ fuit neceſſe admonere eos correptorijs literis, quia habebãt in ſemetipſis iuſtitiam legis. Cum aũt hæc iuſtitia & dilectio quæ erat erga deũ, ceſsiſſet in obliuionẽ,& extincta eſſet in Ægypto, neceſſario deus propter multam ſuam erga homines beneuolentiam ſemetipſum oſtendebat per uocem, & eduxit de Ægypto populũ in uirtute,uti rurſus fieret homo diſcipulus & ſectator dei,& ſubaffligebat indicto audientes, ut non cõtemnerent eum, qui ſe fecit,& manna cibauit eos,uti rationalem acciperent eſcam. Quemadmodũ & Moyſes in Deuteronomio ait: Et cibaui te manna,quod nõ ſciebant patres tui: uti cognoſcas, quoniã nõ in pane ſolo uiuet homo, ſed & in omni uerbo dei,quod procedit de ore eius,uiuit homo.

In quo differt Decalogus à reliquis præceptis. Cap. XXXI.

ERga deũ dilectionẽ præſciebat,& eam quæ ad proximũ eſt iuſti-

tiam insinuabatur, ut nec iniustus, nec indignus sit deo præstruẽte hominem per decalogũ in suam amicitiã, & eam quæ circa proximũ est concordiã. Quæ quidẽ ipsi proderãt homini, nihil tamen indigentiæ deo ab homine, et propter hoc scriptura ait: Hos sermones locutus est dñs ad omnem synagogã filiorũ Israel in monte, & nihil adiecit. Nihil eñ, quemadmodũ prædiximus, indigebat ab eis. & iterũ Moyses ait: Et nunc Israel, quid dñs deus tuus postulat à te, nisi timere dñm deum tuũ, ambulare in omnib. uijs eius, & diligere eum, & seruire dño deo tuo, ex tota anima tua. Hęc quidẽ glorioſum faciebant hominẽ, id qđ deerat ei implentia, id est amicitiã dei. Deo aũt pręstabat nihil: nec eñ indigebat deus dilectiõe hominis. Deerat aũt homini gloria dei, quã nullo modo poterat percipere, nisi per eam obsequentiã, quæ est erga deũ. Et propter hoc iterũ Moyses ait: Elige uitã, ut uiuas tu & semen tuũ, Diligere dñm deum tuũ, & audire uocem eius, & apprehendere eum. Quoniã hæc est uita tua, & longitudo dierũ tuorũ. In quã uitam præstruẽs hominẽ, decalogi quidẽ uerba ipse per semetipsum omnib. similiter dñs locutus est. Et ideo similiter permanent apud nos, extensionem et augmentũ, sed non dissolutionẽ accipientia per carnalẽ eius aduentũ. Seruitutis aũt præcepta separatim per Moysen præcepit populo, apta illorũ eruditioni siue castigationi. Quẽadmodũ ipse Moyses ait: Et mihi præcepit dñs in tempore illo dicere uobis iustificationes & iudicia. Hæc ergo quæ in seruitutẽ & in signũ data sunt illis, circũcinxit nouo libertatis testamento. Quæ aũt naturalia & liberalia & cõmunia omniũ auxit & dilatauit, sine inuidia largitur, donans hominibus per adoptionẽ patrem scire deũ, & diligere eũ ex toto corde, & sine auersatione sequi eius uerbũ, non tantũ abstinentes à malis operationibus, sed etiã à concupiscentijs earũ. Auxit aũt etiam & timorẽ: filios enim plus timere oportet, q̃ seruos, & maiorem dilectionẽ habere in patrem. Et propter hoc ait dñs: Omnem sermonẽ ociosum quem locuti fuerint homines, reddent pro eo rationem in die iudicij, Et qui uiderit mulierẽ ad concupiscendũ eam, iam mœchatus est eam in corde suo: & qui irascitur fratri suo sine causa, reus erit iudicio. Vt sciamus, quoniã non solum factorũ reddimus rationem deo ut serui, sed etiam sermonũ & cogitationũ tanq̃ qui & libertatis potestatẽ accepe rimus, in qua magis probatur homo, si reuertatur ut timeat, & diligat deum. Et propter hoc Petrus ait: Non uelamentũ malitiæ habere nos libertatem, sed ad propitiationem & manifestationem fidei.

Ostensio quoniam non propter se, nec indigens deus seruitio eorum, Leuiticam præcepit legem: quid etiam requirit ab homine deus nullius indigens. Cap. XXXII.

QVoniã autem nõ indigens deus seruitute eorũ, sed propter ipsos quasdam obseruãtias in lege præcepit, plenissime prophetæ indicant

cant. Et rursus quoniã non indiget deus oblatione hominũ, sed ꝓpter ipsum qui offerat hominẽ, manifeste dñs docuit, quemadmodũ ostendimus. Si quãdo enim negligentes eos iustitiam, & abstinentes à dilectione dei uidebat, per sacrificia aũt, & reliquas typicas obseruantias putantes propitiari dñm, dicebat eis Samuel quidẽ sic: Non uult deus holocausta & sacrificia, sed uult exaudiri uocẽ suam. Ecce auditus bonus super sacrificiũ, & auditus super adipem arietũ. Dauid aũt ait: Sacrificiũ & oblationẽ noluisti, aures aũt perfecisti mihi, holocausta aũt pro delicto nõ postulasti. Docẽs eos quoniã obauditionẽ uult deus, quæ seruat eos, q̃ꝫ sacrificia & holocaustomata, quæ nihil eis prosunt ad iustitiã, & nouũ simul prophetans testamentũ. Manifestius aũt adhuc in quinquagesimo psal. de his ait: Quoniã si uoluisses sacrificiũ dedissem, utiq; holocaustis nõ delectaberis. Sacrificiũ deo spũs contribulatus, cor contritũ & humiliatũ deus nõ despicies. Quoniã ergo nihil indiget deus in eo qui est ante hunc psalmo ait: Non accipiã de domo tua uitulos, nec de gregibus tuis hircos. Quoniã meæ sunt oẽs uestræ terræ, iumenta in montib. & boues, cognoui omnia uolatilia cœli, & species agri mecũ est. Si esuriero nõ dicam tibi, meus est orbis terræ, & plenitudo eius. Nunquid mãducabo carnes taurorũ, aut sanguinem hircorũ potabo? Deinde ne quis putet, propterea quod irascerẽtur eum recusare hæc, infert consiliũ ei dans. Immola deo sacrificiũ laudis, & redde altissimo uota tua, & inuoca me in die tribulationis tuæ, & eripiã te, et glorificabis me. Illa quidẽ per quę putabãt peccãtes propitiari deũ abnuens, & ostendẽs quod ipse nullius rei indiget: his aũt per quæ iustificatur homo, & appropinquat deo, hortatur & admonet. Hoc idem aũt & Esaias ait: Quo mihi multitudinẽ sacrificiorũ uestrorũ? dicit dñs. Plenus sum. Et cum abnuisset holocaustomata, & sacrificium, & oblationes, & adhuc etiã & Neomenias, & sabbata, & ferias, & reliquã uniuersam cõsequentẽ his obseruationẽ, intulit, suadẽs eis quæ salutaria sunt. Lauamini, mundi estote, auferte nequitias à cordibus uestris corã oculis meis, desinite à malitijs uestris, discite bonũ facere, exquirite iudiciũ, eruite eum qui iniuriã patitur, iudicate pupillo, & iustificate uiduã, & uenite disputemus, dicit dñs. Non enim sicut mutus homo, ut multi audent dicere, diuertit eorũ sacrificiũ. Sed miserans eorum cæcitati, & uerum sacrificium insinuans, quod offerentes propitiabuntur deum, ut ab eo uitam percipiãt. Quemadmodũ alibi ait: Sacrificiũ deo cor contribulatũ, odor suauitatis deo cor clarificans eum qui plasmauit. Si em̃ irascens abnueret hæc cęcorũ sacrificia tanq̃ qui indigni essent cõsequi misericordiã eius, nõ utiq; eisdẽ ipsis suadęret, per quę saluari possẽt. Sed quoniã deus misericors est, nõ abscidit eos à bono consilio. Nã per Hieremiã cum dixisset, Quò mihi thus de

Saba affertis,& cinamomū de terra longinqua:holocaustomata,& sacrificia uestra nō delectauerūt me, intulit,Audite sermonē domini omnis Iuda,hæc dicit dñs deus Israel,Dirigite uias uestras,& studia uestra,& constituā uos in loco isto, nec cōfisi fueritis uobismet in sermonibus mendacibus. Quoniā in totum non proderunt uobis dicentes, Templum domini,templum domini,templum domini est. Et iterum significās,quoniā non propter hoc eduxit eos de Ægypto,ut sacrificia ei offerrent,sed ut obliti idololatriæ Ægyptiorū, audire uocem domini possent,quæ erat eis salus & gloria, sic per eundem Hieremiam ait: Hæc dicit dñs, holocaustomata uestra colligite cum sacrificijs uestris, & manducate carnes. Quoniā non sum locutus ad patres uestros,nec de holocaustomatib.& sacrificijs prȩcepi eis,qua die eduxi eos de Ægypto,sed sermonē hunc præcepi eis,dicens, Audite uocem meam,& ero deus uester,et uos eritis populus meus,& ambulate in omnib.uijs meis, quæcunq; præcepero uobis, ut bene sit uobis.& non obaudierunt,nec intenderunt:sed ambulauerunt in cogitationib.cordis malitiæ suæ,& facti sunt retrorsus, & nō ad priora. Et iterum per eundem ipsum dicens, Sed in hoc glorietur qui gloriatur, intelligere & scire, quoniā ego sum dñs, qui facio misericordiā & iustitiam, & iudiciū in terra,intulit,Quoniā in his uolūtas mea est,dicit dñs.Sed nec in sacrificijs,nec in holocaustomatib.nec in oblationibus. Non enim principaliter hæc,sed secundū consequentiā,& propter prædictā causam habuit populus,sicut iterū Esaias ait, Non obtulisti mihi oues holocaustomatis tui, nec in sacrificijs tuis clarificasti me, nō seruisti mihi in sacrificijs,nec aliquid laborioſe fecisti in thure, nec mercatus es mihi argento incēsum,nec adipem sacrificiorū tuorum cōcupiui:sed in peccatis tuis,& in iniquitatib. tuis ante me stetisti.Super quē igitur,ait,aspiciam,nisi in humilē & quietū,& trementē sermones meos. Nō em̄ adipes et carnes pingues auferēt à te iniustitias tuas:hoc est em̄ ieiunium, quod ego elegi,dicit dñs:Solue omnem nodū iniustitiæ,dissolue connexus uiolentorū cōmerciorū,dimitte quassatos in requiem,& omnē conscriptionē iniustā cōscinde.Frange esurienti panē tuum ex animo, & peregrinū sine tecto induc in domū tuam. Si uideris nudū,cooperi eum,& domesticos seminis tui ne despicias: tunc erumpet matutinū lumen tuū,& sanitates tibi cito orientur,& præcedet ante te iustitia,et gloria dei circūdabit te.Et adhuc te loquente dicā,Ecce adsum. Et Zacharias aūt in xij. prophetis significās eis uoluntatē dei, ait: Hæc dicit dñs omnipotens, Iudiciū iustum iudicate, pietatē & misericordiam facite,unusquisq; ad fratrem suum. Viduam, & orphanum, & proselytum,& pauperē nolite opprimere,& unusquisq; malitiæ fratris sui nō reminiscatur in corde suo. Et iterū, Hi sunt, inquit, sermones q̄s facietis:Lo-

tis:Loquimini ueritatē unuſquiſq; ad proximū ſuum,& iudiciū paci-
ficum iudicate in portis ueſtris, & unuſquiſq; malitiā fratris ſui nō re-
cogitet in corde ſuo,& iurationem falſam ne dixeritis. Quoniā hęc o-
mnia odi,dicit dñs omnipotens. Et Dauid autē ſimiliter, Quis eſt,in-
quit,homo,qui uult uitā,et amat uidere dies bonos? Cohibe linguam
tuā à malo,& labia tua ne loquātur dolū,Declina à malo,& fac bonū:
inquire pacē,et ſequere eam.Ex quibus omnib.manifeſtū eſt,quia nō
ſacrificia & holocauſtomata quærebat ab eis deus, ſed fidem, & obe-
dientiā,et iuſtitiā,propter illorū ſalutē.Sicut in Oſee propheta docens
deus ſuam uoluntatē,dicebat: Miſericordiā uolo,ꝙ ſacrificiū,& agni
tionem dei ſuper holocauſtomata.Sed et dñs noſter eadem monebat
eos,dicens,Si enim cognouiſſetis,quid eſt, Miſericordiā uolo ꝙ ſacri
ficium,nunquā condemnaretis immerentes: teſtimoniū quidem red-
dens prophetis,quoniā ueritatem prædicabant: illos aūt arguens ſua
culpa inſipiētes. Sed & ſuis diſcipulis dans conſiliū, primitias deo of-
fere ex ſuis creaturis,nō quaſi indigenti, ſed ut ipſi nec infructuoſi nec
ingrati ſint, eū qui ex creatura panis eſt, accepit & gratias egit dicens, *Euchariſtia*
Hoc eſt meum corpus. Et calicem ſimiliter,qui eſt ex ea creatura, quæ
eſt ſecundū nos,ſuum ſanguinē confeſſus eſt,& noui teſtamenti nouā
docuit oblationem, quam eccleſia ab apoſtolis accipiens in uniuerſo
mundo offert deo, ei qui alimenta nobis præſtat primitias ſuorū mu-
nerum in nouo teſtamēto, de quo in duodecim prophetis Malachias
ſic præſignificauit:Non eſt mihi uoluntas in uobis, dicit dñs omnipo
tens,& ſacrificium non accipiam de manibus ueſtris. Quoniam ab or
tu ſolis uſq; ad occaſum nomen meum glorificatur inter gentes, & in
omni loco incenſum offertur nomini meo, & ſacrificiū purum. Quo-
niam magnum eſt nomen meum in gentibus, dicit dominus omnipo
tens:manifeſtiſſime ſignificans per hæc, quoniā prior quidem popu-
lus ceſſauit offerre deo:omni autem loco ſacrificiū offertur dei,& hoc
purum,nomen autem eius glorificatur in gentibus.

Quemadmodum nomen domini noſtri Ieſu Chriſti proprium patris oſtenditur. Cap. XXXIII.

QVod eſt autem nomen,quod in gētibus glorificatur, ꝙ quod eſt
domini, per quē glorificatur pater, & glorificatur homo: & quo
niam proprij filij eius eſt, & ab eo factus eſt homo, ſuum illud uocat.
Quemadmodū ſi quis rex ipſe filij ſui pingat imaginem,iuſte ſuam il-
lam dicit imaginem ſecundū utrunq;, quoniam & filij eius eſt,& quo
niam ipſe fecit eam:ſic & Ieſu Chriſti nomen, qđ per uniuerſum mun
dum glorificatur in eccleſia,ſuum eſſe cōfitetur pater, & quoniam filij
eius eſt,& quoniā ipſe ſcribens id, ad ſalutem dedit hominū. Quoniā
ergo nomen filij propriū patris eſt, & in deo omnipotente, per Ieſum

Christū offert ecclesia bene ait secundū utraq;, & in omni loco incensum offertur nomini meo, & sacrificiū purum. Incensa autem Ioannes in Apocalypsi, orationes esse ait sanctorum.

De sacrificijs, & oblationibus, & qui sunt, qui in ueritate offerunt. Cap. XXXIIII.

IGitur ecclesiæ oblatio, quam dñs docuit offerri in uniuerso mūdo, purum sacrificiū reputatum est apud deum, & acceptum est ei, non quod indigeat à nobis sacrificium, sed quoniam is qui offert, glorificatur ipse in eo quod offert, si acceptetur munus eius. Per munus enim erga regem & honos, & affectio ostenditur: quod in omni simplicitate & innocentia dominus uolens nos offerre prædicauit, dicens: Cum igitur offers munus tuum ad altare, & recordatus fueris, quoniam frater tuus habet aliquid aduersum te, dimitte munus tuum ante altare, et uade primum reconciliari fratri tuo, et tunc reuersus offer munus tuū. Offerre igitur oportet deo primitias eius creaturę, sicut et Moyses ait: Non apparebis uacuus ante conspectum domini dei tui: ut in quibus gratus extitit homo, in his gratus ei deputatus, eum qui est ab eo percipiat honorē. Et genus oblationū reprobatum est, oblationes enim & illic, oblationes aūt & hic. Sacrificia in populo, sacrificia in ecclesia. Sed species immutata est tantum, quippe cum iam non à seruis, sed à liberis offeratur. Vnus enim & idem dominus, proprium autem character seruilis oblationis, & proprium liberorū, uti & per oblationes ostendatur indicium libertatis. Nihil enim ociosum, nec sine signo, siue argumento apud eum. Et propter hoc illi quidē decimas suorum habebant consecratas. Qui aūt perceperunt libertatem, omnia quæ sunt ipsorū ad dominicos decernunt usus, hilariter & libere dantes ea, non quæ sunt minora, utpote maiorem spem habentes uidua illa & paupera hic totum uictū suum mittēte in gazophylaciū dei. Ab initio enim respexit deus ad munera Abel, quoniam cum simplicitate & iustitia offerebat. Super sacrificiū autem Cain non respexit, quoniā cum zelo & malitia, quæ erat aduersus fratrem, diuisionem habebat in corde. Quemadmodū occulta eius arguens deus ait: Nonne si recte offeras, recte aūt non diuidas peccasti, quiesce, quoniam nō sacrificio placatur deus. Si enim quis solūmodo secundum quod uidetur, munde & recte, & legitime offerre tentauerit, secundum suam animā non recte diuidat eam quæ est ad proximum cōmunionem, neq; timorem habeat dei, nō per id quod recte foris oblatum est sacrificiū, ad se ducit deum, intus habens peccatum: nec oblatio talis proderit ei aliquid, sed cessatio mali, quod est intus conceptū, ne per assimulatam operationē, magis aūt peccatum ipsum sibi homicidā faciat hominem. Propter quod & dicebat dominus: Væ uobis scribæ & pharisæi hypocritæ, quoniam similes estis monumētis dealbatis. A foris enim sepulchrum apparet

paret formosum,intus aũt plenum est osib.mortuorũ, & uniuersa im mũditia:sic & uos à foris quidem apparetis hominib.quasi iusti,intus aũt pleni estis malitia et hypocrisi.Cũ à foris em̃ recte offerre putẽtur, similẽ zelum Cain habebãt in semetipsis, propter qđ occiderũt iustũ, prætermittẽtes consiliũ uerbi,quemadmodũ & Cain.Illi em̃ ait:quiescce,& nõ assensit.Quiescere aũt quid est aliud, q̃ desinere à proposito impetus?Et his similia dicẽs, Pharisæe,inquit,cæce emunda qđ est intus calicis,ut fiat & qđ foris est, mundũ. Et non audierũt.Ecce em̃,ait Hieremias,nõ sunt oculi tui,nec cor tuũ bonũ,sed in cupiditate tua,& ad sanguinẽ iustũ ut effundas eum, & ad iniustitiã,& ad homicidiũ ut facias.Et iterũ Esaias:Feciſtis,inquit, conciliũ nõ per me,& testamẽta, nõ per spiritũ meum. Vt igitur interior eorũ uoluntas & cogitatio ad manifestũ ꝓducta,sine culpa et malũ non operantẽ ostendat esse deũ, eum qui abscõsa manifestat, sed eum qui malũ operetur, cum minime acquiescceret Cain,ait ei:Ad te cõuersio eius,et tu dominaberis eius.Pilato quoq; similiter dicebat,Nullã haberes potestatẽ in me,nisi data tibi fuisset desuper,cõcedente deo semper iustũ,ut hic quidẽ ex his quę passus est & sustinuit, probatus recipiatur, qui autẽ malignatus est ex his quæ egit adiudicatus,expellatur. Igitur nõ sacrificia sanctificãt hominem, nõ enim indiget sacrificio deus, sed cõscientia eius qui offert, sanctificat sacrificiũ pura existens,& præstat acceptare deũ quasi ab amico.Peccator aũt,inquit, qui occidit mihi uitulũ,quasi occidat canẽ. Quoniã igitur cum simplicitate ecclesia offert, iuste munus eius purũ sacrificiũ apud deum deputatũ est. Quemadmodũ & Paulus Philip. ait:repletus sum acceptis abEpaphrodito,quę à uobis missa sunt,odorem suauitatis,hostiã acceptabilẽ,placentẽ deo. Oportet em̃ nos oblationem deo facere,& in omnib. gratos inueniri fabricatori deo,in sententia pura,& fide sine hypocrisi, in spe firma,in dilectione feruẽti,primitias earũ quæ sunt eis creaturarũ offerẽtes:& hanc oblationẽ ecclesia sola purã offert fabricatori,offerens ei cum gratiarũ actione ex creatura eius.Iudæi aũt iam nõ offerũt: manus em̃ eorum sanguine plenæ sunt: nõ enim receperunt uerbũ, per quod offertur deo.Sed neq; oẽs hæreticorũ synagogę. Alij enim alterũ præter fabricatorẽ dicentes patrem,ideo quæ secundũ nos creaturæ sunt offerentes ei, cupidũ alieni ostendũt eum,& aliena cõcupiscentẽ.Qui uero ex defectione & ignorantia & passione dicunt facta ea quæ sunt secundũ nos, & ignorãtiæ & passionis & defectionis fructus offerẽtes, peccant in patrem suum, contumeliã facientes magis ei,q̃ gratias agentes.Quomodo aũt constabit eis, eum panem in quo gratiæ actæ sint, corpus esse domini sui, & calicẽ sanguinis eius, si nõ ipsum fabricatoris mundi filium dicant, id est, uerbum eius, per quod lignum fructificat, defluunt fontes: &

dat

dat primũ quidem fœnũ post deinde spicã, deinde plenũ triticũ in spica. Quõ aũt rursus dicunt carnem in corruptionẽ deuenire, & nõ percipere uitam, quæ à corpore dñi et sanguine alitur? Ergo aut sententiã mutent, aut abstineãt offerendo quæ prædicta sunt. Nostra aũt consonans est sententia Eucharistiæ, & Eucharistia rursus cõfirmat sententiam nostrã. Offerimus enim ei, quæ sunt eius, cõgruenter cõmunicationem & unitatẽ prædicãtes carnis & spũs. Quemadmodũ enim qui est à terra panis percipiens uocationẽ dei, iam non cõmunis panis est, sed Eucharistia, ex duab. rebus cõstans, terrena et cœlesti: Sic et corpora nostra percipientia Eucharistiã, iam nõ sunt corruptibilia, spem resurrectionis habentia. Offerimus aũt ei nõ quasi indigenti, sed gratias agẽtes donationi eius, & sanctificãtes creaturã. Quemadmodũ enim deus nõ indiget eorũ quæ à nobis sunt, sic nos indigemus offerre aliquid deo. Sicut Salomon ait, Qui miseretur pauperi, fœneratur deo. Qui eñ nullius indigens est deus, in se assumit bonas operationes nostras, ad hoc ut præstet nobis retributionẽ bonorũ suorum. Sicut dñs noster ait: Venite benedicti patris mei, percipite præparatũ uobis regnum. Esuriui eñ, & dedistis mihi mãducare, sitiui & potastis me, hospes fui & collegistis me, nudus & cooperuistis me, infirmus & uisitastis me, in carcere & uenistis ad me. Sicut igitur nõ his indigẽs, attamẽ à nobis propter nos fieri uult, ne simus infructuosi: Ita ad ipsum uerbũ dedit populo præceptũ faciendarũ oblationũ, quamuis nõ indigeret eis, ut disceret deo seruire. Sic & ideo nos quoq; offerre uult munus ad altare frequẽter sine intermissione. Est ergo altare in cœlis. Illuc eñ preces nostræ, & oblationes nostræ dirigũtur: & ad templũ, quemadmodũ Ioan. in Apocal. ait, & apertũ est templũ dei, & tabernaculũ. Ecce enim, inquit, tabernaculum dei, in quo habitabit cum hominibus.

Eucharistia

Quorum typum accipiebat populus, quemadmodum & prophetabant prophetæ futura. Cap. XXXV.

MVnera autem & oblationes, & sacrificia omnia in typo populus accepit. Quemadmodũ ostensum est Moysi in monte Sinai ab uno & eodẽ deo, cuius & nunc in ecclesia glorificatur nomen in omnibus gentibus. Sed terrena quidẽ quæ sunt erga nos dispositа, cõgruit typos esse eorũ, quę sunt cœlestia, ab eodẽ tamen deo facta. Nec enim aliter poterat assimilari spiritaliũ imaginũ. Quæ autem supercœlestia & spiritalia sunt, & quantum ad nos spectat inuisibilia & inenarrabilia, typos rursus alterorum cœlestium dicere, & alterius pleromatis, et deum alterius patris imaginem esse, & errantium est à ueritate, & omnino stultorum & hebetum. Cogentur enim hi tales, quemadmodũ sæpenumero ostendimus, semper typos typorum, & imagines imagi num adinuenire, & nunquã figere animum suum in uno & uero deo:

supra

ſupra enim deum factæ ſunt cogitationes ipſorum, ſupergreſsi cordibus ſuis ipſum magiſtrum, ſuſpitione quidem ſuperelati & ſupergreſsi, ueritate autem declinantes à uero deo.

Quemadmodum inueſtigabilis & incomprehenſibilis oſtenditur is, qui hanc quæ ſecundum nos eſt condidit creaturam. Cap. XXXVI.

AD quos iuſte quis dicat, quemadmodū ipſe ſermo ſuggeretur. Quatenus ſuper deū extollitis cogitationes ueſtras, inconſidera te elati? Audiſtis menſos eſſe cœlos in pſalmo, dicite mihi menſurā, & enarrate multitudinē cœlorum innumerabilē exponite mihi plenitudinem, latitudinē, & longitudinē, et altitudinē circūmenſurationis, initium & finē, quæ non intelliget cor hominis, & nō comprehendet ea. Vere enim magna ſunt theſaurophylacia cœleſtia, immenſurabilis eſt in corde deus, & incōprehenſibilis in animo, qui cōprehendit terram pugillo, quis perſpiciat mēſurā, & dextræ eius digitū quis cognoſcet? aut manū eius quis intelliget, eam quæ menſurat immenſa, eam quæ tendit menſura ſua menſurā cœlorū, & conſtringit pugillo terrā cum abyſsis, quæ in ſe cōtinet latitudinē, & longitudinē, & profundū deorſum, & altitudinem ſupernā uniuerſæ conditionis, quæ uidetur, quæ auditur & intelligitur, & quæ inuiſibilis eſt: & ꝓpter hoc ſuper omne initiū & poteſtatem, & dominationē, & omne nomen quod nominatur, omniū quæ facta & condita ſunt exiſtens deus, ipſe eſt qui cœlos implet, & perſpicit abyſſos, qui eſt etiā cum unoquoq; noſtrū. Deus em̄, inquit, appropinquās ego ſum, & non deus de longinquo. Si abſcōditur homo in abſcōſis, & ego eum nō uidebo? manus em̄ eius apprehēdit omnia: & ipſa eſt quæ cœlos quidē illuminat, etiā quæ ſub cœlo ſunt, & ſcrutatur renes, & corda, & in abſcōſis ineſt & in ſecretis noſtris, & in manifeſto alit & cōſeruat nos. Si aūt plenitudinē & magnitudinē manus eius nō cōprehendit homo, quemadmodū poterit quis intelligere aut cognoſcere in corde tam magnū deū? Quem quaſi iam menſi ſint, & perſpexerint, & uniuerſum eum decurrerint, ſuper eum eſſe aliud pleroma æonū confingūt, & alterū patrem: ad cœleſtia quidē non ſuſpicientes, uere aūt in profundū Bythum dementiæ deſcendentes: patrē quidem dicentes ſuū finiri, uſq; ad ea quæ ſunt extra pleroma: Demiurgū uero rurſum non attingere uſq; ad pleroma. Et ſic neutrū eorum ponunt eſſe perfectū, & comprehendentem omnia. Deerit enim illi quidē uniuerſa quæ eſt extra pleroma fabricatio, huic autem quę eſt intra pleroma fabricatio, & neuter eorum erit omnium deus. Quoniam autem magnitudinem dei ex his quæ ab eo facta ſunt nemo enarrare poteſt, hoc omnibus manifeſtum eſt: et quoniā magnitudo eius non deficit, ſed omnia continet, & peruenit uſq; ad nos, & nobiſcum eſt, omnis quicunq; digne deo ſapit confitebitur.

Secun-

Secundum quid notus deus, & quod ipse pater conditor omnium per suas manus formauit hominem. Cap. XXXVII.

IGitur secundū magnitudinē non est cognoscere deum. Impossibile est enim mensurari patrem: Secundū aūt dilectionē eius, hæc est em̄ quæ nos per uerbū eius ducit ad deum obaudiētes ei, semper dicimus quoniā est tantus deus, & ipse est qui per semetipsum constituit, & fecit, & adornauit, & cōtinet omnia: in omnibus aūt & nos, & hūc mundum qui est secundū nos. Et nos igitur cum his quę cōtinentur ab eo, facti sumus. Et hic est de quo scriptura ait, Et plasmauit deus hominē, limū terræ accipiens, & insufflauit in faciē eius flatū uitæ. Non angeli fecerūt nos, nec nos plasmauerūt, nec angeli potuerunt imaginē facere dei, nec alius quis, præter uerbū dñi, nec uirtus longe absistens à patre uniuersorū. Nec enim indigebat horū deus ad faciendū, quæ ipse apud se præfinierat fieri, quasi ipse suas nō haberet manus. Adest em̄ ei semper uerbū & sapientia filius, & spūs, per quos, & in quib. omnia libere & sponte fecit, ad quos & loquitur, dicens, Faciamus hominem ad imaginē & similitudinem nostrā, ipse à semetipso substantiā creaturarum, et exemplū factorū, et figurā in mundo ornamentorū accipiēs. Bene ergo scriptura dicit: Primo omniū crede, quoniā unus est deus, qui omnia cōstituit & cōsummauit, & fecit ex eo qđ nō erat, ut essent omnia, omniū capax, & qui à nemine capiatur. Bene aūt & in prophetis Malachias ait: Nónne unus deus qui constituit nos? Nónne pater unus est omniū nostrorū? Consequenter aūt & Apostolus ait: Vnus deus, inquit, pater qui super omnes, & in omnib. nobis. Similiter aūt & dñs, omnia mihi, inquit, tradita sunt à patre meo, Manifeste ab eo qui omnia fecit. Nō enim aliena, sed sua tradidit ei, In omnibus aūt nihil subtractū est, & propter hoc idem est Iudex uiuentiū & mortuorum, habens clauem Dauid, aperit, & nemo claudit, claudit, & nemo aperit. Nemo enim alius poterat nec in cœlo, nec in terra, nec sub terra aperire paternū librū, nec uidere eum, nisi agnus qui occisus est, & sanguine suo redemit nos: ab eodem, qui omnia uerbo fecit, & sapientia adornauit, accipiens omniū potestatē, quando uerbum caro factū est, ut quemadmodū in cœlis principatū habuit uerbum dei, sic et in terra haberet principatū: quoniā homo iustus, qui peccatū non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius: princpatū autem habeat eorum quæ sunt sub terra, ipse primogenitus mortuorū factus: & ut uiderent omnia, quemadmodū prædiximus, suum regem, & ut in carnem dñi occurrat paterna lux, & à carne eius rutila ueniat in nos, & sic homo deueniat in incorruptelā, circūdatus paterno lumine. Et quoniā uerbum, id est filius semper cū patre erat, per multa demonstrauimus. Quoniā & sapientia quæ est spiritus, erat apud deum ante omnem constitutio

nem

nem,per Salomonē ait:Deus ſapiētia fundauit terrā,parauit aūt cœlū prudentia.Senſu eius abyſſi eruperunt,nubes aūt manauerunt ros.Et rurſus,Dñs creauit me principiū uiarum ſuarū,in opera ſua ante ſeculum fundauit me,in initio anteq̄ terram faceret, & priuſquā procederent fontes aquarū,anteq̄ montes cōfirmarentur,Ante oēs aūt colles genuit me. Et iterū, Cum pararet cœlū eram cum illo, & cū firmos faceret fontes abyſſi, quando fortia faciebat fundamenta terræ, eram apud eum aptans.Ego eram cui adgaudebat, quotidie aūt delectabar ante faciē eius in omni tempore, cū lætaretur orbe perfecto, & iocundaretur in filiis hominū. Vnus igitur deus,qui uerbo et ſapientia fecit et aptauit oīa,hic eſt aūt Demiurgus,qui et mundū hūc attribuit humano generi, qui ſecundū magnitudinē quidem ignotus eſt omnib. his qui ab eo facti ſunt.Nemo enim inueſtigauit altitudinem eius,nec ueterū,nec eorum qui nūc ſunt. Secundū autem dilectionē cognoſcitur ſemper,per eum per quē cōſtituit omnia. Eſt aūt hic uerbum eius dñs noſter Ieſus Chriſtus, qui in nouiſſimis temporibus homo, in hominibus factus eſt, ut finem cōiungeret principio,id eſt,hominē deo. Et propterea prophetæ ab eodem uerbo propheticū accipientes chariſma, prædicauerunt eius ſecundū carnem aduentū, per quem cōmixtio & cōmunio dei & hominis ſecundū placitum patris facta eſt, ab initio prēnunciante uerbo dei,quoniā uidebitur deus ab hominibus, & conuerſabitur cum eis ſuper terram, & colloqueretur & adfuturus eſſet.id eſt ab uniuerſo ſuo plaſmate,ſaluās illud,& parcibilis ab eo,et liberans nos de manibus omniū odientiū nos, tranſgreſſionis ſpiritu, & faciens nos ſeruire ſibi in ſanctitate & iuſtitia omnes dies noſtros, uti cōplexus homo ſpiritum dei, in gloriā cedat patris. Hæc prophetice ſignificabāt prophetæ,ſed nō quemadmodū quidam dicunt,inuiſibili patre omniū exiſtente alterū eſſe eum qui à prophetis uideretur. Hoc aūt dicunt,qui in totū quid ſit prophetia neſciunt,Nā prophetia eſt prædicatio futurorū, id eſt, eorū quæ poſt erunt, præſignificatio. Præſignificabāt enim prophetæ, quoniā uidebitur deus ab hominib. quemadmodū & dñs ait:Beati mundo corde,quoniā ipſi deum uidebunt. Sed ſecundū magnitudinē quidē eius, & mirabilē gloriā nemo uidebit deū,& uiuet,Incapibilis em̄ pater:ſecūdū aūt dilectionē & humanitatē,& qđ oīa poſſit,etiā hoc concedit his qui ſe diligūt,id eſt, uidere deū,quod & ꝓphetabāt prophetæ. Quoniā quę impoſſibilia, poſſibilia apud deū. Homo etem̄ à ſe non uidet deū. Ille aūt uolens uidetur ab hominib.à quibus uult, & quemadmodū uult. Potēs eſt em̄ in omnib. deus,uiſus quidem tunc per ſpiritū prophetiæ,uiſus eſt aūt & per filium adoptiue, uidebitur aūt & in regno cœlorum paternaliter,ſpiritu quidem præparāte hominem in filiū dei,filio aūt adducen-

te ad patrẽ,patre aũt incorruptelã donante in æternã uitam, quæ unicuiq; euenit ex eo quod uideat deum. Quẽadmodũ enim uidentes lumen intra lumen ſunt,& claritatẽ eius recipiunt,Sic et qui uident deũ, intra deũ ſunt,percipientes eius claritatẽ.uiuificat aũt eos claritas,percipiunt ergo uitã qui uident deum:& propter hoc incapibilis, uiſibilẽ ſe & cõprehenſibilem,& capacẽ hominibus præſtat, ut uiuificet percipientes & uidentes ſe. quemadmodũ enim magnitudo eius inueſtigabilis eſt,ſic & benignitas eius inenarrabilis, per quam uitã præſtat ijs, qui uident eum. Quoniã uiuere ſine uita impoſſibile eſt, ſubſiſtẽtia uitæ aũt,de participatione euenit: participatio aũt dei,eſt uidere deũ,& frui benignitate eius.Homines igitur uidebũt deũ,& uiuent per uiſionem,immortales facti,& pertingẽtes uſq; in deũ. Quod ſicut prædixi per ꝓphetas figuraliter manifeſtabatur, quoniã uidebitur deus ab hominib. qui portãt ſpiritum eius, & ſemper aduentũ Chriſti ſuſtinent. Quemadmodũ & in Deut. Moyſes ait:In die iſta uidebimus, quoniã loquetur deus ad hominẽ,& uiuet. Quidã enim eorũ uidebant ſpiritũ propheticũ, & operationes eius in oĩa genera chariſmatũ effuſa:alij uero aduentum domini,& eam quæ eſt ab initio adminiſtrationẽ,per quẽ perfecti,uolũtatẽ patris quæ eſt in cœlis,& quę eſt in terris:alij uero & glorias paternas temporib.aptas, & ipſis qui uidebãt,& qui tũc audiebãt, & omnib.qui deinceps audituri erant. Sic igitur manifeſtabatur deus:per omnia eĩ hæc deus pater oſtẽditur, ſpiritu quidẽ operante,filio uero adminiſtrãte,patre uero cõprobãte,homine uero conſummante ad ſalutẽ. Quemadmodũ & per prophetam Oſee ait:Ego, inquit, uiſiones multiplicaui, & in manibus prophetarũ aſſimulatus ſum. Apoſtolus aũt idipſum expoſuit,dicẽs: Diuiſiones aũt chariſmatum ſunt,idem aũt ſpiritus, & diuiſiones miniſteriorũ ſunt,idem autẽ dñs, & diuiſiones operationũ ſunt,idem aũt deus, qui operatur oĩa in omnibus. Vnicuiq; autem datur manifeſtatio ſpiritus ad utilitatẽ. Sed quoniam qui omnia in omnibus operatur deus eſt, qualis eſt & quantus eſt, inuiſibilis & inenarrabilis eſt omnibus, quæ ab eo facta ſunt,Incognitus aũt nequaquã: omnia enim per uerbum eius diſcunt, qui eſt unus deus pater qui continet omnia, & omnibus eſſe præſtat, quemadmodũ in euãgelio ſcriptum eſt: Deum nemo uidit unquam, niſi unigenitus filius,qui eſt in ſinu patris,ipſe enarrauit.Enarrat ergo filius ab initio patris, quippe qui ab initio eſt cum patre, qui & uiſiones propheticas,& diuiſiones chariſmatum,& miniſteria ſua,et patris glorificationem conſequenter & cõpoſite oſtenderit humano generi apto tempore ad utilitatem. Vbi eſt enim conſequentia, illic & conſtantia,& ubi eſt conſtantia, illic & pro tempore, & ubi pro tempore illic & utilitas,& propterea uerbum diſpenſatũ paternæ gratiæ factus

eſt ad

est ad utilitatē hominū, propter quos fecit tantas dispositiones hominibus quidē ostendens deū, deum aūt exhibens hominē: & inuisibilitatem quidē patris custodiens, ne quādo homo fieret cōtemptor dei, & ut semper haberet ad quod proficeret: uisibilē aūt rursus hominib. per multas dispositiones ostendēs deū, ne in totū deficiens homo cessaret esse. Gloria em̄ dei uiuens homo, Vita autē hominis uisio dei. Si em̄ quæ est per conditionē ostensio dei uitam præstat hominib. in terra uiuentibus, multo magis ea quæ est per uerbū manifestatio patris, uitā præstat his, qui uident deū. Quoniā ergo spiritus dei per prophetas futura significauit, præformans nos, & præaptans ad id, ut subditi deo simus: futurū aūt erat, ut homo per sancti spiritus beneplacitū uideret: necessario oportebat eos per quos futura prædicabātur uidere deum, quem ipsi hominib. uidendū intimabant: uti non solū dicatur prophetice deus, & dei filius, & filius, & pater, sed ut uideatur omnib. membris sanctificatis & edoctis ea quæ sunt dei, ut præformaretur & præmeditaretur homo applicari in eam gloriā, quæ post reuelabitur his qui diligunt deū. Non em̄ solū sermone prophetabant prophetæ, sed & uisione, & conuersatione, & actibus quos faciebant, secundū id quod suggerebat spiritus: secundū hanc igitur rationē inuisibilē uidebant deū. Quemadmodū & Esaias ait: Regem dn̄m sabaoth uidi oculis meis: significans, quoniā uidebit oculis deum homo, & uocem eius audiet. Secundū hanc igitur rationem, & filium dei hominē uidebant conuersatū cum hominibus, id quod futurū erat prophetantes, eum qui nondū aderat, adesse dicentes, & impassibilem passibilem annunciantes, & eum qui tunc in cœlis, in limum mortis descendisse, dicentes. Et reliquas autē eius recapitulationis dispositiones, quasdā quidē per uisiones uidebāt, quasdam per uerbū annuntiabāt, quasdam uero per operationē typice significabāt, quæ quidē uidenda erant uisibiliter uidentes, quæ uero audienda erant, sermone præconātes, quæ uero agenda erant, operatione perficiētes, uniuersa uero prophetice annunciātes. Propterea & Moyses trāsgressori q̄dē legis populo igneū deum esse dicebat, igneū à deo diem superduci minitās. His uero qui erga dominū timorem habebāt, dn̄s deus, dicebat, misericors, pius, & magnanimus, & magnæ miserationis, & uerax, & iustitiam seruans, et misericordiam in milia, auferens iniustitias, & nequitias, & peccata. Et uerbū quidem loquebatur Moysi apparens in cōspectu, quemadmodum si quis loquatur ad amicū suū: Moyses uero cupiuit manifeste uidere eū, qui secū loquebatur, & dictū est ei, Sta in loco alto petræ, & manū meam contegā super te. Quādo uero transierit claritas mea, tūc uidebis quæ sunt posteriora mea, facies autē mea non uidebitur tibi: nō enim uidet homo faciē meam, & uiuet: utraq; significās, quoniam

& impoſsibile eſt homini uidere deum, & quoniã per ſapientiã dei in nouiſſimis temporibus uidebit deũ homo, in altitudine petrę, hoc eſt in eo qui eſt ſecundũ hominẽ eius aduentus: & propter hoc facie ad faciem cõfabulatus eſt cum eo in altitudine montis, aſſiſtente etiam Helia, quemadmodũ euangeliũ retulit, reſtituens in fine priſtinam repromiſſionem. Nõ igitur manifeſte ipſi faciẽ dei uidebant prophetæ, ſed diſpoſitiones & myſteria quæ inciperet homo uidere deũ. Quemadmodũ & Heliæ dicebatur, Exies cras, & ſtabis in cõſpectu dñi, & ecce dñs tranſiet, & ecce ſpiritus magnus, & fortis qui diſſoluet montes, & conteret petras in cõſpectu dñi, & non in ſpiritu dñs, & poſt ſpiritum terræmotus, & nõ in terræmotu dñs, & poſt terræmotũ ignis, & non in igne dñs, & poſt ignem uox auræ tenuis. Per hæc em̃ & per ꝓphetas ualde indignãs, propter tranſgreſſionẽ populi & propter interfectionem prophetarũ, docebantur mitius agere, ac ſecundũ hominem aduentus dñi ſignificabatur futurus, poſt illã legem quæ data eſt per Moyſen, mitis & trãquillus, in quo nec calamũ quaſſatũ cõfregit, nec linum fumigãs extinxit. Oſtendebatur aũt & regni eius mitis & pacifica requietio. Poſt enim ſpiritũ qui conterit montes, & poſt terræmotum, et poſt ignẽ, tranquilla & pacifica regni eius adueniunt tempora, in quib. cum omni tranquillitate ſpũs dei uiuificat, & auget hominẽ. Manifeſtius aũt adhuc per Ezechielẽ factũ eſt, quoniã ex parte diſpoſitiones dei, ſed nõ ipſum uidebãt prophetæ priores deum. Hic enim dei cum uidiſſet uiſionẽ, & Cherubim & rotas eorũ, & uniuerſæ progreſſionis eius myſteriũ cum retuliſſet, & ſimilitudinẽ quaſi figurã hominis, & illa quidẽ quæ erant ſuper lumbos eius quaſi figurã electri, quæ aũt deorſum quaſi uiſionẽ ignis, & reliquã uniuerſam thronorũ uiſionem manifeſtans, ne quis putaret forte eum in his proprie uidiſſe deum, intulit, hæc uiſio ſimilitudinis gloriæ domini. Igitur ſi neque Moyſes uidit deũ, nec Helias, nec Ezechiel, qui multa de cœleſtib. uiderunt, quæ autẽ ab his uidebãur erant ſimilitudines claritatis dñi, & prophetię futurorũ, manifeſtũ eſt quoniã pater quidem inuiſibilis, de quo & dñs dixit: Deum nemo uidit unq̃. Verbum aũ eius, quemadmodũ uolebat ipſe, & ad utilitatem uidentium claritatem monſtrabat patris, & diſpoſitiones exponebat. Quemadmodũ & dñs dixit, Vnigenitus deus qui eſt in ſinu patris, ipſe enarrauit. Et ipſe aũt interpretatur patris uerbũ, utpote diues et multus exiſtens, nõ in una figura, nec in uno charactere uidebatur uidentib. eum, ſed ſecundũ diſpenſationum eius cauſas ſiue efficaciã, ſicut in Daniele ſcriptũ eſt: Aliquando enim cum his qui erant circa Ananiã, Azariam, Mizaelem uidebatur, aſſiſtens eis in fornace ignis, & in camino, & liberãs eos de igne, Et uiſio, inquit, quarti, ſimilis filio dei. Aliquando autẽ lapis à monte abſciſus ſi-

sus sine manibus,& percutiens tẽporalia regna,& uentilans ea,& ipse replens uniuersam terrã.Rursum hic idem uidebitur quasi filius hominis in nubib.cœli ueniens,& appropinquãs ad ueterem dierum,& sumens ab eo uniuersam potestatẽ & gloriam,& regnũ, Et potestas,inquit,eius potestas æterna, & regnũ eius non interibit.Sed & Ioannes domini discipulus in Apocalypsi sacerdotalẽ & glorioſum regni eius uidens aduentũ, Conuersus sum,inquit,uidere uocem quæ loquebatur mecũ, & conuersus uidi septẽ candelabra aurea,& inter cãdelabra similem filio hominis indutũ podere,& adcinctũ ad mãmas zonã auream. Caput aũt eius & capilli quẽadmodũ lana alba, quomodo nix, & oculi eius ut flãma ignis, & pedes eius similes chalcolibano,quemadmodũ in camino succẽsus est. Vox eius quasi uox aquarũ, & habet stellas septẽ in manu dextera sua,et de ore eius romphea ex utraq; parte acuta exiebat,et facies eius quemadmodũ sol fulgens in uirtute sua. In his enim aliquid à patre clarum eius significat, ut caput,aliquid uero sacerdotale,ut poderẽ: & propter hoc Moyses secundũ typum uestiuit pontificem: aliquid uero ad finem,quemadmodũ chalcolibanũ in camino succensum,quod est fortitudo fidei,& perseuerabile oratio num,propter aduenientem in fine temporũ succensionis incendiũ.Ioanne uero nõ sustinente uisionẽ,Et cecidi em̃,inquit,ad pedes eius quasi mortuus,ut fieret qđ scriptũ est,Nemo uidet deum,& uiuet,& uiuificans eum uerbũ & admonens, quoniã ipse est in cuius pectore recumbebat ad cœnã,interrogans quis esset qui inciperet eum tradere, Et dicebat, Ego sum primus & nouissimus, & qui uiuo, & fui mortuus, & ecce uiuo in secula seculorũ, & habeo claues mortis & inferorum. Et post hæc in secũda uisione eundem dn̄m uidens, Vidi enim,inquit,in medio throni & quatuor animaliũ, & in medio presbyterorũ agnum stantem quasi occisum,habentẽ cornua septẽ,& oculos septẽ,qui sunt septẽ spiritus dei,dimissi in uniuersam terrã. Et rursum de eodem ipso agno,ait,Et ecce equus albus,et qui sedebat super eum uocabatur fidelis,& uerus, & per iustitiã iudicat, & pugnat, & oculi eius sicut flãma ignis,& in capite eius diademata multa,habens nomen scriptũ,qđ nemo scit nisi ipse,& circũamictus uestimentũ aspersum sanguine,& uocatur nomẽ eius uerbũ dei, & exercitus cœli sequebatur eum in equis albis,uestiti byssinũ albũ mundũ,& de ore eius ꝓcedit romphea acuta,ut in ea percutiat gentes,& ipse pascet eos in uirga ferrea,& ipse calcat lacũ uini furoris iræ dei omnipotentis,& habet super uestitũ,& super femur suũ nomen scriptũ,Rex regum,& dn̄s dominantiũ.Sic sem per uerbũ dei uelut lineamenta rerum futurarũ habet, & uelut species dispositionũ patris hominibus ostendebat, docens nos quæ sunt dei. Non solum autem per uisiones quæ uidebantur,& sermones qui præ

conabãtur,ſed & in operationibus uiſus eſt prophetis, ut per eos præfiguraret,& prædemonſtraret futura.Propter quod & Oſee prophe-ta accepit uxorem fornicationis, per operationẽ prophetans, quoniã fornicãdo fornicabitur terra à dño, hoc eſt, qui ſuper terram ſunt homines,& de huiuſmodi hominib. beneplacitũ habebit deus aſſumere eccleſiam ſanctificandam cõmunicatione filij eius,ſicut & illa ſanctificata eſt cõmunicatione prophetæ. Et propter hoc Paulus ſanctificatã ait infidelem mulierem in uiro fideli.Adhuc etiam filios ſuos nomina uit propheta,non miſericordiã conſecuta & non populus,ut quemad modum Apoſtolus ait, Fiat qui non populus,populus, & non miſeri cordiam cõſecuta, miſericordiã conſecuta, & in loco eliberata, in quo uocabitur nõ populus,ibi uocabuntur filij dei uiui.Id quod à prophe ta typice per operationẽ factum eſt, oſtendit Apoſtolus uere factũ in eccleſia,& Chriſto. Sic aũt & Moyſes Aethiopiſſam accipiebat uxo-rem,quam ipſe Iſraelitidẽ fecit, præſignificans quoniã oleaſter inſeritur in oliuam, & participãs pinguedinis eius erat.Quoniam enim his qui ſecundũ carnem natus eſt Chriſtus, à populo quidem habebat in quiri,ut occideretur,liberari uero in Ægypto,id eſt in gẽtibus,& ſanctificare eos qui ibi eſſent infantes,unde & eccleſiã ſibi perfecit:Ægyptus enim ab initio gentilis, quemadmodũ Æthiopiſſa: propter hoc per nuptias Moyſi nuptiæ uerbi oſtendebantur, & per Æthiopiſſam cõiugem,ea quæ ex gentibus eſt eccleſia manifeſtabatur,cui qui detrahunt, & incuſant & derident eam, nõ erunt mundi. Leproſi eñ erunt & abſcindentur à iuſtorũ caſtris. Sic aũt & Raab fornicaria ſemetipſam quidem cõdemnans, quoniã eſſet gentilis omnium peccatorũ rea,ſuſcepit autem ſpeculatores,qui ſpeculabantur uniuerſam terrã,& apud ſe abſcõdit patrem ſcilicet & filium & ſpiritũ ſanctum. Et cum uniuerſa ciuitas,in qua habitabat,cõcidiſſet in ruinam,canentib. ſeptem tubicinis in ultimis Raab fornicaria cõſeruata eſt, cum uniuerſa domo ſua fide ſigni coccini: ſicut & dñs dicebat his qui aduentum eius non excipiebant,phariſæi ſcilicet, & coccini ſignum nullificant, quod erat paſcha, redemptio & exodus populi ex Ægypto, dicens: Publicani & meretrices præcedent uos in regno cœlorum.

Quemadmodum in Abraham præfigurabatur fides noſtra,& quæ expoſitio eorum,quæ facta ſunt à patribus. Cap. XXXVIII.

QVoniam autem & in Abraham præfigurabatur fides noſtra, & quoniam patriarcha noſtræ fidei uelut propheta fuit, pleniſſime Apoſtolus docuit in epiſt.ad Galat,dicẽs,Qui ergo tribuit uobis ſpiritũ, & operatur uirtutes in uobis, ex operib.legis an ex auditu fidei? Sicut Abrahã credidit deo,& reputatũ eſt illi ad iuſtitiam.Cognoſcite itaq; quoniam qui ſunt ex fide, hi filij ſunt Abrahæ. Præuidens autem

tem

tem ſcriptura, quoniã ex fide iuſtificat gentes deus, prænũtiauit Abrahæ, quoniã benedicẽtur in eo omnes gentes. Itaq; qui ex fide ſunt, benedicentur cum fideli Abrahã. Ob quæ non ſolũ prophetã eum dixit fidei, ſed & patrem eorum qui ex gentib. credunt in Chriſtũ Ieſum, eo quod una & eadẽ illius et noſtra ſit fides, illo quidem credente futuris quaſi iam factis propter repromiſſionẽ dei: nobis quoq; ſimiliter per fidẽ ſpeculantib. eam quæ eſt in regno hæreditatẽ, propter repromiſſionem dei. Et ea aũt quæ circa Iſaac non ſine ſignificatione ſunt. In ea eñ epiſtola quæ eſt ad Rom. ait Apoſtolus, Sed & Rebecca ex uno concubitu habens Iſaac patris noſtri, à uerbo reſponſum accepit, ut ſecundũ electionem propoſitũ dei permaneat, non ex operib. ſed ex uocante dictũ eſt ei, Duo eñ populi in utero tuo, & duæ gẽtes in uentre tuo, & populus populum ſuperabit, & maior ſeruiet minori. Ex quibus manifeſtũ eſt, non ſolũ prophetationes patriarcharũ, ſed & partũ Rebeccæ prophetiã fuiſſe duorum populorũ, & unum quidẽ eſſe maiorem, alterũ uero minorẽ, & alterũ quidem ſub ſeruitio, alterũ aũt liberum, Vnius aũt & eiuſdem patris, unus & idem deus noſter & illorum: qui eſt abſconſorũ cognitor, qui ſcit omnia anteq; fiant, & propter hoc dicens, Iacob dilexi, Eſau aũt odio habui. Si quis aũt & actus qui ſunt Iacob addiſcat, inueniet eos nõ inanes, ſed plenos diſpoſitionum: & in primis in natiuitate eius, quemadmodũ apprehendit calcaneum fratris, & Iacob uocatus eſt, id eſt ſupplãtator, tenens ſed qui nõ tenetur, ligans pedes, ſed qui nõ ligatur, luctans & uincens, tenens in in manu calcaneũ aduerſarij, id eſt uictoriã. Ad hoc enim naſcebatur dñs, cuius typum generationis mõſtrabat, de quo & Ioan. in Apocal. ait, Et exiuit uincens, ut uinceret. Deinde aũt primogenita accipiens, quando uituperauit ea frater eius: quemadmodum & iunior populus eum primogenitũ Chriſtum accepit, cum eum repulit populus ætate prouectior, dicens, nõ habemus regẽ niſi Cæſarẽ. In Chriſto aũt uniuerſa benedictio, & ꝓpter hoc benedictiones prioris populi à patre ſubripuit poſterior populus. Quẽadmodũ Iacob abſtulit benedictionem huius Eſau. Ob quã cauſam fratris patiebatur inſidias, & perſecutiones frater ſuus, ſicut & eccleſia hoc idẽ à Iudæis patiebatur. Peregre naſcebãtur xij. tribus genus Iſrael, quoniã & Chriſtus peregre incipiebat decaſtylũ firmamentũ eccleſiæ generare. Variæ oues quæ fiebant hinc Iacob merces, & Chriſti merces ex uarijs & differentib. gentib. in unã cohortẽ fidei cõuenientes fiunt homines, quẽadmodũ pater promiſit ei, Poſtula, dicens, à me, & dabo tibi gentes hæreditatẽ tuam, & poſſeſſionẽ tuam terminos terræ. Et quoniã multitudines filiorũ dñi ꝓphetæ fiebant Iacob, neceſſitas omnis fuit ex duabus ſororib. eum filios facere: Quemadmodũ Chriſtus ex duabus legib. unius & eiuſdẽ

patris. Similiter autem & ex ancillis, significans quoniam secundū carnem ex liberis & ex seruis Christus statuet filios dei, similiter omnib. dans munus spiritus uiuificantis nos. Omnia autem ille faciebat propter illam iuniorem, bonos oculos habentem Rachel: quæ præfigurabat ecclesiam, propter quam sustinuit Christus: qui tunc quidem patriarchas suos & prophetas præfigurans & prænuntians futura, præexercens suam partem dispositionibus dei, & assuescens hæreditatem suam obedire deo, & peregrinari in seculo, & sequi uerbū eius, & præfigurare futura, Nihil enim uacuum, neq; sine signo apud eum.

Quare lauit pedes discipulorum suorum, & quare discumbentibus, & quod ipse similiter ante omnes deus ostenditur. Cap. XXXIX.

IN nouissimis aūt temporibus, cum uenit plenitudo temporis libertatis, ipsum uerbum per seipsum sordes abluit filiorū Sion, manib. suis lauans pedes discipulorū. Hic est enim finis humani generis, reædificantis deū, & uti quemadmodū in initio per primos omnes in seruitutem redacti sumus debito mortis, sic in ultimo per nouissima omnes, qui ab initio discipuli, emundati & abluti quæ sunt mortis, in uitā ueniant dei. Qui enim pedes lauit discipulorū, totum sanctificauit corpus, & emundationē adduxit. Quapropter & recumbentibus eis ministrabat escam, significās eos qui in terra recumbebant, quibus uenit ministrare uitā. Sicut Hieremias ait: Recōmemoratus est dñs sanctus Israel mortuorū suorū, qui prædormierunt in terra defossionis, & descendit ad eos, uti euāgelizaret eis salutare suum ad saluandū eos. Propter hoc aūt & discipulorum oculi erant grauati ueniente Christo ad passionē, et inueniens eos dormientes, primo quidē dimisit, significās patientiā dei in dormitione hominū. Secundo uero ueniens excitauit eos, & erexit, significās quoniā passio eius expergefactio est dormientium discipulorū, propter quos & descēdit in inferiora terræ, id quod erat inoperatū cōditionis uisurus oculis, de quibus & dicebat discipulis. Multi prophetæ & iusti cupierunt uidere & audire, quæ uos uidetis & auditis. Nō enim propter eos solos, qui temporib. Tyberij Cęsaris crediderunt ei uenit Christus, nec propter eos solos, qui nunc sunt homines, prouidentiā fecit pater, Sed propter omnes omnino homines, qui ab initio secundū uirtutē suā in sua generatione, et timuerunt, & dilexerunt deū, & iuste & pie cōuersati sunt erga ꝓximos, & concupierūt uidere Christū, & audire uocē eius. Quapropter oēs huiusmodi in secundo aduentu, primo de somno excitabit, & eriget tam eos, q̄ reliquos, qui iudicabuntur, & cōstituet in regnū suum. Quoniam quidem unus deus, qui patriarchas quidem direxit in dispositiones suas, Iustificat autem circūcisionem ex fide, & præputiū per fidem. Quemadmodum enim in primis nos præfigurabamur & prænuntiabamur,

sic

sic rursus in nobis illi deformãtur, hoc est, in ecclesia, & recipiunt mercedem pro his quæ laborauerunt.

Quod ait, Non uos laborastis, alij laborauerunt, & uos in labores eorum introistis. Cap. XL.

PRopter hoc dicebat dñs discipulis, Ecce dico uobis, Attollite oculos uestros, uidete regiones, quoniã albę sunt ad messem. Nã messor mercedẽ accepit, & cõgregat fructũ in uitam æternã, uti & qui seminat, & qui metit simul gaudeat. In hoc est sermo uerus, quoniã alius est qui seminat, & alius qui metit. Et ego em̃ præmisi uos metere, qđ uos non laborastis, alĳ laborauerũt & uos in laborẽ eorum introistis. Qui ergo sunt qui laborauerũt, qui dispositionib. dei deseruiunt. Manifestũ est quia patriarchæ & ꝓphetæ, qui etiã præfigurauerũt nostrã fidem, & disseminauerunt in terrã aduentũ filĳ dei, quis & qualis, erit, uti qui posteriores erãt futuri homines, habentes timorẽ dei, facile susciperent aduentũ Christi, instructi à ꝓphetis. Et propter hoc Ioseph cum cognouisset qđ prægnans esset Maria, & cogitabat absconse dimittere eam, angelus in somnis dixit ad eum, Ne timeas assumere Mariam coniugẽ tuam, qđ enim habet in uentre, ex spiritu sancto est. Pariet aũt filium, & uocabis nomen eius Iesum: ipse em̃ saluabit populũ suum à peccatis eorũ. Et adiecit suadens ei, Hoc aũt totum factũ est, ut adimpleretur quod dictũ à dño prophetã dicentem, Ecce uirgo in utero accipiet, & pariet filiũ, & uocabitur nomen eius Emanuel: per sermones prophetæ suadens ei & excusans Mariã, hanc eandẽ esse ostendens, quę ab Esaia esset prænũtiata uirgo, quę generat Emanuel. Qua propter sine dubitatione suasus Ioseph, & Mariã accepit, & in reliqua uniuersa educatione Christi gaudens, obsequiũ pręstitit, usq; in Ægyptum suscipiens profectionẽ, & inde regressum & in Nazareth transmigrationẽ. Deniq; qui ignorabant scripturas, & repromissionẽ dei, & dispositionẽ Christi, patrem eum putabãt pueri. Propter hoc aũt et ipse dñs in Capharnaũ Esaiæ prophetias legebat: Spiritus domini super me, quapropter unxit me, Euangelizare pauperibus misit me, curare cõtribulatos corde, præconare captiuis remissionẽ, & cæcis uisionem. Semetipsum quoq; ostendens prænuntiatum per prophetas, dicebat eis, Hodie impleta est scriptura hæc in auribus uestris. Propter hoc Philippus, cum inuenisset eunuchum reginæ Æthiopum legentem ea quæ scripta sunt, Quemadmodũ ouis ad uictimam ductus est, quemadmodum agnus in conspectu tondentis sine uoce, sic non aperuit os suum, In humilitate iudicium eius ablatum est: & reliqua quæcunque de passione eius, & de carnali aduentu, & quemadmodum inhonoratus est à non credentibus ei, pertransiuit propheta, facile suasit ei credere eum esse Christũ Iesum, qui sub Pontio Pilato crucifixus

est

est,& passus est,quęcunqꝫ prædixit propheta,eumqꝫ esse filiũ dei,qui ęternã uitam hominibus dat. Et statim ut baptizauit eum,abscessit ab eo.Nihil enim aliud deerat ei qui à prophetis fuerat præcatechizatus, non deum patrem,non cõuersationis dispositionem,sed solum aduentum ignorabat filij dei, quẽ cum breuiter cognouisset, agebat iter gaudens,præco futurus in Æthiopia Christi aduentus. Quapropter non multum laborauit circa eum Philippus,qui erat in timore dei prędaptatus à prophetis. Propter hoc aũt & apostoli oues colligentes quæ perierant domus Israel, de scripturis alloquentes eos, ostendebãt Iesum crucifixum,hunc esse Christum filium dei uiui, & magnam multitudinem suadebant, quæ tamen habebat timorem ad deum, & una die baptizati sunt hominum tria milia,& quatuor,& quinqꝫ.

Quare Paulus dicit plus se quàm omnes laborasse. *Cap.* XLI.

PRopter hoc et Paulus gentiũ apostolus cum esset,Plus eis,inquit, omnib.laboraui.Illis em̃ facilis catechizatio fuit, uidelicet cum ex scripturis haberent ostensiones, & qui Moysen, & prophetas audiebant,& facile recipiebãt primogenitũ mortuorũ,et principẽ uitæ dei, eum qui per extensionẽ manuum dissoluebat Amalech,& uiuificabat hominẽ de serpẽtis plaga per fidem, quæ erat in eum. Gentes quidem primo catechizabat Apostolus quemadmodum in eo libro, qui ante hunc est,ostẽdimus,discedere ab idolorũ superstitione, & unũ deum colere factorẽ cœli et terrę,& uniuersę cõditionis fabricatorẽ.Esse aũt huius filiũ uerbũ eius,per quẽ constituit omnia,& hunc in nouissimis temporib. hominẽ & in hominibus factũ reformasse quidem humanum genus, destruxisse aũt & uicisse inimicũ hominis, & donasse suo plasmati aduersus reluctantẽ uictoriam. Adhuc aũt & si non faciebãt, qui erant ex circũcisione, sermones dei, quod essent cõtemptores,sed erant præinstructi,Nõ mœchari, nõ furari,nõ fraudare,& quęcũqꝫ in exterminiũ proximorũ fiunt mala esse, & odiri à deo. Quapropter & facile assentiebãt ab his abstinere,quoniã hæc didicerunt. Gentiles uero & hoc ipsum discere oportebat, quoniam huiusmodi operationes malæ & exterminatoriæ, & inutiles sunt & damnosæ, his qui operantur eas. Quapropter plus laborabat, qui in gentes Apostolatũ acceperat, cẽꝫ qui in circũcisione præconabant filium dei. Illos enim adiuuaban t scripturę,quas cõfirmauit dominus,et adimpleuit,talis ueniens, qualis & prædicabatur. Hic uero peregrina quædam eruditio,& noua doctrina,deos gentium,non solum non esse deos,sed idola esse dæmoniorum. Esse autem unum deum,qui est super omnes,& omne nomen quod nominatur,& huius uerbũ naturaliter quidẽ inuisibile,uisibilem,palpabilẽ in hominibus factum, & usqꝫ ad mortem descẽdisse, mortem autem crucis. Et eos qui in eum credũt incorruptibiles & impassi-

passibiles futuros,& percipere regnũ cœlorum, & hæc prædicabãtur gentibus sine scripturis. Quapropter & plus laborabãt,qui in gentes prædicabant.Generosior autem rursus fides gentium ostenditur,sermonem dei assequentium,sine instructione scripturarum.

Quemadmodum in circumcisione,& in præputio,& in fide unus pater ostenditur. Cap. XLII.

SIc enim oportuerat filios Abrahæ quos illi de lapidibus excitauit deus, & fecit assistere ei principi & prænuntiatori facto nostræ fidei:qui & accepit testamentũ circũcisionis, post eã iustificationẽ,quæ fuerat in præputio fidei,ut præfigurarẽtur in eo utraq; testamenta: ut fieret pater omniũ,qui sequuntur uerbũ dei, & peregrinationẽ in hoc seculo sustinent,id est eorũ qui ex circũcisione, & eorũ qui ex præputio fideles sunt: sicut & Christus lapis summus angularis omnia sustinens,et in unã fidem Abrahæ colligens eos,qui ex utroq; testamento apti sunt in ædificationẽ dei. Sed hęc quidẽ quæ est in pręputio fides, utpote finẽ cõiungens principio,ex prima nouissima facta est.Etenim ante circũcisionẽ erat Abrahã,et in reliquis iustis qui placuerunt deo: sicut & demõstrauimus:& rursus in nouissimis tẽporib. orta est in humano genere per dñi aduentũ. Circũcisio uero & lex operationẽ media obtinuerũt tempora.Hæc & per alia quidẽ multa,iam uero & per Thamar ludæ nurũ typice ostẽditur.Cum em̃ cõcepisset geminos,alter eorũ prior protulit manũ suam: & cum obstetrix putaret eum primogenitũ esse,coccinum alligauit signũ in manu eius.Cum hoc aũt factum esset, & abstraxisset manũ suã, prior exiuit frater eius Phares, sic deinde secũdus ille in quo erat coccinũ,Zara:clare manifestãte scriptura,eum quidẽ populũ qui habebat coccinũ signũ, id est eam fidẽ quæ est in pręputio,præostensam quidẽ primũ in patriarchis, post deinde subtractã,uti nasceretur frater eius: deinde sic eũ qui prior esset secundo loco natum, qui est cognitus per signũ coccinum quod erat in eo, quod est passio iusti,ab initio præfigurata in Abel,& descripta à prophetis,perfecta uero in nouissimis tẽporib.in filio dei. Oportebat em̃ quædam quidẽ prænũtiari paternaliter à patribus. Quædam aũt præfigurari legaliter à prophetis. Quædam uero deformari,secũdum deformationem Christi,ab his qui adoptionẽ perceperunt: omnia uero in uno deo ostenduntur. Cum enim unus esset Abrahã in semetipso præfigurabat duo testamenta, in quibus alij quidem seminauerũt,alij uero messi sunt,In hoc enim,inquit, sermo est uerus,quoniã alter quidem est qui seminat populus, alter qui metet. Vnus aũt deus præstãs utriscq; quæ sunt apta,semen quidem seminanti, panem uero ad edendum metenti.Quemadmodũ alter quidem est qui plantat,et alter qui adaquat,unus aũt qui dat incrementum deus. Disseminauerunt enim

sermo-

sermonē de Christo patriarchæ & prophetæ, demessa est aūt ecclesia, hoc est fructū percepit. Propter hoc & ipsi orant habere tabernaculū in ea, Hieremia dicēte, Quis dabit mihi in deserto habitationē nouissimam, uti & qui seminat & qui metit simul gaudeant in Christi regno, qui omnibus adest, de quibus ab initio bene sensit deus, attribuēs adesse eis uerbū suum. Si quis igitur intētus legat scripturas, inueniet in eisdem de Christo sermonē, & nouæ uocationis præfigurationem.

Quid est thesaurus absconsus in agro, & quod sola ecclesia recte legat scripturas. Cap. XLIII.

Hic est enim thesaurus abscōsus in agro, id est, in isto mūdo. Ager em̄ mundus, Abscōsus uero in scripturis, quoniā per typos & parabolas significabatur. Vnde poterat hoc qđ secundū hominē est intelligi, priusq̄ cōsummatio eorū, quæ cōsummata sunt ueniret, quę est aduētus Christi. Et ꝓpter hoc in Daniele dicebatur, Muni sermones et signa librū usq; ad tempus cōsummationis, quoadusq; discāt multi, & adimpleatur agnitio. In eo em̄ cum perficietur dispersio, cognoscēt omnia hæc. Sed & Hiere. ait, In nouissimis diebus intelligēt ea. Om̄is enim prophetia priusq̄ habeat efficaciā, ænigmata et ambiguitas sunt hominibus. Cum aūt ueniret tempus, & euenit quod prophetatū est, tunc ꝓphetiæ habent liquidā & certam expositionē. Et propter hoc quidē Iudæis cū legitur, lex in hoc nūc tempore fabulæ similis est. Nō em̄ habent expositionē omniū rerum pertinentē ad aduentū filij dei, qui est secundū hominē: Christianus uero cum legitur, thesaurus est abscōsus in agro, cruce uero Christi reuelatus est, & explanatus, & distans sensum hominū, & ostendens sapientiā dei, & eas quæ sunt erga hominē, dispositiones eius manifestās, & Christi regnū præformans, & hæreditatē sanctæ Hierusalē præeuangelizans & prænunciās, quoniam in tantū homo diligens deū proficiet, ut etiam uideat deū, & audiat sermonē eius, & ex auditu loquelæ eius in tantū glorificari, uti reliqui nō possint intēdere in faciem gloriæ eius, quemadmodū dictum est à Daniele, Quoniā intelligentes fulgebunt quemadmodū claritas firmamenti, & à multis iustis sicut stellæ in secula. Et adhuc quēadmodum igitur ostēdimus si quis legat scripturas. Etenim dñs sic disseruit discipulis post resurrectionē suā à mortuis, & ex ipsis scripturis ostendens eis, quoniā oportebat pati Christū & intrare gloriā suā, & in nomine eius remissionē peccatorū prædicari in toto mundo. Et erit consummatus discipulus, et similis patrisfamiliās, qui de thesauro suo profert noua et uetera. Quapropter eis qui in ecclesia sunt presbyteris obaudire oportet, his qui successionē habent ab apostolis, sicut ostendimus, qui cū episcopatus successione charisma ueritatis certū, secūdum placitū patris acceperūt. Reliquos uero q̄ absistūt à principali successione

sione & quocunq; loco colliguntur, suspectos habere, uel quasi hæreticos, & malæ sententiæ, uel quasi scindentes & elatos, & sibi placentes, aut rursus ut hypocritas, quæstus gratia & uanæ gloriæ hoc operantes. Omnes autem hi decidunt à ueritate. Et hæretici quidem alienum ignem afferentes ad altare dei, id est, alienas doctrinas, à cœlesti igne cõburentur, quemadmodũ Nadab & Abiu. Qui uero exurgunt contra ueritatem, & alteros adhortantur aduersus ecclesiam dei, remanent apud inferos, uoragine terræ absorpti, quemadmodum qui circa Chore, Datan, & Abiron. Qui autem scindunt & separant unitatẽ ecclesiæ, eandem quam Hieroboam pœnam percipiunt à deo.

De presbyteris iniustis. *Cap.* XLIIII.

QVi uero crediti sunt quidem à multis esse presbyteri, seruiunt aũt suis uoluptatib. & non præponunt timorẽ dei in cordib. suis, sed contumelijs agunt reliquos, & principalis concessionis tumore elati sunt, & in abscõsis agunt mala, & dicunt, Nemo nos uidet, redarguentur à uerbo, qui nõ secundũ gloriam iudicat, neq; faciem attendit, sed in cor, Et audient quæ sunt à Daniele ꝓpheta uoces: Semen Chanaan & non Iuda, species seduxit te, & concupiscentia euertit cor tuum, Inueterate dierum malorũ, nunc aduenerũt peccata tua, quæ faciebas antea, iudicans iudicia iniusta: & innocentes quidem damnabas, dimittebas uero nocentes, dicente dño: Innocentẽ & iustum non occides. De quibus dixit dñs, Si autem dixerit malus seruus in corde suo, Tardat dñs meus, & incipiat cædere seruos & ancillas, & manducare, & bibere, & inebriari, ueniet dñs serui illius in die qua nescit, & hora qua non sperat, & diuidet eum, & partẽ eius cum infidelibus ponet. Ab omnibus igitur talibus absistere oportet, adhærere uero his qui & apostolorum, sicut prædiximus, doctrinã custodiunt, & cum presbyterij ordine sermonem sanum, & conuersationem sine offensa præstant ad informationem & correctionẽ reliquorum. Quemadmodum Moyses, cui tantus ducatus est creditus, bona conscientia fretus, purgabat se apud dominũ dicens: Non concupiscens alicuius illorum quid accepi, neq; male feci alicui eorum. Quemadmodum Samuel tot annis iudicans populũ, & sine ulla elatione ducatũ gerẽs super Israel, in fine purgabat se dicens: Ego conuersatus sum in conspectu uestro à prima ætate mea usq; nunc, respõdete mihi in cõspectu dei & in conspectu Christi eius, cuius uestrum uitulũ accepi, aut asinũ, aut super quem potentatus sum, aut quem oppressi, aut si de alicuius manu accepi propitiationem, uel calciamentum, dicite aduersus me, & reddam uobis. Cum dixissent autem ad eum. Neq; potentatus es, neq; pressisti nos, neque accepisti de manu cuiusquam aliquid: testificatus est dominum dicens: Testis est dominus, & testis Christus eius, in die hac quoniam non

inueniſtis in manu mea nihil. Et dixerũt ei,teſtis. Quemadmodũ Paulus apoſtolus cum eſſet bonæ conſcientiæ, dicebat ad Corinthios,nõ enim ſumus ſicut plurimi, adulterantes uerbum dei, ſed ex ſinceritate ſicut ex deo, coram deo in Chriſto loquimur, neminem nocuimus,neminem corrupimus, neminem circũuenimus. Tales presbyteros nutrit eccleſia,de quibus & propheta ait:Et dabo principes tuos in pace, & epiſcopos tuos in iuſtitia. De quibus & dñs dicebat:Quis igitur erit fidelis actor bonus & ſapiens, quem præponit dñs ſuper familiam ſuam,ad dãda eis cibaria in tempore? beatus ille ſeruus,quem ueniens dominus inuenerit ſic facientem.

Quibus doctoribus utendum eſt,de his peccatis quæ olim facta ſunt. Cap. XLV.

VBi igitur tales inueniat aliquis,Paulus docẽs ait:Poſuit deus primo in eccleſia apoſtolos,ſecundo ꝓphetas,tertio doctores. Vbi igitur chariſmata domini poſita ſunt,ibi diſcere oportet ueritatẽ,apud quos eſt ea quæ eſt ab apoſtolis,eccleſiæ ſucceſſio,& id quod eſt ſanũ irreprobabile ſermonis conſtat. Hi enim & eam quę eſt in unũ deum, qui omnia fecit, fidem noſtrã cuſtodiunt, & eam quæ eſt in filium dei dilectionẽ adaugent,qui tantas diſpoſitiones propter nos fecit,& ſcripturas ſine periculo nobis exponunt, neq; deum blaſphemãtes, neq; patriarchas exhonorantes, neq; prophetas contemnentes. Quemadmodũ audiui à quodã presbytero, qui audierat ab his, qui apoſtolos uiderant,& ab his qui didicerant,ſufficere ueterib. de his quę ſine conſilio ſpiritus egerunt, eam quæ ex ſcripturis eſſet correptionem. Cum enim non ſit perſonarum acceptor deus, quę ſunt non ſecundum eius placitum facta,his inferebat cõgruam correptionẽ. Quemadmodum ſub Dauid quando perſecutionẽ quidem patiebatur à Saul,fugiebat, & inimicum non ulciſcebatur,& Chriſti aduentũ pſallebat,& ſapientiam inſtruebat,& omnia ſecundum conſilium faciebat ſpiritus,placebat deo. Quando autem propter concupiſcentiã ipſe ſibi accepit Berſabee Vriæ, dixit ſcriptura de eo. Nequã autem uiſus eſt ſermo,quem fecit Dauid in oculis domini:& mittit ad eum Nathã prophetã, oſtendens ei peccatum eius,ut ipſe dans ſententiam de ſemetipſo, & ſemetipſum adiudicans, miſericordiã cõſequeretur & remiſſionẽ à Chriſto. Miſit enim dñs Nathan ad Dauid,& dixit ei, Duo uiri fuerunt in ciuitate una,unus diues et unus pauper:diuiti erant greges ouiũ & boum multi ualde, & pauperi nihil aliud niſi ouicula una, quam habebat, & nutriebat,& fuerat cũ eo,& filijs eius pariter, & de pane ſuo manducabat,& calicẽ bibebat,& erat ei quaſi filia,Et uenit hoſpes homini diuiti,& pepercit accipere de grege ouicularũ ſuarum,& de gregib. boum ſuorum,& facere hoſpiti conuiuium,& accepit ouiculam pauperis,& appoſuit uiro qui uenerat ad eum. Iratus eſt autẽ Dauid ſuper homi-

nem

nem illum ualde,et dixit ad Nathan. Viuit dñs,quoniam filius mortis est homo ille, qui fecit hoc:& ouiculã reddet quadruplũ pro eo quod fecit factũ hoc,& pro eo quod nõ pepercit pauperi.& ait ad eum Nathan, Tu es uir, qui feciſti hoc. & deinceps reliqua exequitur, exprobrans eum & enumerãs in eum dei beneficia, & quoniam exacerbauit dñm cum feciſſet hoc, Non enim placere deo huiuſmodi operationes, ſed iram magnã imminere domui eius. Compunctus eſt aũt Dauid ad hæc,& ait:Peccaui dño,& pſalmum exomologeſeos pſallebat, aduentũ domini ſuſtinens, qui abluit & emundauit eum hominẽ,qui peccato fuerat obſtrictus. Similiter aũt & de Salomone cum perſeueraret,cum iudicaret recte, & ſapientiã enarraret,& typũ ueritatis templum ædificabat,& glorias exponebat dei,& aduenturã pacem gentibus annũtiabat, & Chriſti regnũ præfigurabat,& loquebatur tria milia parabolarũ in aduentũ dñi, & quinq; milia canticorũ hymnum dicens dñi.Et eam quæ eſt in cõditione ſapientiã dei exponebat phyſiologice de omni herba,& de uolatilib.omnibus,& de quadrupedib.et de piſcibus:& dicebat, Si uere deus quem cœli nõ capiunt ſuper terrã habitabit cum hominib.& placebat deo. Et omnes eũ admirabantur, & omnes reges terræ quærebant faciẽ eius, ut audirent ſapientiã eius, quam dederat illi deus. Et regina Auſtri à finib. terræ ueniebat ad eũ, ſapientiã quæ in eo erat ſcitura. quam & dñs ait in iudicio reſurrecturam cum eorum natione, qui audiunt ſermones eius, & nõ credunt in eum, & adiudicaturã eos:quoniam illa quidẽ ſubiecta eſt annuntiatæ ſapientiæ per ſeruum dei:hi uero eam quæ à filio dei dabatur, contemperunt ſapientiam, Salomon em̃ ſeruus erat, Chriſtus uero filius dei, & dñs Salomonis. Cum ergo ſine offenſa ſeruiret deo, & miniſtraret diſpoſitionib.eius,tunc glorificabatur.Cum aũt uxores accipiebat ab uniuerſis gentibus,& permittebat eis erigere idola in Iſrael, dixit ſcriptura de eo.Et rex Salomon erat amator mulierũ,et accepit ſibi mulieres alienigenas:& factũ eſt in tempore ſenectutis Salomonis,non erat cor eius perfectũ cum dño deo ſuo. Et diuerterunt mulieres alienigenæ cor eius poſt deos alienos. Et fecit Salomon malignũ in cõſpectu dñi,non enim abijt poſt dñm, quemadmodũ Dauid pater eius. Et iratus eſt dñs in Salomonem, Non enim erat cor eius perfectũ in dño,ſecundum cor Dauid patris eius. Sufficienter increpauit eum ſcriptura, ſicut dixit presbyter,ut non glorietur uniuerſa caro in conſpectu dñi. Ea propter dñm in ea quæ ſunt ſub terra deſcendiſſe,euangelizantem & illis aduentũ ſuum,remiſſam peccatorũ exiſtentem his,qui credunt in eum. Crediderunt autẽ in eum omnes qui ſperabant in eum, id eſt, qui aduentum eius prænuntiauerunt, & diſpoſitionibus eius ſeruierunt,iuſti& prophetæ, & patriarchæ:quibus ſimiliter ut nobis remi-

sit peccata, quæ non oportet nos imputare his, si quo minus cõtemnimus gratiã dei. Quemadmodũ enim illi nõ imputãt nobis incõtinentias nostras, quas operati sumus priusq; Christus in nobis manifestaretur. Sic & nos nõ est iustum imputare ante aduentũ Christi his, qui peccauerunt. Omnes em̃ homines egent gloria dei, iustificãtur aũt nõ à semetipsis, sed à dñi aduentu, qui intendunt lumen eius. In nostrã autem correptionẽ conscriptos esse actus eorũ, ut sciremus primũ quidem quoniã unus est deus noster & illorũ, cui non placeant peccata, etiãsi à claris fiant, deinde ut abstineamus à malis. Si enim hi qui præcesserunt nos in charismatib. ueteres, propter quos nondum filius dei passus erat, delinquentes in aliquo, & cõcupiscentię carnis seruientes, tali affecti sunt ignominia: quid passuri sunt qui nunc sunt, qui cõtemserunt aduentũ dñi, & deseruierunt uoluptatib. suis? Et illis quidem curatio & remissio peccatorũ mors dñi fuit. Propter eos uero qui nũc peccãt, Christus nõ iam morietur, iam em̃ mors nõ dominabitur eius: Sed ueniet filius in gloria patris exquirens ab actorib. & dispensatoribus suis pecuniã quam eis credidit: & plurimũ ab eis exiget. Non debemus ergo, inquit ille senior, superbi esse, neq; reprehẽdere ueteres, Sed ipsi timere, ne forte post agnitionẽ Christi agentes aliquid quod nõ placeat deo, remissionẽ ultra nõ habeamus delictorũ, sed excludamur à regno eius. Et ideo Paulũ dixisse: Si enim naturalibus ramis nõ pepercit, ne forte nec tibi parcat, qui cũ esses oleaster, insertus es in pinguedinẽ oliuæ, & socius factus es pinguedinis eius. Similiter et plebis præuaricationes uidens descriptas esse, nõ propter illos qui tũc transgrediebantur, sed in correptionẽ nostram, & ut sciremus, unũ & eundem deũ in quem illi delinquebant, & in quẽ nunc delinquunt quidã ex his, qui credidisse dicuntur. Et hoc aũt Apostolũ in epist. quę est ad Corinth. manifestissime ostendisse, dicentẽ: Non em̃ uolo uos ignorare fratres, quoniã patres nostri oẽs sub nube fuerunt, & oẽs in Moyse baptizati sunt in nube & in mari, & oẽs eandem escam spiritualẽ manducauerunt, & omnes eundem potũ spiritualem biberunt: bibebant enim de spirituali consequente petra, Petra autem erat Christus. Sed non in pluribus eorũ bene sensit deus: prostrati sunt enim in deserto. Hæc in figurã nostri fuerũt, ut nõ simus cõcupiscentes malorũ, quemadmodũ & illi cõcupiuerunt, neq; idololatræ sitis, quemadmodũ quidam eorũ. Sic enim scriptũ est: Sedit populus mãducare & bibere, & surrexerũt ludere. Neq; fornicemur, sicut quidã ex illis fornicati sunt, & corruerũt una die uiginti tria milia. Nec tentemus Christũ, quemadmodũ quidam eorum tentauerunt, & à serpentibus perierunt: neq; murmuraueritis, sicuti quidã eorum murmurauerũt, & perierũt ab exterminatore. Hæc autẽ omnia in figura fiebant illis, scripta sunt autem

ad cor-

ad correptionem noſtram, in quos finis ſeculorum deuenit. Quapropter qui putat ſe ſtare, uideat ne cadat.

De tranſgreßione populi. Cap. XLVI.

SIne dubitatione igitur, & ſine cõtradictione oſtẽdente Apoſt. unũ & eundẽ eſſe deũ, qui & illa iudicauit, & ea q̃ nunc ſunt exquirit, et cauſam deſcriptionis eorũ demonſtrãte, indocti & audaces, adhuc aũt et imprudẽtes inueniũtur oẽs, qui ꝓpter tranſgreſſionẽ eorũ qui olim fuerũt, & ꝓpter plurimorũ indicto audientiã alterũ quidem aiunt illorum fuiſſe deũ, & hunc eſſe mũdi fabricatorẽ, & eſſe in diminutione: alterũ uero à Chriſto traditũ patrẽ, & hunc eſſe qui ſit ab uno quoq; eorum mente cõceptus. Nõ intelligentes, quoniã quẽadmodũ ibi in plurimis eorũ qui peccauerunt, nõ bene ſenſit deus, ſic & hic ſunt uocati multi, pauci uero electi. Et quẽadmodũ ibi iniuſti, & idololatræ, et fornicatores uitã perdiderunt, ſic & hic, Et dño quidẽ prædicante in ignẽ æternũ mitti tales, & Apoſtolo dicẽte, an ignoratis quoniã iniuſti regnum nõ hereditabũt? Nolite ſeduci, quia neq; fornicatores, neq; idololatræ, neq; adulteri, neq; molles, neq; maſculorũ cõcubitores, neq; fures, neq; auari, neq; ebrioſi, neq; maledici, neq; raptores regnũ dei hæreditabũt. Et quoniã non ad eos, qui extra ſunt dicit, ſed ad nos, ne proꝯciamur extra regnũ dei, tale aliquid operãtes, intulit, Et hæc quidẽ fuiſtis, ſed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis, in nomine dñi Ieſu Chriſti, & in ſpiritu dei noſtri. Et quẽadmodũ illic cõdemnabãtur, & proꝯciebantur hi, qui male operabãtur, & reliquos exterminabãt: ſimiliter hic, oculus quoq; effoditur ſcandalizãs, & pes & manus, ne reliquum corpus pariter pereat. Et habemus præceptũ. Si quis frater nominatur fornicator, aut auarus, aut idololatra, aut maledicus, aut ebrioſus, aut rapax cum huiuſmodi nec cibũ ſumere. Et iterũ ait Apoſt. Nemo uos ſeducat inanib. uerbis, propter hoc em̃ uenit ira dei in filios diffidentiæ. Nolite ego fieri participes eorũ. Et quemadmodũ ibi peccantium dãnatio participabat & reliquos, quoniã placebant eis, & una cũ eis cõuerſabantur: ſic & modicũ fermentũ totam maſſam corrũpit. Et quemadmodũ ibi aduerſus iniuſtos ira deſcendebat dei, & hic ſimiliter Apoſt. ait: Reuelabitur em̃ ira dei de cœlo, ſuper omnẽ impietatẽ & iniuſtitiã eorum hominũ, qui ueritatem in iuſtitia detinent. Et quẽadmodũ ibi in Ægyptios qui iniuſte puniebãt Iſrael uindicta à deo fiebat, ſic & hic quidẽ, dño dicente: Deus aũt non faciet uindictã electorum ſuorũ, quicunq; clamãt ad eum die & nocte? Etiã dico uobis, faciet uindictã eorũ cito. Et Apoſtolo in ea q̃ eſt ad Theſſal. iſta prædicante, Si quidẽ iuſtũ eſt apud deũ retribuere retributionẽ his, qui tribulant uos, & uobis qui tribulamini refrigeriũ uobiſcũ, in reuelatione domini noſtri Ieſu Chriſti de cœlo cum angelis uirtutis eius, & in-

flamma ignis dare uindictã in eos, qui non nouerunt deum, & in eos qui non audiunt euangelium domini nostri Iesu Christi. Qui etiã pœnas pendẽt interitus æternas à facie dñi, & à gloria uirtutis eius, cum uenerit magnificari in sanctis suis, & admirabilis esse oĩbus, qui crediderũt in eũ. Cũ ergo hic & illic eadẽ sit in uindicãdo deo iustitia dei, & illic quidẽ typice & tẽporaliter & mediocrius, hic uero uere & semper & austerius, Ignis eĩm æternus, & quæ à cœlo reuelabitur ira dei à facie domini, quẽadmodum & Dauid ait: Vultus autẽ domini super facientes mala, ut perdat de terra memoriam ipsorum.

Ostensio quod unum & idipsum sit uerbum dei dispositor ueterum & nouorum. Cap. XLVII.

VAlde insensatos ostendebat presbyter eos, qui ex his quę accidunt his qui olim deo nõ obtemperãt, tentant alterũ patrẽ introducere, ecõtrario opponentes quãta deus ad saluãdos eos qui receperunt eum ueniens fecisset miserãs eorũ: tacentes aũt de iudicio eius, & quæcunq; prouenient his, qui audierunt sermones eius, et nõ fecerũt. Et quoniã expediebat eis si nõ essent nati. Et quoniã tolerabilius Sodomis & Gomorrhæ erit in iudicio, cẽ ciuitati illi, quæ nõ recepit sermonem discipulorũ eius. Quemadmodũ enim in Nouo testamento ea quæ est ad deum fides hominũ aucta est, additamentũ accipiens filium dei, ut & homo fieret particeps dei: Ita & diligentia conuersationis adaucta est, cum non solum à malis operib. abstinere iubemur, sed etiã ab ipsis malis cogitationib. & otiosis dictionibus, & sermonib. uacuis, & uerbis scurrilibus. Sic & pœna eorũ, qui nõ credũt uerbo dei, & contemnunt eius aduentũ, & conuertuntur retrorsum, adampliata est, non solũ temporalis, sed æterna facta. Quibuscunq; enim dixerit dñs, discedite à me maledicti in ignem perpetuũ, isti erunt semper damnati. Et quibuscunq; dixerit, Venite benedicti patris mei, percipite hæreditatem regni, quod præparatũ est uobis in sempiternũ, hi percipiunt regnũ, & in eo proficiũt semper, Cum sit unus & idem deus pater & uerbũ eius semper assistens humano generi uarijs quidẽ dispositionibus, & multa operãs, & saluans ab initio eos qui saluantur (Sunt eĩm qui diligunt deum, & secundũ suum genus sequuntur uerbũ dei) & adiudicãs eos qui adiudicantur, id est, eos qui obliuiscuntur deum, & sunt blasphemi & trãsgressores eius uerbi. Etẽm hi ipsi qui à nobis prædicti sunt hæretici exciderunt sibi, accusantes dñm, in quem dicũt se credere. Quæ eĩm denotant in deo, qui nunc temporaliter adiudicauerit incredulos, & percusserit Ægyptios, saluabit autẽ obaudientes: eadẽ nihilominus recurrent in deũ, in sempiternũ quidem adiudicantem quos adiudicat, & in sempiternũ dimittentem eos, quos dimittit: & inuenietur secũdũ illorũ uerba maximi peccati causa factus his, qui

in eum

in eum miserunt manus,& pupugerunt eum. Si enim non ita uenisset, utique illi domini sui interfectores facti non fuissent: & si non misisset prophetas ad eos,non utiq; occidissent eos, & apostolos quoq; similiter. His igitur qui imputant nobis, & dicunt si non Ægyptij plagati fuissent, & persequentes Israel præfocati essent in mari, non poterat deus saluare populum suum? Occurret illud,Nisi igitur Iudæi interfectores domini facti fuissent,quod quidem abstulit ab eis æternam uitam, & apostolos interficientes, & persequentes ecclesiam in iracundiæ incidissent profundum,nos saluari non poteramus? Quemadmodum enim illi per Ægyptiorũ, sic & nos per Iudæorum cæcitatem accepimus salutem. Si quidem mors domini eorum quidem qui cruci eum fixerunt,& non crediderunt eius aduentum, damnatio est,saluatio uero eorum qui credunt in eum. Nam & Apostolus ait secũda ad Corinthios, Quoniã Christi suauis odor sumus deo in his qui saluantur,& in his qui pereunt,quibusdã quidem odor mortis in mortẽ,quibusdam odor uitę in uitã. Quibus ergo est odor mortis in mortẽ, nisi his qui nõ credunt, neq; subiecti sunt uerbo dei? Qui sunt autẽ qui & tunc semetipsos morti tradiderũt? hi scilicet qui nõ credunt,neq; subiecti sunt deo. Rursum aũt qui saluati sunt, & acceperunt hæreditatẽ? hi scilicet qui credunt deo, & eam quæ est erga illum dilectionẽ custodierunt. Quemadmodũ Chaleb Ieffone,& Iesus Naue,& pueri innocentes,qui neq; malitiæ sensum habuerũt. Qui sunt aũt qui hic saluantur,& accipiunt uitam? Nónne hi qui diligunt deum,& qui pollicitationibus eius credunt,& malitia paruuli effecti sunt?

Secundum quid indurauit deus cor Pharaonis & ministrorum eius. Cap. XLVIII.

SEed & indurauit,inquiunt illi, deus cor Pharaonis,& famulorum eius. Qui ergo hæc imputant, non intelligunt in Euangelio ubi discipulis dicentibus dño, Quare in parabolis loqueris eis? Respondit dñs,Quoniam uobis est datum cognoscere mysteriũ regni cœlorum. Illis aũt in parabolis loquor, ut uidentes non uideant,& intelligentes non intelligant,ut adimpleretur apud eos prophetia Esaiæ dicens: In crassa cor populi huius,& aures eorum obtura,& oculos eorũ obcæca. Vestri aũt beati oculi, qui uident quæ uos uidetis, & aures uestræ quæ audiunt,quæ auditis. Vnus enim & idem deus,his quidẽ qui nõ credunt, sed nullificãt eum, infert cæcitatẽ, Quemadmodũ sol,qui est creatura eius,his qui propter aliquam infirmitatẽ oculorum non possunt cõtemplari lumen eius:his aũt qui credunt,& sequũtur eum,pleniorem & maiorem illuminationẽ mentis præstat. Secundũ hunc igitur sermonem & Apostolus ait in secunda ad Corinthios: in quibus deus seculi huius, excæcauit mentes infidelium uti non fulgeat illumi natio Euangelij gloriæ Christi. Et iterum in ea quæ est ad Romanos,

Et quemadmodum non probauerunt deum habere in notitia, tradidit illos deus in reprobum sensum, facere quæ non conueniunt. In secunda autem ad Thessalonicenses, manifeste ait de Antichristo dicēs. Et ideo mittit deus operationes erroris uti credant mendacio & iudicentur omnes, qui non crediderunt ueritati, sed consenserunt iniquitati. Si igitur & nunc, quotquot scit non credituros deus, cum sit omniū præcognitor, tradidit eos infidelitati eorum, & auertit faciem ab huiusmodi, relinquens eos in tenebris, quas ipsi sibi elegerunt: quid mirum si & tunc nunq̄ crediturum Pharaonē, cum his qui cum eo erant, tradidit eos suæ infidelitati? Quemadmodum uerbum ait de rubo ad Moysen. Ego autem scio quoniam non dimittit uos Pharao rex Ægypti abire, nisi cum manu ualida. Et qua ratione dominus in parabolis loquebatur, et cæcitatē faciebat Israel, ut uidentes non uiderent, sciens incredulitatem eorum: eadem ratione & cor Pharaonis indurabat, ut uidens quoniam digitus dei est qui educit populum, nō crederet, sed in infidelitate præcipitaretur pelago, per magicam operationem opinatus fieri exitum eorum, & rubrum mare non ex uirtute dei transitū præstitisse populo, sed naturaliter sic se habere.

Quare secundum iussum dei uasa ab Aegyptijs sumpsit populus in Exodo, & ex ipsis tabernaculum in eremo fabricauit. Cap. XLIX.

QVi uero exprobrāt & imputāt, quod profecturus populus iussu dei uascula omnis generis, & uestimenta acceperit ab Ægyptijs, & sic abierit, ex quibus tabernaculū factum est in eremo, ignorātes iustificationes dei & dispositiones eius, semetipsos arguūt, sicut & presbyter dicebat. Sic em̄ nos in typica profectione, id est, in fide in qua sumus cōstituti, per quam de numero gentilium exempti sumus, nemo poterit saluari. Omnes enim nos aut modica aut grādis sequitur possessio, quam ex māmona iniquitatis acquisiuimus. Vnde em̄ domus in quibus habitamus, & uestimenta quibus induimur, & uasa quibus utimur, & reliqua omnis ad diuturnā uitā nostrā miseratio, nisi ex his quæ cum Ethnici essemus de auaritia acquisiuimus, uel ab Ethnicis parentibus, aut cognatis, aut amicis, de iniustitia acquirentibus percepimus, ut nō dicamus, quia & nunc in fide existentes acquirimus. Quis em̄ uendit, & nō lucrari uult ab eo quod uendit? Quis aūt negotians, non propterea negociatur, ut inde alatur? Quid aūt & hi qui in regali aula sunt fideles, nónne ex eis quæ Cæsaris sunt habēt utensilia, & his qui non habent, unusquisq; eorum secundū suam uirtutem præstat? Ægyptij enim populi erant debitores nō solum rerū, sed & uitæ suæ propter patriarchæ Ioseph præcedentem benignitatem. Nobis aūt secundū quid debitores sunt Ethnici, à quibus & lucra, & utilitates percipimus, quęcunq; illi cum labore cōparant, his nos in fide cum simus

sine

sine labore utimur. Adhuc populus pessimã seruitutẽ seruiebat Ægyptijs. Quemadmodũ scriptura ait, & cum ui potestatẽ exercebant Ægyptij in filios Israel, & in odium eis adducebant uitam in operib. durís luto & latere, & omnibus operib. quæ fiebant in campis, per omia opera quibus eos deprimebant cum ui. Et ædificauerunt eis ciuitates munitas multũ laborantes, & augentes eorũ substantias annis multis, & per omnem modũ seruitutis, cum illi non solũ ingrati essent aduersus eos, uerũ & uniuersos eos perdere uellent. Quid igitur iniuste gestum est, si ex multis pauca sumpserunt, & qui potuerunt multas substãtias suas habere, si nõ seruissent eis, & diuites abire, paucissimã mercedem pro magna seruitute accipiẽtes inopes abierunt? Quemadmodum si quis liber abductus ab aliquo per uim, & seruiens ei annis multis, & augens substantiã eius, post inde aliquod adminiculũ consecutus, putetur quidẽ modica quædã eius habere, re uera aũt ex multis laboribus suis & ex acquisitione magna, pauca percipiẽs discedat, & ex hoc ab aliquo imputetur ei, quasi non recte fecerit, ipse magis iniustus iudex adparebit ei, qui per uim in seruitium fuerit deductus. Sic ergo sunt huiusmodi qui imputant populo pauca de multis laboribus accipienti sibi, & ipsis nõ imputant, qui nullam gratiã ex merito parentũ debitã reddiderunt, imò & in grauissimã seruitutem redigentes, maximam ab eis cõsecuti sunt utilitatẽ: & illos quidem non signatũ aurum & argentũ in paucis uasculis, de suis laborib. quemadmodũ prædiximus accipiẽtes, iniuste fecisse dicunt, semetipsos aũt, dicetur enim qđ uerum est, licet ridiculũ quibusdam esse uideatur, ex alienis laborib. in signe aurum, & argentũ, & æramentum cum inscriptione & imagine Cæsaris in zonis suis ferentes, iuste se facere dicunt. Si aũt comparatio fiat nostra & illorũ, qui iustius apparebunt accepisse, utrúmne populus ab Ægyptijs, qui erant per omnia debitores, an nos à Romanis & reliquis gentib. & à quibus nihil tale nobis debeatur? Sed & mundus pacẽ habet, sine timore in uijs ambulamus & nauigamus quocũq; uoluerimus. Aduersus igitur huiusmodi aptus erit sermo dñi, Hypocrita dicẽs, exime prius trabẽ de oculo tuo, & tũc perspicies auferre festucã de oculo fratris tui. Etẽ si is, qui tibi hæc imputat, & gloriatur in sua sciẽtia, separatus est à gentilĩ cœtu, et nihil est alienorũ apud eum, sed & simpliciter nudus, & nudis pedib. & sine domo in montib. conuersatur, quemadmodũ aliquod ex his animalib. quæ herbis uescũtur, ueniam merebitur, ideo quod ignoret necessitatis nostræ cõuersationẽ. Si aũt ab hominib. quæ dicuntur aliena esse participatur, & arguit typum eorũ, semetipsum iniustissimũ ostendit, retorquens in se eiusmodi accusationẽ. Inuenitur enim aliena circũferens & ea quæ eius non sunt cõcupiscens. Et propter hoc dixisse dominũ: Nolite iudicare, ne

iudice-

iudicemini: in quo enim iudicio iudicabitis, iudicabitur de uobis. Nō utiq; ut peccātes nō corripiamus, nec ut his quæ malefiunt consentiamus. Sed ut dei dispositiones nō iudicemus iniuste, cum ille omnia iuste profutura prouiderit. Quoniā enim sciebat nos de nostra substantia quā ab alio accipientes haberemus, bene acturos, Qui em̄ habet, inquit, duas tunicas, det ei qui nō habet: et qui habet escā similiter faciat. Et, esuriui em̄, & dedistis mihi māducare, & nudus fui, & uestistis me. Et, cū facis eleemosynā, non sciat sinistra tua, quid faciat dextra tua. Et reliqua quæcunq; benefaciētes iustificamur uelut de alienis nostra rem dimentes. De alienis aūt ita dico, nō quasi mūdus alienus sit à deo, sed quoniā huiusmodi dationes ab alijs accipientes habemus, similiter uelut illi ab Ægyptijs, qui nō sciebant deum, & per hæc ipsa erigimus in nobismetipsis tabernaculum dei. Cum bene enim facientibus habitat deus, quemadmodū dñs ait: facite uobis amicos de māmona iniquitatis, ut hi quando fugati fueritis, recipiant uos in æterna tabernacula. Quæcunq; em̄ cum essemus Ethnici, de iniustitia acquisiuimus, hæc cum crediderimus in dominicas utilitates conuertentes, iustificamur. Necessarie igitur hæc in typo præmeditabātur, & tabernaculū dei ex his fabricatur, illis quidē iuste accipientib. quemadmodū ostēdimus, nobis aūt præostensis in ipsis qui inceperimus per aliena deo seruire.

Quemadmodum una & eadem populi profectio ex Aegypto, & ecclesiæ ex gentibus ostenditur. Cap. L.

VNiuersa em̄ quæ ex Ægypto ꝓfectio fiebat populi, à deo typus & imago fiebat ꝓfectionis ecclesiæ, quę erat futura ex gentibus. ꝓpter hoc & in finē educens eum hinc in suam hæreditatē, quam non Moyses quidē famulus dei, sed Iesus filius dei in hæreditatē dabit. Si quis aūt diligētius intendat his, quæ à ꝓphetis dicūtur de fine, & quæcunq; Ioānes discipulus dñi uidit in Apocalypsi, inueniet easdem plagas uniuersaliter accipere gentes, quas tunc particulatim accepit Ægyptus. Talia quædā enarrans de antiquis presbyter, reficiebat nos, et dicebat, de his quidē delictis de quibus ipsæ scripturæ increpāt patriarchas & prophetas, nos non oportere exprobrare eis, neq; fieri similes Cham qui irrisit turpitudinē patris sui, et in maledictionē decidit. Sed gratias agere pro illis deo, quoniā in aduentu dñi nostri remissa sunt eis peccata: etem̄ illos dicebat gratias agere, & gloriari in nostra salute. De quibus aūt scripturæ non increpāt, sed simpliciter sunt positæ, nos nō debere fieri accusatores: non em̄ sumus diligentiores deo, neq; super magistrum possumus esse: sed typum quærere. Nihil enim ocio sum est eorum quæcunq; inaccusabilia posita sunt in scripturis.

Ostensio generationis Loth ex filiabus suis. Cap. LI.

QVemadmodum & Loth qui eduxit de Sodomis filias suas, quæ conce-

conceperunt de patre suo, qui reliquit in confinio uxorem suam statuam salis usq; in hodiernum diem. Etenim Loth non ex sua uoluntate, neq; ex sua cõcupiscentia carnali, neq; sensum neq; cogitationẽ huiusmodi operationis accipiens, sed consumauit typum, Quemadmodum scriptura dicit: & intrauit maior nata & dormiuit cum patre suo nocte illa, & nõ sciuit Loth cum dormiret nocte illa, & cum surgeret. Et in minore autem hoc idem, & non sciuit, inquit, cum dormisset secum, nec cum surrexisset. Nesciẽte igitur homine, neq; libidini seruiente, dispensatio perficiebatur, per quam duę filiæ, id est, duæ synagogę, ab uno & eodem patre in sobolẽ adoptatę significabantur sine carnis libidine. Nec enim alter erat aliquis qui semen uitale, & filiorum fructum posset dare eius, quemadmodũ scriptum, Dixit autem maior ad minorem: pater noster senior est, & nemo est super terrã, qui intret ad nos, ut oportet omni terræ: ueni potionemus patrem nostrũ uino, & dormiamus cum eo, & suscitemus de patre nostro semen. Illę quidem filiæ secundũ simplicitatem & innocentiam putantes uniuersos homines perijsse, quemadmodũ Sodomitas, & uniuersam terram iracundiam dei superuenisse, dicebant hæc. Quapropter & ipsæ excusabiles sunt, arbitrãtes se solas relictas cum patre suo ad cõseruationem generis humani, & propter hoc circũueniebant patrem. Per uerba aũt earum significabatur neminem esse alterũ, qui possit filiorum generationem maiori & minori synagogæ præstare, q̃ patrem nostrum. Pater aũt generis humani uerbum dei est. Quemadmodũ Moyses ostendit dicens: Nónne hic ipse pater tuus possedit te, & refecit te, et creauit te? Quando igitur hic uitale semen, id est, spiritum remissionis peccatorũ per quem uiuificamur effudit in humanũ genus, nónne tunc conuersabatur cum hominibus, & bibebat uinum in terra? Venit, inquit, filius hominis manducans & bibens, & cum recubuisset obdormiuit et somnum cepit. Quemadmodum ipse in Dauid dicebat. Ego obdormiui & somnum cepi. Et quoniã in nostra cõmunicatione & uita hoc agebatur, iterum ait: Et somnus meus suauis mihi factus est. Totũ autem significatur per Loth, quoniam semen patris omnium, id est, spiritus dei, per quem facta sunt omnia, commixtus & unitus est plasmati suo: per quam cõmixtionem duæ synagogæ, id est, duæ filiæ congregationes fructificantes ex patre filios uiuos uiuo deo. Et cum hæc fierent, uxor remanserat in Sodomis, iam non corruptibilis, sed statua salis semper manens, & per naturalia ea quæ sunt consuetudinis hominis ostendens, quoniam & ecclesia quæ est sal terræ, subrelicta est in confinio terræ, patiens quæ sunt humana: & dum sæpe auferuntur ab ea membra integra, perseuerat statua salis, quod est firmamentũ fidei, firmans & præmittens filios ad patrem ipsorum.

Osten-

Ostensio unum & eundem esse deum patrem nostrum & illorum. Cap. LII.

HVIusmodi quoq; de duobus testamentis, senior apostolorū, discipulus disputabat, ab uno quidem & eodem deo utraq; ostendens. Nec enim esse alterū deum præter eū, qui fecit & plasmauit nos, nec firmitatem habere sermonē eorum qui dicunt, aut per angelos aut per aliam quālibet uirtutem, aut ab alio deo factum esse hunc mundū, qui est secundū nos. Si enim semel quis transmoueatur à factore omnium, & eum cōcedat ab aliquo altero, aut per aliam factam conditionem, quæ sit secundū nos, multam incongruentiā, & plurimas contradictiones necesse est incidat huiusmodi, ad quas nullas dabit ratiōes, neq; secundū uerisimile, neq; secundū ueritatē. Et propter hoc hi, qui alias doctrinas inferunt, abscondunt à nobis quam habent ipsi de deo sententiam, scientes casum & ruinā doctrinæ suæ, & timentes ne uicti saluari periclitentur. Si aūt credat quis unum deum, & qui uerbo omnia fecit, quemadmodū ipse Moyses ait, dixit deus: fiat lux, & facta est lux. Et in euangelio legimus: Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factū est nihil. Et apostolus Paulus similiter, Vnus dns, una fides, unū baptisma, unus deus, & pater qui est super omnes, & per omnia, & in omnibus nobis: Hic primo erit tenens caput, ex quo totū corpus compactum & cōnexum per omnem iuncturā subministrationis in mensura uniuscuiusq; partis incrementum corporis facit, in ędificationem sui in charitate. Post dinde & omnis sermo ei constabit, si & scripturā diligenter legerit apud eos, qui in ecclesia sunt presbyteri, apud quos est Apostolica doctrina, quemadmodū demonstrauimus. Apostoli enim omnes duo quidem testamenta in duobus populis fuisse docuerunt, Vnum aūt & eundem esse deum, qui disposuerit utraq; ad utilitatem hominū, secundū post testamenta dabantur, qui incipiebāt credere deo, ex ipsa demōstrauimus apostolorū doctrina, in tertio lib. Et quoniā nō ociose, nec frustra ut obuenit, datum est prius testamentū: sed illos quidē quibus dabatur in seruitutē dei concurrens ad utilitatē eorū: nō enim indiget deus ab hominib. seruitutē: typum aūt cœlestiū ostēdens, quoniā nōdū poterat homo per propriū uisum uidere, quæ sunt dei: & imagines eorum quæ sunt in ecclesia præfigurans, ut firma ea quæ secundum nos est, fiat fides: & prophetiam futurorū continēs, ut disceret homo præscium esse omnium deum.

Quis est spiritalis discipulus, qui iudicat quidem omnes, ipse autem à nemine iudicatur, & qui sunt qui iudicantur. Cap. LIII.

TAlis discipulus uere spiritalis recipiens spiritum dei, qui ab initio in uniuersis dispositionib. dei affuit hominibus, & futura annuntiauit, & præsentia ostendit, & præterita enarrat, iudicat quidem omnes, ipse autem à nemine iudicatur.

Quem

Quemadmodum iudicantur gentes. Cap. LIIII.

NAm iudicat gentes creaturæ magis q̃ creatori seruiẽtes,& repro babili mente uniuersam suam operationẽ in uanũ consumentes.

Quemadmodum iudicantur Iudæi. Cap. LV.

IVdicat aũt etiam Iudæos,non percipientes uerbũ libertatis:& neq̃ uolentes abire liberos, cum habeant præsentẽ liberatorẽ, sed intem pestiue extra legẽ seruire simulãtes,nihil indigente deo,& Christi ad uentum,quem propter salutem hominum fecit,non cognoscentes.

Ostensio quoniam duos aduentus prophetæ annuntiauerunt. Cap. LVI.

NEq̃ intelligere uolentes, quoniã duos aduentus eius omnes an nuntiauerunt prophetæ:unũ quidem, in quo homo in plaga fa ctus est, sciens ferre imbecillitatẽ, in pullo asini sedens, & reprobatus lapis ædificantibus, & sicut ouis ad uictimam adductus,& per exten sionem manuũ dissoluens quidem Amalech, congregans aũt dispersos filios à terminis terræ, in ouile patris, & recõmemoratus mortuorum suorum,qui ante dormierant, & descendẽs ad eos,uti erueret eos & saluaret eos. Secundum autem, in quo super nubes ueniet,superducens diem quæ est sicut clibanus ardens, & percutiens terram uerbo oris sui,& spiritu per labia sua interficiens impios,& uentilabrũ in manu habens,& emundans aream suam,& triticum quidem in horreum colligens,comburens autem paleas in igne inextinguibili.

Quemadmodum iudicabuntur,qui à Marcione sunt. Cap. LVII.

EXaminabit aũt & doctrinã Marcionis, quomodo accipiat duos deos esse infinita distãtia separatos ab inuicẽ. Vel quemadmodũ bonus erit,qui alienos homines abstrahit ab eo qui fecit,& ad suũ aduocat regnũ,& quare bonitas eius defecit,nõ omnes saluans,& quare circa homines quidẽ bonus uidetur,in ipsum aũt qui fecit homines in iustissimus,auferens ab eo quæ sunt eius. Quomodo autẽ iuste dñs,si alterius patris existit,huius cõditionis,quæ est secundũ nos,accipiens panẽ, suum corpus cõfitebatur, & temperamentũ calicis sui sanguinẽ confirmauit. Et quare se filium hominis cõfitebatur,si nõ eam quæ ex homine est,generationẽ sustinuisset. Quemadmodũ autem & peccata nobis dimittere poterat, quæ nos nostro debeamus factori & deo. Quomodo aũt & cum caro nõ esset,sed cũ parêret quasi homo,crucifixus est,& latere eius puncto,sanguis exijt et aqua. Quod aũt corpus sepelierunt sepultores,& quid illud erat quod surrexit à mortuis.

Quemadmodum iudicabuntur hi qui sunt à Valentino, & cæteri gnostici. Cap. LVIII.

IVdicabit aũt et eos qui sunt à Valentino omnes, quia lingua quidẽ cõfitentur unum deum patrem, & ex hoc omnia,ipsum aũt qui fecerit omnia defectionis siue labis fructum esse dicunt, & unum dñm Iesum Christum filium dei similiter lingua confitentes,propriã quidem

emissionem sententia sua unigenito donantes, propriam uero & alteram Christo, alteram uero saluatori: ita ut secundum eos dicantur quidem omnia esse quasi unum, unumquenq; autem ipsorum separatim intelligi, & propriam habere emissionem, secūdum suam coniugationem. Linguas itaq; eorum uidelicet solas in unitatem cessisse, sententiam uero eorum & sensum, quæ profunda sunt scrutari, decidentē ab unitate, incidere in multiforme dei iudicium, cum de his quæ sibimetipsi adinuenerunt interrogabuntur à Christo: quem & postea natum q̄; pleroma æonum dicunt, & emissionem eius post diminutionē siue defectionē, & propter eam passionem, quæ facta est in Sophia, semetipsos obstetricatos esse affirmant. Accusabit autem eos Homerus prius ipsorum poeta, à quo eruditi talia inuenerunt, ipso dicente hæc. Inimicus est enim ille mihi, similiter atq; fores inferorū, qui aliud quidem abscondit in corde suo, aliud autem enarrat.

Quemādmodum iudicabuntur Ebionitæ. Cap. LIX.

IVdicabit autē & uaniloquia prauorum gnosticorum, Simonis eos magi discipulos ostendens. Iudicabit autē & Ebionitas, quomodo possunt saluari, nisi deus est, qui salutem illorū super terram operatus est. Et quemadmodū homo transiet in deum, si non deus in hominē? Quemadmodū aūt relinquet mortis generationē, si non in nouam generationem mire & inopinate à deo in signū autem salutis datam, quę est ex uirgine per fidem regenerationē: uel quemadmodū adoptionē accipient à deo, permanentes in hac genesi, quę est secundū hominem in hoc mundo. Quomodo aūt plusquam Salomon, aut plusquam Iona habebat, & dn̄s erat Dauid, qui eiusdem cum ipsis fuit substantiæ. Quomodo aūt eum qui aduersus homines fortis erat, qui non solū uicit hominē, sed & detinebat eum sub sua potestate, deuicit & eum quidem qui uicerat uicit, eum uero qui uictus fuerat hominem dimisit, nisi superior fuisset eo homine, qui fuerat uictus. Melior aūt eo homine, qui secundum similitudinem dei factus est, & præcellentior, quisnam sit alius nisi filius dei, ad cuius similitudinē, dei factus est homo: & propter hoc in finem ipse ostendit similitudinē, filius dei factus est homo, antiquam plasmationē in semetipsum suscipiens, quemadmodū diximus in eo libro, qui est superior.

Quemadmodum iudicabuntur, qui putatiue dicunt dominum apparuisse. Cap. LX.

IVdicabit aūt & eos qui putatiuum inducunt. Quemadmodū enim ipsi uere se putant disputare, quādo magister eorum putatiuus fuit: aut quemadmodū firmum quid possunt habere ab eo, si putatiuus, & nō ueritas erat? Quomodo aūt ipsi salutem uere participare possunt, si ille, in quē credere se dicunt, semetipsum putatiuū ostendebat? Putatiuum

tiuum est igitur,& non ueritas, omnia apud eos: & nunciam quæretur,ne forte cum ipsi homines nō sint, sed muta animalia,hominū umbras apud plurimos proferant.

Quemdmodum iudicabuntur pseudoprophetæ. Cap. LXI.

IVdicabit autem & pseudoprophetas, qui nō accepta à deo prophetica gratia, nec deum timentes, sed aut propter uanam gloriam, aut ad quæstum aliquem, aut aliter secundum operationem mali spiritus fingunt se prophetare,mentientes aduersus deum.

Quemadmodum iudicabuntur qui schismata operantur,& omnes qui se segregant ab ecclesia. Cap. LXII.

IVdicabit autem & eos qui schismata operantur, qui sunt immanes non habentes dei dilectionē: suamq; utilitatem potius considerantes,quàm unitatem ecclesiæ,propter modicas & quaslibet causas magnum & glorioſum corpus Christi conscindunt & diuidunt,& quantum in ipsis est interficiunt,pacem loquentes, & bellum operantes,uere liquantes culicem,& camelū transglutientes.Nulla enim ab eis tanta potest fieri correptio, quanta est schismatis pernicies. Iudicabit aūt & omnes eos,qui sunt extra ueritatē,id est,extra ecclesiam: ipsa autem à nemine iudicatur. Omnia enim ei constant,& in unum deum omnipotentem,ex quo omnia, fides integra, & in filium dei Christū Iesum dominum nostrum,per quem omnia, & dispositionis eius, per quam factus est homo filius dei, sententia firma quæ in spiritu dei, qui præstat agnitionem ueritatis, qui dispositiones patris & filij exposuit, secundum quas aderat generi humano,quemadmodum uult pater.

Quemadmodum omnia consistunt ei,qui est ecclesiasticus. Cap. LXIII.

AGnitio uera est apostolorū doctrina,et antiquus ecclesiæ status, in uniuerso mundo,& charactere corporis Christi,secundū successiones episcoporū, quibus illi eam quæ in unoquoq; loco est ecclesiam tradiderunt,quæ peruenit usq; ad nos custodita sine fictione scripturarum tractatione plenissima, neq; ablationem recipiens lectio sine falsatione, & secūdum scripturas expositio legitima, & diligens,& sine periculo,& sine blasphemia, & præcipuū dilectionis munus, qđ est preciosius quàm agnitio, glorioſius autem quàm prophetia,omnibus autem reliquis charismatibus supereminens.

Ostensio quod ecclesia non tantum perfectam habeat dilectionem, sed quoniam & spiritus dei super eam requiescit, & quod ab uno & eodem deo prophetia & spiritus. Cap. LXIIII.

QVapropter ecclesia omni in loco ob eam quā habet erga deū dilectionē, multitudinē martyrū in omni tēpore præmittit ad patrē, reliquis aūt omnib.non tantum non habentibus hanc rem ostendere apud se,sed neq; quidem necessariū est dicentibus tale martyrium esse

eorum,martyriū uerum ſecundū ſententiā eorum: niſi ſi unus aut duo aliquando per omne tempus ex quo dominus apparuit in terris, cum martyribus noſtris, quaſi & ipſe miſericordiā conſecutus, opprobriū ſimul baiulauit nominis,& cum eis ductus eſt uelut adiectio quędam donata eis. Opprobriū enim eorum, qui perſecutionē patiuntur propter iuſtitiam,& omnes pœnas ſuſtinent & mortificātur propter eam quæ eſt erga deum dilectionem,& confeſſionem filij eius,ſola eccleſia pure ſuſtinet,ſępe debilitata, & ſtatim augens mēbra,& integra fiens. Quemadmodū & typus eius quæ fuit illius Loth ſalis figmentū: ſimiliter ut ueteres prophetæ ſuſtinentes perſecutionem, quemadmodū dominus ait: Sic enim perſecuti ſunt prophetas,qui ante uos fuerunt, quoniam noue quidem,ſed idem ſpiritus requieſcēs ſuper eam,ab his qui non recipiunt uerbum dei perſecutionem patitur.

Quomodo prophetæ omnia prædixerunt,quæcunq; Chriſtus operatus eſt. Cap. LXV.

QVod quidē prophetæ cum reliquis q̄ prophetabāt, & hoc ꝓphetauerunt, quoniā ſuper quoſcunq; requieuerit ſpūs dei,& obediuerint uerbo patris,et ſecūdū uirtutē ſeruierint ei,perſecutionē patientur,& lapidabuntur,& occidentur. In ſemetipſis em̄ hæc omnia præfigurabāt prophetæ,propter dilectionem dei,& propter uerbum eius.

Quoniam prophetæ membra Chriſti ſunt,& quemadmodum unuſquiſq; eorum,ſecundum quod erat membrum,ſecundum hoc & prophetauit: quoniam omnia quæ prophetæ prædixerunt,Chriſtus impleuit. Cap. LXVI.

CVm enim & ipſi membra eſſent Chriſti, unuſquiſq; eorū ſecundum quod erat membrū, ſecundum hoc & prophetationē manifeſtabat,omnes & multi unum præformātes,& ea quæ ſunt unius annunciantes. Quomodo enim per noſtra membra operatio quidē uniuerſi corporis oſtenditur, figura aūt totius hominis per unum membrum non oſtenditur,ſed per omnia: ſic & prophetæ omnes quidem unum præfigurabāt,unuſquiſq; aūt eorum ſecundū quod erat membrum, ſecundū hoc & diſpoſitionem adimplebat, & eam quæ ſecundum illud membrū erat operationem Chriſti prophetabat. Quidam enim in gloria uidētes eum, glorioſam eius apud patrē à dextris conuerſationem uidebant. Alij ſuper nubes quemadmodū filium hominis uenientem,& dicentes de eo, Videbunt in quem compunxerunt, aduentū eius ſignificabāt,de quo ipſe ait: Putas cum filius hominis uenerit,inueniet fidem ſuper terrā: de quo & Paulus ait: Si tamē iuſtum eſt apud deum,retribuere eis qui tribulant nos tribulationē, & uobis qui tribulamini requiem nobiſcū in reuelatione domini leſu de cœlo, cum angelis uirtutis dei, & in flāma ignis. Alij uero iudicem dicentes eum,& diem dñi tanq; clibanum ardentem,qui colligit triticū in horrea,paleas aūt comburet igni inextinguibili: comminabantur eis qui

incre-

increduli erant, de quibus & ipse dñs ait: Abite maledicti in ignẽ æternum, quem præparauit pater meus diabolo, et angelis eius. Et Apost. similiter ait: Qui pœnas dabunt interitus æternas, à facie dñi & à gloria uirtutis eius, cum uenerit glorificari in sanctis suis, & ammirabilis fieri his qui credũt in eum. Et qui dicunt, speciosus forma præ filijs hominum, & unxit te deus, deus tuus oleo lætitiæ præ consortib. tuis, & accingere gladiũ tuũ potentissime circa femur tuũ, & specie tua & pulchritudine tua, intẽde prospere, procede, & regna, propter ueritatẽ, & mansuetudinẽ, & iustitiã: & quæcũq; alia talia sunt de eo, eam quæ est in regno speciem eius & decorẽ, & exultationẽ supercoruscantẽ & superemínẽtem omnib. qui regenerãtur sub ipso, significabãt, ut qui audiunt cõcupiscerent ibi inueniri, placentia facientes deo. Qui iterũ dicentes homo est, & quis cognoscet eum, & ueni ad prophetã, & peperit filiũ, & uocatur nomen eius admirabilis, consiliarius, deus fortis: & qui eum ex uirgine Emanuel prædicabãt: adunitionẽ uerbi dei ad plasma eius manifestabãt, quoniã caro erit, & filius dei filius hominis, purus purã aperiens uuluam eam quæ regenerat homines in deum, quã ipse puram fecit, et hoc factus quod nos, deus fortis, & inenarrabile habet genus. Et qui dicunt, Dñs in Sion locutus est, & de Hierusalẽ dedit uocem suam, & notus in Iudæa deus, qui in Iudæa aduentũ eius significabant. Qui aũt rursus dicunt ab Africo uenire deum, & de monte umbroso & condenso, aduentũ eius qui est ex Bethlehem dicebãt, quemadmodũ ostendimus in eo libro, qui est ante hunc: Vnde is qui præest, & pascit populũ patris sui, uenit. Qui aũt dicũt aduẽtum eius, quemadmodũ ceruus claudus saliet, & plana erit lingua mutorum, & aperientur oculi cæcorũ, & aures surdorum audient, & manus resolutæ, & genua debilia firmabuntur, & resurgẽt qui in monumentis mortui sunt, &, Ipse infirmitates nostras accipiet, & lãguores portabit: eas quæ ab eo curationes fiebant annuntiauerunt. Quidam autem hominem infirmũ & inglorioſum, & scientem ferre infirmitatem, & sedentem super pullum asini, uenturũ Hierosolymam, & dorsum suum ponẽtem ad flagella, & maxillas suas ad palmas, & quemadmodũ ouem adduci ad uictimam, & aceto & felle potari, & ab amicis qui proximi sunt derelinqui, & extendentem manus per totam diem, & ab eis qui eum intuebantur, subsannari & maledici, & partiri uestimenta eius, & super uestimentũ eius mitti sortem, & in limen mortis deductũ, & omnia talia: eum qui secundum hominem est aduentum eius, sicut intrauit Hierosolymã, in qua & passus & crucifixus sustinuit omnia quæcunque sunt prædicta, prophetabant. Alij autem dicentes, Rememoratus dominus sanctus mortuorum suorum, qui prædormierunt in terra limi, & descendit ad eos uti erigeret, ad saluandum illos: causam

reddiderũt,propter quam paſſus eſt hæc omnia. Qui aũt dixerunt,In illa die dicit dñs:Occidit ſol meridie,& erũt tenebræ ſuper terrã in die lucis,& conuertã dies feſtos ueſtros in luctum, & uniuerſa cantica ueſtra in lamentationẽ: eum occaſum ſolis, qui crucifixo eo fuit ab hora ſexta,manifeſte annuntiauerunt. Et quia poſteaq́ hoc factũ eſt,hi qui ſecundũ legem erant dies feſti eorum & cantica, in luctum & lamentationem eorum cõuerterentur, cum inciperent tradi gentibus. Adhuc etiam manifeſtius hoc idem & Hieremias oſtẽdit,ſic dicens de Hieruſalem,Exinanita eſt quæ parit,teduit anima eius, occidit ſol ei,cum adhuc medius dies eſſet,confuſa eſt, & improperiũ paſſa eſt,reliquos eorum in gladiũ dabo in conſpectu inimicorũ eorum. Qui aũt dixerunt eum dormiſſe,& ſomnũ cepiſſe,& reſurrexiſſe,quoniam dñs ſuſcepit eum,præcipientes principib. cœlorum aperire æternas portas, ut introeat rex gloriæ, reſurrectionẽ eius quæ ex mortuis per patrem & receptionem in cœlos præconauerunt. In eo aũt quod dixerunt,A ſummo cœlo egreſſio eius, & occurſus eius uſq́ ad ſummũ cœli, & nõ eſt qui ſe abſcondat à calore eius, quoniã illuc aſſumptus eſt, unde & deſcendit, & nõ eſt qui iuſtum iudicium eius effugiat. Idipſum annuntiabant qui dicebãt,Dñs regnauit, iraſcãtur populi, qui ſedes ſuper Cherubin,cõmoueatur terra. Partim quidem eam quæ poſt aſſumptionẽ eius facta eſt ſuper eos,qui in eum crediderunt iram ab omnib. populis,& motũ uniuerſæ terrę aduerſum eccleſiã prophetabãt:partim aũt ueniente eo de cœlis cũ angelis uirtutis eius,cõmoueri uniuerſam terram,quemadmodũ ipſe ait: Erit terræmotus magnus,qualis nõ eſt factus ab initio. Et rurſus in eo cum dicit, Quiſquis iudicatur ex aduerſo adſtet, & quiſquis iuſtificatur appropinquet puero dei, Et uæ uobis,quoniã om̃es ueteraſcetis ſicut ueſtimentũ, & tinea comedet uos, & humiliabitur om̃is caro,& exaltabitur dñs ſolus in altiſſimis:ſignificatur quoniã poſt paſſionẽ, & aſſumptionem,oẽs qui cõtra eum fuerunt,ſub pedib.eius ſubĳciet deus,& ipſe ſuper oẽs exaltabitur,& nemo qui iuſtificetur,aut cõparetur ad eum. Et qui dicunt diſpoſiturum deum teſtamentũ nouum hominib. non quemadmodũ diſpoſuit patribus in mõte Choreb, & cor nouũ,& ſpiritũ nouum dare hominib. & rurſus,Antiqua nolite reputare,ecce facio noua q̃ nunc orientur,& ſcietis & faciã in deſerto uiã,& in terra inaquoſa,flumina ad potãdum genus electũ populũ meũ quẽ acquiſiui,ut uirtutes meas enarret,q̃ eſt noui teſtamenti libertas,hãc manifeſte annuntiabãt,& nouũ uinũ qđ in nouos utres mittitur per fidem q̃ eſt in Chriſto, quã annuntiauit ortam in eremo uiã iuſtitiæ, & in terra inaquoſa flumina ſpũs ſancti,ada quare genus electũ dei,quod acquiſiuit,ut uirtutes eius enarrẽtur,ſed nõ ut blaſphemarẽt eum qui hæc fecit deus. Et reliqua om̃ia,quæcũq́

per tan-

per tantam seriem scripturæ demõstrauimus prophetas dixisse, spiritalis uere qui est interpretabitur unũquodq; eorum quę dicta sunt, in quem dictũ sit characterẽ dispositionis dñi, & integrũ corpus operis filij dei ostendens, semper eundẽ deum sciens, & semper eundẽ uerbũ dei cognoscens, etiãsi nunc nobis manifestatus est, & semper eundem spiritũ dei cognoscens, etiã si in nouissimis temporib. noue effusus est in nos, & à conditione mundi usq; ad finem in ipsum humanũ genus, ex quo qui credunt deo, & sequuntur uerbũ eius, percipiunt eam quę ab eo est salutem. Qui uero abscedunt ab eo, & cõtemnunt præcepta eius, & per opera sua inhonorãt eum qui se fecit, & sententia sua blasphemant eum qui se alit, iustissimũ aduersus se coaceruãt iudiciũ. Hic igitur examinat oẽs, ipse uero à nemine examinatur, neq; patrẽ suum blasphemãs, neq; dispositiones eius frustrãs, neq; patres accusans, neque ꝓphetas exhonorãs, aut ab alio deo dicens eos, aut iterũ ex alia et alia substãtia fuisse ꝓphetias. Dicemus aũt aduersus omẽs hæreticos, et primo quidẽ aduersus eos qui sunt à Marcione, et aduersus eos qui sunt similes illis, ab altero deo dicentes esse prophetas. Legite diligentius id quod ab apostolis est euangeliũ nobis datum, & legite diligentius prophetas, & inuenietis uniuersam actionem, & omnem doctrinam, & omnem passionem domini nostri prædicatam in ipsis.

Aduersus eos qui dicunt, quid noui ueniens attulit Christus? Cap. LXVII.

SI autẽ subit uos huiusmodi sensus ut dicatis, Quid igitur noui dñs attulit ueniens? cognoscite quoniã omnem nouitatẽ attulit, semet ipsum afferens, qui fuerat annuntiatus. Hoc em̃ ipsum prædicabatur, quoniã nouitas ueniet innouatura & uiuificatura hominẽ. Regis em̃ aduentus ab his quidẽ qui mittuntur seruis prænuntiatur propter apparatũ, & expeditionẽ eorum, qui incipiẽt suscipere suum dñm. Cum aũt uenit rex, & illi prænuntiato gaudio adimpleti sunt, qui sunt subiecti, & perceperũt eam, q̃ est ab eo libertatẽ, & participant uisionẽ eius, & audierunt sermones eius, & fruituri sunt munerib. ab eo, nõ iam requiretur quid noui attulit rex super eos, qui annuntiarunt aduentum eius, apud eos uidelicet qui sensum habent: semetipsum enim attulit, & ea quæ prędicta sunt bona, in quæ concupiscebãt angeli intendere, & donauit hominib. Tunc autẽ fuissent serui mendaces, & non à dño missi, si nõ Christus adueniẽs talis, qualis & prædicabatur, adimplesset eorũ sermones. Quapropter dicebat, Ne putetis quoniã ueni soluere legem aut prophetas. Non ueni soluere, sed adimplere. Amen enim dico uobis, donec pertransiet cœlũ & terra, iota unum, aut unus apex nõ transiet à lege & ꝓphetis, quoadusq; omnia fiant. Omnia em̃ ipse adimpleuit ueniẽs, & adhuc implet in ecclesia usq; cõsummationẽ à lege prædictũ Nouum testamentũ. Quẽadmodũ & Paulus apostolus

eius ait,in ea quæ est ad Ro.Nunc aũt sine lege iustitia dei manifestata est,testificata à lege & ꝓphetis.Iustus enim ex fide uiuet.Hoc aũt quoniam iustus ex fide uiuet,per ꝓphetas prædictũ fuerat. Vnde aũt poterãt prædicere ꝓphetæ regis aduentũ, & eam libertatẽ quæ ab eo dabatur præeuangelizare,& omnia q̃ à Christo facta sunt & sermone & operatione,& passionẽ eius prænuntiare,& Nouũ testamentũ prædicare,si ab altero deo propheticã inspirationẽ acceperunt, ignorãtes in enarrabilẽ patrẽ secundũ uos,et regnũ eius,et dispositiones eius,quas filius dei præstabit in nouissimo dierũ. Casu quodã hæc euenisse non potestis dicere, tanq̃ à ꝓphetis quidẽ de altero quodã dicta, similiter aũt euenerint dño. Omnes em̃ ꝓphetæ hæc eadẽ ꝓphetauerunt. Sed neq̃ alicui ex ueterib.euenerũt: si em̃ euenissent alicui ex ueterib.ista, nõ utiq̃ qui postea fuerunt ꝓphetassent in nouissimis temporib. affutura hæc. Adhuc etiã nemo est neq̃ patrũ, neq̃ prophetarũ,neq̃ antiquorũ regum, circa quẽ proprie ac specialiter factũ sit aliquid horum. Nam oẽs quidẽ Christi passiones ꝓphetauerunt, ipsi aũt ad patiendũ similiter,ut ipsa prædicta sunt dominicæ passionis, in nullo altero facta sũt.Neq̃ em̃ sol medio die occidit aliquo de ueterib.mortuo,neq̃ scissum est uelũ templi, neq̃ terra mota est, neq̃ petræ disruptæ sunt, neq̃ mortui surrexerũt,Neq̃ in tertia die quis illorũ surrexit,neq̃ receptus est in cœlũ, neq̃ cum assumeretur aperti sunt cœli, neq̃ in nomen alicuius alterius crediderũt gentes,neq̃ quis ex eis mortuus et resurgens aperuit nouũ libertatis testamentũ. Non igitur de altero, sed de dño,in quẽ concurrerunt omnia prædicta signa, dicebãt ꝓphetæ. Si aũt aliquis Iudæis ad uocationẽ præstans,erectionẽ templi,quę postea q̃ in Babylonẽ trãsmigrauerũt facta est sub Zorobabel,& discessionem populi quæ facta est post lxx. annos, dicat hoc esse Nouũ testamentum,cognoscat quoniã lapideum quidẽ templum restitutũ est tunc:adhuc em̃ illa quæ in lapideis tabulis facta fuerat lex seruabatur. Nouum aũt testamentũ datum est nullũ, sed ea lege quæ per Moysen data est,utebãtur usq̃ ad aduentũ domini:A domini aũt aduentu Nouum testamentũ ad pacem recõcilians,& uiuificatrix lex in uniuersam exiuit terram,quemadmodũ dixerunt prophetæ: Ex Sion enim procedet lex,& uerbum domini de Hierusalem,& arguet populum multum:& cõcident gladios suos in aratra, & lanceas suas in falces,& iam non discent pugnare. Si igitur alia lex,& uerbũ exiens ab Hierusalem tantam pacem fecit apud eas gentes quæ eum receperunt,et per eas arguit imprudentiæ multum populũ, uidetur consequens de altero dixisse prophetas. Si aũt libertatis lex, id est,uerbũ dei, ab apostolis qui ab Hierusalẽ exierunt annuntiatũ, uniuersam terram in tantã transmutationem fecit, quod gladios & lanceas bellatorias in aratra fabricaue

runt ipsi,

runt ipſi, & in falces quæ donauit ad metendum frumentum in organa pacifica demutauerunt, & iam neſciunt pugnare, ſed percuſsi & alteram prębent maxillã, non de alio prophetæ dixerunt hæc, ſed de eo qui fecit ea. Hic aũt eſt dñs noſter, & in hoc eſt ſermo uerus, quoniam ipſe eſt qui aratrum fecit, & falcem intulit, hoc eſt, hominis primam ſe minationem, quæ fuit ſecundũ Adam plaſmatio, & in nouiſſimis temporibus per uerbum collectam fructificationẽ: & propter hoc quod initium fini coniungebat, utrorumqꝫ dñs exiſtens, in fine quidem aratrum oſtendit lignum copulatũ ferro, & ſic eius expurgauit terrã, quoniam firmum uerbum adunitũ carni, & habitu tali confixus emundauit ſylueſtrem terram. Initio autem falcem figurabat per Abel, ſignificabat iuſti generis humanam collectionem. Vide enim, inquit, quemadmodum iuſtus perit, & nemo intuetur, & uiri iuſti tolluntur, & nemo excipiet corde. Hæc autem in Abel quidem præmeditabantur, in prophetis uero præconabantur, in domino autem perficiebãtur, & in nobis autem id ipſum eſt, conſequente corpore ſuum caput.

Aduerſus eos qui dicunt quædam à ſummitate dixiſſe prophetas, quædam uero à mundi fabricatore. Cap. LXVIII.

ET aduerſus eos quidem qui ab alio deo prophetas dicunt, ab altero autem dominũ patrem noſtrũ, talia ſunt apta, ſi quo modo tandem quieſcant à tanta irrationabilitate. Propter hoc enim & laboramus eas quæ ſunt ex ſcripturis adhibere oſtenſiones, ut ipſis ſermonibus confutantes eos, quantum in nobis eſt, cohibeamus eos à grandi blaſphemia, & à multorum deorum dementi fabricatione.

Quemadmodum de eiſdem ipſis dictis diſcrepant à ſemetipſis, qui ſunt à Valentino. Cap. LXIX.

ADuerſus eos rurſus qui ſunt à Valentino, & reliquos falſi nominis gnoſticos, qui aliquando quidem à ſummitate quædam eorum quæ ſunt in ſcripturis poſita dicta dicũt, propter ſemen quod eſt inde, aliquãdo uero à medietate propter matrem prunicã audacẽ, multa etiã à mundi fabricatore, à quo & miſſi ſunt prophetæ, dicimus ualde irrationabile eſſe in tantum inopię deducere patrem uniuerſorum, quaſi non habuerit ſua inſtrumenta, per quæ purè ea quæ ſunt in pleromate annuntiarentur. Quem eñ timebat, ut non libere & ſine commixtione eius ſpũs qui eſt in diminutione & ignorãtia factus, proprie ac ſeparatim ſignificaret uoluntatẽ ſuam? An timebat ne plurimi ſaluarentur, cũ plures pure audiſſent ea q̃ ſunt ueritatis? An rurſus impotẽs erat ipſe ſibi præparare eos, qui aduentũ ſaluatoris prænuntiarent? Si aũt cũ huc ueniſſet ſaluator ſuos apoſtolos miſit in mũdũ, pure aduentũ eius annuntiãtes, & uoluntatẽ patris docẽtes, in nullo cõmunicãtes neqꝫ gentiũ, neqꝫ ludęorũ doctrinę: multo magis in pleromate mittẽs prædi-

prædicatores proprios destinasset, annunciãtes in hunc mundũ futurum aduentũ eius, in nullo cõmunicantes his ꝓphetis qui sunt à Demiurgo. Si aũt cum esset intra pleroma, usus est his ꝓphetis qui erant secundũ legem, & per eos ostẽdit quæ sunt sua, multo magis cum huc uenisset his ipsis usus fuisset magistris, & per eos annunciasset nobis Euangeliũ. Iam igitur non Petrũ & Paulum, & reliquos apostolos dicant annũciasse ueritatẽ, sed scribas & pharisęos, & reliquos per quos lex annunciabatur. Si aũt suos in suo aduẽtu proprios apostolos emisit spiritu ueritatis, & nõ spiritu erroris: hoc item spiritu uerbũ dei, & siquidẽ de principalitate spũs fuit, secundũ regulam ipsorũ, spiritus lucis, & spũs ueritatis, & spiritus perfectionis, & spũs agnitionis: is uero qui à Demiurgo fuit spũs ignorantiæ, & diminutionis, & erroris, & umbræ progenies: quemadmodũ in uno & eodem potuit esse perfectio & diminutio, et ignorantia, error & ueritas, lux & tenebræ. Si aũt in prophetis impossibile erat hoc ita esse, sed ab uno deo uerbum dñi præconabant, & aduentum filij eius annunciabant: multo magis dñs ipse nunc̃ modo quidem de principali, modo uero de subiecta demi noratione fecisset sermones, & agnitionis, & ignorantiæ simul factus magister. Nec unc̃ modo quidem mundi fabricatorẽ, modo aũt eum qui super hunc, glorificaret patrem, quemadmodũ ipse ait, Nemo immittit cõmissuram uestimenti noui in uestimentũ uetus, nec mittũt uinum nouum in utres ueteres. Igitur aut omni modo & ipsi abstineant se à prophetis, tanc̃ à ueterib. & nõ dicant eos ab ea nouitate, quæ secundum principalitatẽ est quædã dixisse, præmissos à Demiurgo: aut rursus arguentur à dño dicente, nouum uinum non mitti in utres ueteres. Vnde aũt semen matris ipsorũ poterat cognoscere ea quæ erant intra pleroma sacramenta, & de his eloqui, siquidẽ extra pleroma existens mater, peperit hoc ipsum semen, quod extra pleroma & extra agnitionem esse dicũt, quod est ignorantia. Quomodo igitur id quod erat ignorãtia semen conceptum agnitionem annunciare poterat? aut quemadmodũ ipsa mater, ea quę erant pleromatib. cognoscebat sacramẽta, informis & infigurata, quasi abortiuũ proiecta foras, & ibi apta ta & formata, & ab horo ꝓhibita interius ingredi, & usc̃ ad consummationẽ extra pleroma perseuerãs, id est extra agnitionẽ. Rursus autẽ passionem dñi typũ esse dicentes extẽsionis Christi superioris, quam extensus hora formauit eorũ matrem, in reliquis arguũtur, iam nõ habentes similitudinẽ typum ostendere. Vbi enim rursum Christus aceto & felle potatus est? aut ubi diuisa sunt uestimenta eius, aut ubi punctus est, & exiuit sanguis & aqua? aut ubi guttas sanguinis sudauit? & reliqua quæcunc̃ domino acciderũt, de quibus dixerunt prophetæ. Vnde ergo de his quę tunc quidem nondũ uenerant, incipiebant aũt

eueni-

euenire,aut mater aut ſemen eius diuinauit? Adhuc etiã ſuper hæc dicunt quidem à principalitate quædam dicta, confutati ab his quæ in ſcripturis de Chriſti aduentu referuntur. Quæ autẽ ſint hæc non iam unum ſentiunt,ſed alĩ alia de his ipſis reſpondent. Si quis enim experimentum eorum uolens accipere, ſeparatim interroget quo ſermone eos qui excellentes ſint apud eos,inueniet alium quidem dicentem de Propatore,id eſt, de Bytho eſſe id quod interrogetur. Alium uero de initio omnium, id eſt de unigenito. Alterũ uero de patre omniũ, hoc eſt,uero. Alter rurſus dicet, de uno æone eorum qui ſunt in pleromate æones dici. Alĩ aũt de Chriſto,& alius de ſaluatore. Qui autem illorum peritior eſt,poſteaq̃ multum tacens protexerit,de horo ait dictũ eſſe. Alius uero eam quæ eſt intra plenitudinem Sophiam ſignificari. Alius uero illam quæ extra plenitudinẽ eſt matrem annũtiari. Et alius mundi fabricatorẽ deum dicet. Tantæ ſunt de uno inter eos diuerſitates,de ĩſdem ſcripturis uarias habentes ſentẽtias:& uno eodemq̃ ſermone lecto, uniuerſi obductis ſuperciliĩs agitantes capita, ualde quidem altiſſime ſe habere ſermonẽ dicunt, non autem omnes capere magnitudinem eius intellectus qui ibidem continetur,& propter hoc ſilentium maximã rem eſſe apud ſapientes. Oportet enim eam quæ ſit ſurſum Sigen per id quod eſt apud eos ſilentiũ deformari. Sic autem abeunt omnes, quotquot ſunt tantas de uno geſtantes ſentẽtias,in abſcondito ferentes ſecum ſua acumina. Cum igitur inter eos conuenerit de his quæ in ſcripturis ſunt prædicta, tunc & à nobis confutabuntur. Non enim bene ſentientes, interim tamen ſemetipſos arguunt,de ĩſdem uerbis non conſentientes. Nos aũt unum & ſolum uerũ deum doctorem ſequentes,& regulam ueritatis habentes eius ſermones, de ĩſdem ſemper eadem dicimus, omnes unum deum ſcientes,factorem huius uniuerſitatis, qui prophetas miſit,qui eduxit populum de terra Ægypti, qui in nouiſſimis tẽporibus filium ſuũ manifeſtauit, uti confunderet incredulos,& exquireret iuſtitiæ fructum.

Oſtenſio de domini ſermonibus confitentis ſe à deo patre miſſum,à quo & prophetæ uenerunt,& patres electi ſunt. Cap. LXX.

QVem enim non cõfitetur dñs, neq̃ ab altero deo dicere prophetas,niſi à patre eius,neq̃ ab aliqua alia ſubſtãtia,ſed ab uno & eodem patre, neq̃ alium aliquem ea quæ ſunt in hoc mundo feciſſe, niſi ſuum patrẽ docens ſic. Homo erat quidã paterfamiliâs,& plantauit uineam,& ſepẽ circũdedit ei,& fodit in ea torcular,& ædificauit turrim, & locauit eã colonis,& peregre ꝓfectus eſt. Cum aũt appropinquaſſet tempus fructuũ,miſit ſeruos ſuos ad colonos, ut acciperent de fructibus ſuis. Et coloni apprehenſis ſeruis,unũ quidem ceciderunt, aliũ autem lapidauerunt, alium uero occiderunt. Iterum miſit alios ſeruos

plures

plures prioribus,& fecerũt eis ſimiliter.Nouiſſime aũt miſit eis filium ſuum unicũ,dicens,Forte uerebũtur filiũ meum.Coloni uero cum uidiſſent filiũ dixerunt intra ſe, Hic eſt hæres,uenite occidamus eum,& habebimus hæreditatẽ eius: & apprehenſum eum eiecerunt extra uineam,& occiderunt.Cum ergo uenerit dñs uineæ,quid faciet colonis illis? Et dixerunt illi,Malos male perdet,& uineã ſuam locabit alijs colonis,qui reddent ei fructus temporib.ſuis.Iterum dicit dñs:Nunc̃p̃ legiſtis,Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli.A dño factũ eſt iſtud, & eſt mirabile in oculis noſtris. Propter quod dico uobis, quoniã auferetur à uobis regnum dei, & dabitur genti facienti fructum eius. Per quæ oſtendit manifeſte diſcipulis ſuis,unum quidem & eundem patrẽfamiliâs, hoc eſt,unum deum patrem,qui per ſeipſum omnia fecit. Varios uero agricolas,quoſdã quidem cõtumelioſos,& ſuperbos, & infructuoſos, & dñi interfectores: quoſdã uero cum omni obedientia reddentes fructus temporib. ſuis: & eundem hunc patrẽfamiliâs aliquando quidem mittentẽ ſeruos,aliquando quidẽ filium ſuum. A quo igitur patre miſſus eſt filius ad eos colonos qui interfecerunt eum, ab hoc & ſerui. Sed filius quidẽ quaſi à patre ueniens principali autoritate dicebat,Ego aũt dico uobis,Serui autẽ quaſi à dño ſeruiliter, & propter hoc dicebant, Hæc dicit dñs. Quem igitur illi dominũ præconabant incredulis, hunc Chriſtus tradidit his qui obediunt ſibi.& qui priores,ſiue primum per ſeruilem legiſdationem uocauerat deus:hic poſteriores ſiue poſtea per adoptionem aſſumpſit.Plantauit enim deus uineã humani generis,primo quidem per plaſmationẽ Adæ, & electionẽ patrum : tradidit aũt colonis per eam legiſdationẽ,quæ eſt per Moyſen.Sepem aũt circumdedit,id eſt circũterminauit eorum culturam, & turrim ædificauit,Hieruſalem elegit,& torcular fodit,receptaculũ prophetici ſpiritus præparauit,& ſic prophetas miſit antec̃p̃ eſſet in Babylonem tranſmigratio. Et poſt tranſmigrationẽ alios iterum plures c̃p̃ priores expetentes fructus,dicentes illis,Hæc dicit dñs omnipotens, Emundate uias ueſtras,& mores ueſtros, iudicium iuſtum iudicate, & miſericordiam & miſerationem facite unuſquiſc̃p̃ ad fratrẽ ſuum:in uiduam,& orphanũ, & proſelytum,& pauperẽ ne exercueritis potentatũ,& unuſquiſc̃p̃ malitiæ fratris ſui ne recordemini in cordib. ueſtris : & iuſiurandũ falſum nolite diligere.lauamini, mundi eſtote,auferre nequitias à cordib. ueſtris,diſcite benefacere, exquirite iudiciũ, defendite uim patientem, iudicate pupillo,& iuſtificate uiduam,& uenite diſputemus dicit dominus.Et rurſum, Cohibe linguam tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolum.Diuerte à malo,& fac bonum,inquire pacem & perſequere eam. Hæc præconãtes prophetæ fructum petebant iuſtitiæ. Non credenti

bus au=

bus autem illis nouissime filium suum misit dominum nostrum Iesum Christũ, quem cum occidissent mali coloni, proiecerunt extra uineã. Quapropter & tradidit eam dñs deus nõ iam circũuallatã, sed expansam in uniuersum mundũ alijs colonis, reddentib. fructus tẽporibus suis, turre electionis exaltata ubiq; et speciosa, ubiq; enim præclara est ecclesia, & ubiq; circũfossum torcular, ubiq; enim sunt qui suscipiunt spiritũ. Quoniã enim filiũ dei reprobauerunt, & eiecerunt eum, cum eum occidissent extra uineã, iuste reprobauit eos deus, & extra uineã existentib. gentibus dedit fructificationẽ culturæ. Quemadmodũ & & Hieremias propheta ait: Reprobauit dñs, & abiecit gentẽ faciẽtem hæc, quoniã fecerunt filij luda malignũ in cõspectu meo, dicit dñs. Similiter aũt & Hieremias, Constitui super uos exploratores, dicentes, Audite uocẽ tubæ: & dixerunt, nõ audiemus, ꝓpter hoc audierũt gentes, & qui pascũt pecora in eis. Vnus ergo & idẽ deus pater qui plantauit uineã, qui populũ eduxit, qui prophetas misit, qui filium suũ misit, qui uineã dedit alijs colonis, his qui reddunt fructũ in temporibus suis. Et propter hoc dicebat dñs discipulis suis, bonos operarios nos præparãs. Attẽdite uobis & uigilate semper in omni tẽpore, ne quando grauentur corda uestra in crapula & ebrietate, & cogitationib. secularibus, & repente adsistat super uos dies illa. Superueniet eñ quasi laqueus super oẽs sedentes super faciẽ terræ. Sint igitur lumbi uestri præcincti, & lucernæ ardentes in manib. uestris, & uos similes hominibus expectantibus dñm suum, quando reuertatur à nuptijs. Quomodo enim factum est in diebus Noe, manducabãt, & bibebant, emebant, & uendebãt, nubebant & nubebãtur, & non scierũt, quoadusq; intrauit Noe in arcã, & uenit diluuiũ, & perdidit omnes: Quemadmodum factũ est in dieb. Loth, mãducabant & bibebãt, emebãt & uendebant, plantabant & ædificabant, qua die exiuit Loth à Sodomis, pluit ignem de cœlo, & perdidit oẽs: sic erit & in aduentu filij hominis. Vigilate igitur, quoniã nescitis, qua die dñs uester ueniet. Vnũ & eundẽ annuntians dñm, qui in temporib. Noe propter inobedientiã hominum superinduxit diluuiũ, & temporib. Loth propter multitudinem peccatorũ Sodomitarũ pluit ignẽ à cœlo: & in nouissimo tẽpore propter hãc eandẽ inobediẽtiam, & similia peccata, superduxit diem iudicij: in quo ait tolerabilius Sodomis et Gomorrhis futurũ q̃ illi ciuitati & domui, q̃ nõ receperit uerbũ apostolorũ eius. Et tu aũt Capharnaũ dicebat, nunquid usq; ad cœlũ exaltaberis? usq; ad inferos descendes. Quoniã si in Sodomis factæ fuissẽt uirtutes, quæ factæ sunt in te, mansissent usq; in hodiernũ diẽ. Verũtamẽ dico uobis, tolerabilius erit Sodomis in die iudicij q̃ uobis: Vnus & idẽ cũ semper sit uerbũ dei, credentib. quidẽ ei fontẽ aquæ in uitam æternã dans, infructuosam uero

fici arborẽ arefaciens,& ſtatim:Et temporib. Noe iuſte diluuiũ inducens,uti extingueret peſſimũ genus eorum qui tunc erãt hominũ, qui iam fructificare deo nõ poterãt,cum angeli trãſgreſſores cõmixti fuiſſent eis,& ut peccata eorũ cõpeſceret,ſeruare uero arcæ typũ Adæ plaſmationem,& temporib. Loth,qui pluerat ſuper Sodomã & Gomorrham ignẽ & ſulphur de cœlo, exemplũ iuſti iudicij dei, ut cognoſcerent oẽs,quoniã omnis arbor quæ nõ facit fructũ excidetur,& in ignẽ mittetur,& in uniuerſali iudicio tolerabilius Sodomis utẽs, q̃ꝑ his,qui uiderunt eius uirtutes quas faciebat,& nõ crediderunt in eum,neq; receperunt eius doctrinã. Quemadmodũ enim maiorẽ dedit gratiã per ſuum aduentũ his,qui crediderũt ei,& faciũt eius uoluntatẽ:ſic & maiorem in iudicio habere pœnã eos qui nõ crediderũt ei ſignificauit, iuſtus exiſtens ſuper oẽs æqualiter, & quib. plus dedit,plus ab eis exacturus: plus aũt non qđ alterius patris agnitionẽ oſtẽdit,ſicut per tot & tanta oſtendimus,ſed quia maiorẽ dominationẽ paterne gratię per ſuum aduentũ effudit in humanũ genus. Si cui aũt non ſufficiunt quæ prędiximus,ad credendũ ab uno & eodẽ patre prophetas miſſos eſſe, à quo dñs noſter miſſus eſt, aperiẽs aures cordis ſui, & Chriſtũ Ieſum dñm magiſtrũ aduocans audiat dicentẽ eum,Simile eſt regnũ cœlorũ regi nuptias facienti filio ſuo,& mittenti ſeruos ſuos,ad congregandũ eos qui uocati fuerunt ad nuptias:& illis nolentib. obedire,iterũ ait,et alios ſeruos miſit,dicẽs: Dicite his qui ſunt uocati, Venite,prandium meũ paraui,tauri & omnia ſaginata occiſa,& omnia parata ſunt,uenite ad nuptias. Illi aũt abierũt negligẽtes eum, alij quidẽ in agrũ ſuum, alij aũt ad negociationẽ ſuam.Reliqui uero arripuerunt ſeruos eius,et alios quidẽ contumelioſe tractauerunt, alios uero occiderũt. Rex aũt cum audiſſet iratus eſt, & mittẽs exercitus ſuos perdidit interfectores illos, & ciuitatẽ eorum ſuccendit,& dixit ſeruis ſuis, Nuptiæ quidem paratæ ſunt,uocati uero nõ fuerunt digni.Ite igitur ad exitus uiarum, & quotquot inueneritis cõgregate ad nuptias. Et exeuntes ſerui eius congregauerunt oẽs quotquot inuenerũt bonos & malos, et impletę ſunt nuptiæ diſcumbentib. Introiens aũt rex uidere recũbentes, uidit ibi hominẽ nõ ueſtitũ ueſte nuptiali,et dicit ei,Amice quõ ueniſti huc nõ habens indumentũ nuptiarũ? Illo aũt obmuteſcẽte, dixit rex miniſtris, Tollite eũ à pedib. & manib.& mittite eũ in tenebras q̃ ſunt exteriores,ibi erit fletus et ſtridor dentiũ. Multi em̃ ſunt uocati,pauci uero electi. Manifeſte em̃ per hæc uerba ſua oſtendit dñs omnia,& quoniã unus rex & dominus omniũ pater,de quo & antea dixit, Neq; in Hieroſolyma iures,quoniã ciuitas eſt magni regis: Et quoniã ab initio nuptias pręparauit, & propter immẽſam benignitatẽ per ſeruos ſuos uocabat priores ad conuiuiũ nuptiarũ, & ubi illi noluerunt obedire, rurſus alios

sus alios seruos misit cõuocans eos, neq; sic obedierunt ei, Sed & eos qui uocationẽ annuntiabãt, lapidauerunt & occiderunt. Illos quidem mittẽs exercitus suos & ciuitates illorũ succẽdit: ex omnib. aũt uñs, id est, ex uniuersis gentib. ad cõuiuium nuptiarũ filij sui cõuocauit, quẽadmodũ et per Hieremiã ait: Et misi ad uos seruos meos ꝓphetas dicere, Auertimini unusquisq; à uia nequissima & meliora facite opera uestra. Et rursus per eundem, Et misi, inquit, ad eos oẽs seruos meos prophetas inter diem & ante lucẽ, et non obedierũt mihi, neq; intenderũt aures ipsorũ: & dicas eis hunc sermonẽ, Hoc genus quod nõ obediuit uocem dñi, neq; recepit disciplinã, defecit fides ex ore ipsorũ. Qui igitur nos per apostolos undiq; uocauit dñs, hic per prophetas uocabat eos qui olim fuerunt, quemadmodũ ex sermonib. domini ostenditur: & non ab alio aũt apostoli, etiamsi uarijs gentibus præconabant, sed ab uno & eodẽ, alij quidem dominũ annuntiabãt, alij aũt patrẽ euangelizabãt: & alij quidem aduentũ prænuntiabãt filij dei, alij uero præsentem eum iam his qui longe erant præconabãt. Adhuc etiã manifestauit oportere eum uocatione & iustitiæ operib. adornari, uti requiescat super uos spũs dei. Hoc est enim indumentũ nuptiarũ, de quo & Apost. ait: Nolumus expoliari sed superindui uti absorbeatur mortale ab immortalitate. Qui aũt uocati quidẽ sunt ad cœnã dei, & propter malã suam conuersationẽ non perceperunt spiritũ sanctum, proij cientur, inquit, in tenebras exteriores. Manifeste aũt ostendens, quod idem ipse rex qui cõuocauerit undiq; fideles ad nuptias filij sui, & incorruptibile conuiuiũ donauerit, iubeat mitti in tenebras exteriores eum, qui nõ habeat indumentũ nuptiarũ, hoc est cõtemptorẽ. Quem admodũ enim in priore testamento nõ in multis illorũ bene sensit, sic & hic multi uocati, pauci uero electi. Nõ alius igitur qui iudicat deus, & alius qui cõuocat ad salutẽ pater. Nec alius quidẽ qui ẽternũ lumen donat, alius uero qui iubet in exteriores mitti tenebras eos, qui nõ habent indumentũ nuptiarũ. Sed unus & idem deus pater dñi nostri, à quo & ꝓphetæ missi sunt, indignos quidẽ conuocãs propter immensam benignitatẽ, eos uero qui cõuocati sunt inspiciens, si conueniens habeat indumentũ, & congruens nuptijs filij sui. Quoniã nihil inconueniens neq; malũ placet ei. Quemadmodũ dominus dixit ei qui curatus fuerat, Ecce sanus factus es, iam noli peccare, ne quid deterius tibi fiat. Qui enim est bonus, & iustus, & mũdus, & immaculatus, neq; malum aliquid, neq; iniustũ, neq; abominandum in suo sponsali thalamo sustinebit. Est autem hic pater domini nostri, cuius prouidentia constant omnia, & iussu administrantur omnia: & gratuito quidẽ donat in quos oportet, secũdum autem meritum digniſſime attribuit in ingratos, & non sentientes benignitatem eius, iustissimus retributor:

& propterea ait, Mittens exercitus suos perdidit interfectores illos & ciuitatē illorum incendit. Exercitus aūt eius, inquit, quia omnes homines dei, Dñi enim est terra, & plenitudo eius, orbis terrę & omnes qui habitant in ea. Et propter hoc Paulus apostolus in epistola quę est ad Romanos ait, Non enim est potestas nisi à deo. Quę aūt sunt à deo ordinata sunt. Itaqꝫ qui resistit potestati, dei ordinationi resistit. Qui aūt resistunt, damnationem sibi acquirent. Principes enim non sunt timori boni operis sed mali. Vis aūt non timere potestatē, bonum fac, et habebis laudem ex ea: dei enim minister est, tibi ad bonū. Si aūt male feceris, time. Non enim sine causa gladiū portat. Dei enim minister est, uindex in iram ei, qui malū agit. Ideoꝺ subiecti estote non tantū propter irā, sed & propter conscientiā, Propter hoc enim & tributa pendetis, ministri enim dei sunt in hoc ipsum seruientes. Sed & dñs igitur & apostoli unum deum patrē annuntiabant eum qui legisdationem fecit, qui misit prophetas, qui omnia fecit, & propter hoc ait, Mittens exercitus suos. Quoniā omnis homo secundū quod est homo, plasma ipsius est, licet ignoret deum suum. Oīmibus enim ipse ut sint præstat, qui solē suum oriri facit super malos & bonos, & pluit super iustos & iniustos. Et non solū per ea quæ prædicta sunt, sed & per parabolam duorum filiorum, quorum iunior luxuriose consumpsit substantiam, uiuens cum fornicarijs, unum et eundē docuit patrem maiori quidem filio nē hedum quidem indulgentē, propter eum aūt qui perierat minorem filiū suum iubentē occidi uitulum saginatū, & primā ei stolam donantem. Et per parabolam aūt eorum operariorū, qui uarijs temporibus in uineam mittebātur, unus & idem dñs ostenditur: uocat alios quidē stantes in initio mūdi fabricationis, alios uero post hoc, & alios circa medietatē temporū, & alios progressis iam temporib. item alios in fine, ut sint quidē multi operarij secundū sua ipsorū tempora, unus aūt qui conuocat eos paterfamiliâs: Etenim uinea una, quoniā & una iustitia: & unus dispensator, unus eīm spiritus dei qui disponit omnia: similiter aūt & merces una, omnes enim acceperūt singulos denarios, imaginem & discretionē regis, agnitionem filij dei quę est incorruptela. Et propter hoc à nouissimis cepit dare mercedem, quoniā in nouissimis temporibus manifestatus, dñs omnibus semetipsum repræsentauit. Et publicanus aūt qui in oratione pharisæum superauit, non quoniam alterū patrem adorabat, testimonium accepit à dño, quod sit magis iustificatus, sed quoniā cum magna humilitate sine extollentia & sine iactantia exomologesim eidem deo faciebat. Et duorum aūt filiorum parabola, eorum, qui in uineam mittūtur: quorū alter quidē contradixit patri, & postea pœnitetur, quādo nihil profuit ei pœnitentia, alter aūt pollicitus est abire statim, promittens patri, non abijt autem

quoniam

quoniam omnis homo mendax,& uelle quidem in promptu adiacet, non inuenit autem perficere:unum & eundem oſtendit patrẽ. Sed & arboris fici parabolą, de qua dñs ait:Ecce iam trienniũ uenio,quęrens fructum in hac arbore fici, & non inuenio. Per prophetas aduentum ſuum ſignificans, per quos uenit aliquotiens exquirens iuſtitię fructũ ab eis,quem nõ inuenit, aperte manifeſtauit,& quoniam excidetur arbor fici, propter prædictã cauſam: & ſine parabola autem dicebat ad Hieruſalem dñs. Hieruſalem Hieruſalem quæ interficis prophetas,& lapidas eos qui mittuntur ad te,quotiens uolui colligere filios tuos ſicut gallina pullos ſuos ſub alas,& noluiſti,ecce relinquetur uobis domus ueſtra deſerta. Quod enim per parabolã dictũ fuerat, Ecce triennium uenio quærens fructum,& manifeſte iterum,quoties uolui colligere filios tuos, ſi non huius aduentum qui per prophetas eſt intelligamus,erit mendacium. Siquidẽ ſemel, & tunc primum uenit ad eos, Sed quoniam & patriarchas qui elegit & nos idem eſt uerbum dei, & illos ſemper uiſitans per propheticũ ſpiritum, & nos qui undiqꝫ conuocati ſumus per ſuum aduentum,ſuper ea quæ dicta ſunt uere hęc docebat:Multi ab oriente & occaſu uenient,& recumbent cum Abrahã, Iſaac,& Iacob in regno cœlorũ,filij autem regni ibunt in tenebras exteriores,ibi erit fletus & ſtridor dẽtium. Si igitur hi qui per præconiũ apoſtolorũ eius,ab oriente & occidente credentes in eum,cum Abraham, Iſaac, & Iacob in regno cœlorum recumbent participantes cum eis epulationem,unus & idem deus oſtenditur,qui elegit quidem patriarchas,uiſitauit uero populum,gentes uero aduocauit.

Oſtenſio quod homo liber ſit,& ſuæ poteſtatis,ad hoc ut poſsit eligere bona uel contraria. Cap. LXXI.

ALiud aũt quod ait. Quotiẽs uolui cõgregare filios tuos,& noluiſti,ueterẽ legẽ libertatis hominis manifeſtauit, quia liberũ eum deus fecit ab initio, habentẽ ſuam poteſtatẽ,ſicut & ſuam animã,ad utendum ſentẽtia dei uoluntarie,& non coactũ à deo. Vis em̃ à deo nõ fit,ſed bona ſentẽtia adeſt illi ſemper. Et ꝓpter hoc conſiliũ quidẽ bonum dat om̃ibus. Poſuit aũt in homine poteſtatẽ electionis,quemadmodũ & in angelis. Etem̃ angeli rationabiles,uti hi quidẽ qui obediſſent, iuſte bonũ ſint poſsidentes, datũ quidem à deo, ſeruatũ uero ab ipſis. Qui aũt non obedierũt,iuſte nõ inueniuntur cũ bonis,& meritã pœnã percipient. Quoniã deus quidem dedit benigne bonũ,ipſi uero nõ cuſtodierunt diligenter illud, neqꝫ precioſum arbitrati ſunt,ſed ſupereminentiã bonitatis cõtempſerũt. Abiiciẽtes igitur bonũ & quaſi reſpuẽtes, merito oẽs iuſtum iudiciũ incident dei, quemadmodũ & apoſt. Paulus in epiſt. quę eſt ad Ro. teſtificatus eſt dicens ita:An diuitias bonitatis eius,& patientiæ,& longanimitatis cõtemnis,ignorans

quoniam bonitas dei in pœnitentiã te adducit. Secundum autem duritiam tuã, & cor impœnitens thesaurizas tibimetipsi iram in diem irę & reuelationis iudicij dei. Gloria aũt & honor, inquit, omni operanti bonum. Dedit ergo deus bonum, quemadmodũ & Apostolus testificatur in eadem epistola, & qui operantur quidem illud, & gloriam & honorẽ percipient, quoniã operati sunt bonum, cum possint nõ operari illud. Hi autẽ qui illud non operantur, iudicium iustum recipient dei, quoniã non sunt operati bonum, cum possint operari illud.

Ostensio quod non natura quidam boni sint, quidam uero mali, & quod in hominis electione sit bonum. Cap. LXXII.

SI autẽ naturaliter quidam boni, quidã uero mali facti fuissent, neq; laudabiles essent quia boni sunt, tales eũ facti fuerant. Sed neq; illi uituperabiles, & ipsi enim tales fuerant instituti. Sed quoniã omnes eiusdem sunt naturæ, & potẽtes retinere & operari bonũ, & potentes rursum amittere id & non facere, iuste etiam apud homines sensatos, quãto magis apud deum, alij quidẽ laudantur, & dignũ percipiunt testimoniũ electionis bonæ & perseuerãtiæ: Alij uero accusantur, & dignum percipiunt damnũ, eo quod iustum & bonũ reprobauerint. Et ideo prophetæ hortabãtur homines iustitiã agere, bonũ quoq; operari, sicut per multa ostẽdimus: quia in nobis sit hoc, & propter multam negligentiã in obliuionẽ inciderimus, & consilio egeamus bono, propter quod bonus deus præstabit bonum cõsilium perfectis. Propter hoc autem & dñs luceat lumen uestrũ, dicebat, coram hominib. ut uideant bona facta uestra & glorificẽt patrem uestrũ qui in cœlis est. Et attendite uobis ne forte grauentur corda uestra in crapula & ebrietate, & sollicitudinib. secularibus. Et sint lumbi uestri præcincti, & lucernæ ardentes, & uos similes hominib. expectantibus dñm suum, quando reuertatur à nuptijs, ut cum uenerit & pulsauerit, aperiatis ei. Beatus seruus ille quem cum uenerit dñs eius, inuenerit ita facientẽ. Et iterum, Seruus qui scit uoluntatem dñi sui, et non facit, uapulabit multis: &, Quid mihi dicitis domine dñe, & nõ facitis quæ dico: & iterum, Si autẽ dicat seruus in corde suo, tardat dñs meus, & incipiat cædere conseruos, & manducare, & bibere, & inebriari, ueniet dñs eius in die qua nõ sperat, & diuidet eum, & partem eius cum hypocritis ponet: & omnia talia quæ liberum, & suæ potestatis ostendunt hominẽ, & quia cõsilium instruat deus, adhortans nos ad subiectionẽ sibi, auertens ab incredulitate, non tamen de uiolentia cogens. Etenim ipsum euangelium si noluerit quis sequi, licet quidem, non tamen expedit. Inobedientia eũ dei, & amissio boni est quidẽ in hominis potestate: lęsionẽ autem & damnũ non quamlibet infert, & propter hoc Paulus ait: Omnia licent, sed nõ omnia expediunt: & libertatem referens hominis,

quas

quapropter & omnia licent, nõ cogente eum deo: & id nõ expedit, ostendens ut nõ ad uelamen malitiæ abutamur libertate, non enim hoc expedit. Et iterũ ait, Loquimini ueritatẽ unusquisq; cum ꝓximo suo, & omnis sermo malus de ore uestro nõ exeat, aut turpitudo, aut uaniloquium, aut scurrilitas, quæ ad rem nõ pertinẽt, sed magis gratiarum actio: &, Eratis enim aliquãdo tenebræ, nunc aũt lumen in dño, quasi filij lucis honeste ambulate, nõ in comessationib. & ebrietatibus, non in cubilib. & in libidinibus, non in ira & zelo: & hæc quidem feciſtis, sed abluti estis, sed sanctificati estis in nomine dñi nostri. Si igitur non in nobis esset facere hęc, aut nõ facere, quam causam habebat Apostolus, & multo prius ipse dñs consilium dare, quædam quidem facere, à quibusdã uero abstinere? Sed quoniã liberæ sententię ab initio est homo, & liberæ sententiæ est deus, cuius ad similitudinẽ factus est, semper consiliũ datur ei, continere bonum, quod perficitur ex ea quæ est ad deum obedientia. et non tantũ in operib. sed etiam in fide liberum, & suæ potestatis arbitriũ homini seruauit dñs dicens, Secundũ fidem tuam fiat tibi, propriã fidem hominis ostendens, quoniã suam habet sententiã. Et iterũ, Omnia possibilia credenti, &, Vade, sicut credidisti fiat tibi. Et omnia talia suæ potestatis secundũ fidem ostendunt hominem. Et propter hoc is qui credit ei, habet uitam æternã. Qui aũt non credit filio, nõ habet uitam æternã, sed ira dei manebit super ipsum. Secundum hanc igitur rationẽ, & suum proprium ostendens dñs, & sui arbitrij ac suæ potestatis hominẽ significans, dicebat ad Hierusalem. Quotiens uolui congregare filios tuos quemadmodũ gallina pullos suos sub alas, & noluisti, quapropter relinquetur uobis domus uestra deserta. Qui aũt his cõtraria dicunt, ipsi impotentẽ introducunt dñm, scilicet quasi nõ potuerit perficere hoc qđ uoluerit. At rursum ignorantem naturam Choicos, ut ipsi dicunt, & eos qui nõ possunt accipere eius incorruptelã. Sed oportebat, inquit, eum neq; angelos tales feciſſe, ut possent transgredi, neq; homines, qui statim ingrati existerent in eum, quoniã rationabiles, & examinatores & iudiciales facti sunt, & non quemadmodũ irrationabilia, siue inanimalia, quæ sua uoluntate nihil possunt agere. Sed cum necessitate, et ui ad bonum trahuntur, in quibus unus sensus & unus mos inflexibilis, & sine iudicio, qui nihil aliud esse possunt, præter quàm quod facti sunt. Sic autẽ nec suaue esset eis quod est bonum, neq; preciosa cõmunicatio dei, neq; magno pere appetendũ bonum qđ sine suo proprio motu, & cura & studio proueniſſet, sed ultro & otiose insitum. Ita ut essent nullius momenti boni, eo quod natura magis, quàm uoluntate tales extiterint, et ultroneum haberent bonum, sed non secundum electionẽ: Et propter hoc nec hoc ipsum intelligentes, quoniam pulchrum sit quod bonũ, neq;

fruentes eo. Quæ enim fruitio boni apud eos qui ignorant? Quæ autem gloria his, qui non ſtuduerint illud? Quæ autem corona his, qui non eam ut uictores in certamine conſecuti ſunt? Et propter hoc dñs uiolentium dixit regnū cœlorum, & qui uim faciunt, inquit, diripiunt illud. Propter hoc autem & Paulus ait ad Corinthios: Non ſcitis quoniam hi qui in ſtadio currunt, omnes quidem currūt, ſed unus accipit brauium: ſic currite ut cōprehendatis. Omnis autem qui agonizat, in omnibus continens eſt. Ille quidem ut corruptibilem accipiat coronam, nos autem incorruptam. Ego autem ſic curro, non in incertū, ſic pugno, non quaſi aerem cædens, ſed liuidū facio corpus meum, in ſeruitutem redigo, ne forte alijs prædicans, ipſe reprobus efficiar. Bonus igitur agoniſta, ad incorruptelæ agonem adhortatur nos, uti coronemur & precioſam arbitremur coronā, uidelicet quæ per agonem nobis acquiritur, ſed non ultro coalitā. Et quanto per agonem nobis aduenit, tanto eſt precioſior, Quanto autem precioſior, tāto eam ſemper diligamus. Sed neqꝫ ſimiliter diligūtur ea, quæ ultro aduenīunt, qꝫ illa quæ cum multa ſollicitudine adinueniūtur. Quoniā igitur pro nobis erat plus diligere deum, cum agone hoc nobis adinuenire, & dñs docuit, & Apoſtolus tradidit. Et aliàs autem eſſet uidelicet noſtrū inſenſatum bonum, quod eſſet inexercitatū. Sed & uidere non tantum nobis eſſet deſiderabile, niſi cognouiſſemus quantum eſſet malum nō uidere. Et bene ualere autem male ualentis experiētia honorabilius efficit, & lucem tenebrarū comparatio, & uitam mortis. Sic & cœleſte regnum honorabilius eſt his qui cognouerunt terrenū. Quanto autem honorabilius, tāto magis diligimus illud. Et ſi plus illud dilexerimus, clariores erimus apud deum. Pro nobis igitur omnia hęc ſuſtinuit dominus, uti per omnia eruditi in omnibus in futurū ſimus cauti, & perſeueremus in omni eius dilectione rationabiliter edocti diligere deū: deo quidem magnanimitatem præſtante in apoſtaſia hominis, homine autem erudito per eam, quemadmodum & propheta ait: Emendabit te abſceſsio tua: præfiniente deo omnia ad hominis perfectionem, & ad ædificationem, & manifeſtationem diſpoſitionum, uti & bonitas oſtendatur, & iuſtitia perficiatur, & eccleſia ad figuram imaginis filij eius coaptetur, & tandē aliquando maturus fiat homo, in tantis maturescens ad uidendum & capiendum deum.

Quæ cauſa fuerit, quod non ab initio perfectus factus eſt homo. Cap. LXXIII.

Sl aūt dicat aliquis. Quid enim? Non poterat ab initio deus perfectum feciſſe hominē? Sciat quoniam deus quidem, cum ſemper ſit idem, & innatus, quantū ad ipſum eſt, omnia poſſibilia ei. Quę autem facta ſunt ab eo, ſecundū quod poſtea facturæ initium habuerunt, ſecundum hoc & minora eſſe oportuit eo qui fecerit. Nec enim poterāt

infecta

infecta esse quæ nuper facta sunt: propter quod autem non sunt infecta, propter hoc & ideo deficiunt à perfecto.

Et secundum quid omnia quæ facta sunt indigent perfecto, & unde est indigentia. Cap. LXXIIII.

SEcundū enim quod sunt posteriora, secundū hoc & infantilia, & secundū quod infantilia, secundū hoc & insueta, & inexercitata ad perfectam disciplinā. Quemadmodū enim mater potest pręstare perfectam escam infanti, ille autem adhuc nō potest robustiorē se percipere escam: sic & deus ipse quidē potens fuit homini præstare perfectionem ab initio, homo aūt impotens percipere illam, infans enim fuit. Et propter hoc dñs noster, in nouissimis temporib. recapitulās in seipso omnia, uenit ad nos, non quomodo ipse poterat, sed quomodo illum nos uidere poteramus. Ipse enim in sua inenarrabili gloria ad nos uenire poterat, sed nos magnitudinē gloriæ suæ portare nō poteramus. Et propter hoc quasi infantibus ille qui erat panis perfectus patris, lac nobis semetipsum pręstitit, quod erat secundū hominem eius aduentus, ut quasi à mamilla carnis eius enutriti, & per talem lactationē assueti manducare & bibere uerbum dei, & eum qui est immortalitatis panis, qui est spiritus patris, in nobis ipsis eum continere possimus.

Quid est quod à Paulo dictum est, lac uobis potum dedi, non escam. Cap. LXXV.

ET propter hoc Paulus ad Corinth. ait: Lac uobis potum dedi, nō escam, nondū enim poteratis escam percipere: Id est, eum quidē aduentum dñi, quem secundū hominem didicistis, nondū autem patris spiritus requiescit super uos propter uestrā infirmitatē. Vbi enim sunt zelus & discordia, ait, in uobis & dissensiones, nónne carnales estis, & secundū hominem ambulatis? Hoc est, quoniā nondum spiritus patris erat cum ipsis, propter imperfectionē eorum, & infirmitatē conuersationis. Quemadmodū igitur Apost. quidē poterat dare escā, quibuscunq; enim imponebāt apostoli manū, accipiebāt spiritum sanctum, qui est esca uitæ: illi aūt nō poterāt percipere illud, quoniā infirmum adhuc et inexercitabilē sensum erga deū cōuersationis habebāt: Sic & initio deus quidē potens fuit dare perfectionē homini, ille autē nunc nuper factus, nō poterat illud accipere, uel accipiēs capere, uel capiens continere. Et propter hoc coinfantiatū est homini uerbū dei, cū esset perfectus, non propter se, sed propter hominis infantiā, sic capax effectus, quemadmodum homo illum capere potuit. Non igitur circa deū impossibile & indigēs, sed circa eū, qui nunc nuper factus est homo, quoniā non perfectus erat, Circa deum aūt uirtus simul, & sapientia, et bonitas ostēditur. Virtus quidē & bonitas in eo, quod ea q̄ nondum erant, uoluntarie cōstituerit & fecerit, Sapiētia uero in eo, quod

apta

apta & consonantia quæ sunt fecerit. Quædã aũt propter immensam eius benignitatẽ augmentũ accipientia, & in multũ temporis perseuerantia infecti gloriã referunt deo, sine inuidia donanti quod bonũ est. Secundũ enim id quod facta sunt nõ sunt infecta, secundũ id uero, qđ perseuerãt longis æonibus uirtutẽ infecti assument, deo gratuito donante eis sempiternã perseuerationẽ. Et sic principalitatẽ quidẽ habebit in omnib. deus. Quoniã & solus infectus, & prior omniũ, & omnibus ut sint, ipse est causa: Reliqua uero omnia in subiectione manent dei. Subiectio aũt dei, incorruptelæ perseuerãtia est, Incorruptela aũt gloria infecti. Per hanc igitur ordinationẽ, & huiusmodi conuenientiam, & talis factus, & plasmatus homo secundũ imaginẽ, et similitudinem constituitur infecti dei, patre quidẽ bene sentiente, filio uero ministrante, & formante, spiritu uero nutriente & augente, homine uero paulatim ꝓficiente, et perueniente ad perfectũ, id est proximũ infecto fieri. Perfectus eñ est infectus, hic aũt est deus. Oportuerat aũt hominem primo fieri, & factũ augeri, & auctũ corroborari, & corroboratũ multiplicari, & multiplicatũ conualescere, conualescentẽ uero glorificari, & glorificatũ uidere suum dñm. Deus enim est, qui habet uideri. Visio aũt dei efficax est incorruptelæ, Incorruptela uero proximũ faciet esse deo. Irrationabiles igitur omni modo, qui nõ expectant tempus augmenti, & suæ naturæ infirmitatẽ ascribunt deo. Neqꝫ eñ deũ, neqꝫ semetipsos scientes, insatiabiles & ingrati, nolẽtes primo esse hoc qđ et facti sunt, homines passionũ capaces, sed supergradiẽtes legẽ humani generis, et anteqꝫ fiant homines, iã uolũt similes esse factori deo, & nullã esse differentiã infecti dei, & nunc facti hominis, qui plus irrationabiles sunt, qꝫ muta animalia. Hęc enim nõ imputant deo, quoniã nõ homines fecit ea, sed unũquodqꝫ eo quod factũ est, quoniã est, gratias agit. Nos eñ imputamus ei quoniã non ab initio dñj facti sumus, sed primo quidẽ homines, tunc demũ dñj, quamuis deus secundũ simplicitatem bonitatis suę hoc fecerit, ne quis eum putet inuidiosum aut impræstantẽ. Ego, inquit, dixi dñj estis, & filij excelsi omẽs. Nobis aũt potestatẽ diuinitatis baiulare nõ sustinentibus: Vos aũt, inquit, sicut homines moriemini: Vtraqꝫ referens, & illud qđ est benignũ suæ donationis, & infirmitatẽ nostrã, & quod essemus nostræ potestatis. Secundum enim benignitatẽ suam bene dedit bonum, & similes sibi suę potestatis homines fecit: secundũ autem prouidentiam sciuit hominũ infirmitatẽ, & quæ uentura essent ex ea, secundũ autem dilectionẽ & uirtutẽ uinci factæ naturę substantiã. Oportuerat aũt primo naturam apparere, post deinde uinci & absorbi mortale ab immortalitate, & corruptibile ab incorruptibilitate, & fieri hominem secundũ imaginem & similitudinem dei, agnitione accepta boni & mali.

Quæ

Quæ est agnitio boni & mali, & quemadmodum homo cum indicto audiens fuisset, inualuit deus per dicti audientiam meliorem fieri hominem. Cap. LXXVI.

AGnitionem aũt accepit homo boni & mali. Bonum est aũt obedire deo, & credere ei, & custodire eius præceptũ, & hoc est uita hominis: quemadmodũ non obedire deo malũ, & hoc est mors eius. Magnanimitatẽ igitur præstante deo cognouit homo & bonum obedientiæ, & malum inobedientiæ, uti oculo mentis utrorũq; accipiens experimentũ, electionem meliorũ cum iudicio faciat, & nunq; segnis, neq; negligens præcepti fiat dei, & id quod aufert ab eo uitam, id est, nõ obedire deo, sciens quoniã bonum est, ut cum omni intentione diligenter custodiat. Propter hoc etiã duplices habuit sensus, utrorũq; agnitionẽ habentes, ut electionem meliorũ cum disciplina faciat. Disciplinam aũt boni quemadmodũ habere potuisset, ignorãs quod est contrariũ: firmior est enim indubitata subiacentiũ apprehensio, q; ea quæ est ex suspicione coniectura. Quemadmodũ enim lingua per gustum accipit experimentũ dulcis & amari, & oculus per uisionem discernit quod est nigrũ ab albo, & auris per auditũ differentias sonorũ scit: Sic & mens per utrorũq; experimentũ disciplinam boni accipiẽs, firmior ad conseruationẽ eius efficitur, obediẽs deo, Inobedientiã quidem primum respuens per pœnitentiã, quoniam amarum et malũ est: deinde ex cõprehensione discens, quale sit quod cõtrariũ est bono & dulcedini, ne tenet quidem unq; inobedientiã gustare dei. Si aũt utrorumq; eorũ cognitionẽ, & duplices sensus cognitionis quis defugiat, latenter semetipsum occidit hominẽ. Quemadmodũ igitur erit deus, qui nondũ factus est homo, quomodo aũt perfectus nuper effectus? Quomodo aũt immortalis, qui in natura mortali non obediuit factori? Oportet enim te quidẽ primo ordinem hominis custodire, tunc deinde participare gloriæ dei. Non enim tu deum facis, sed deus te facit. Si ergo opera dei es, manum artificis tui expecta, opportunè oẽia facientem, opportune autem quantũ ad te attinet qui effeceris, prẽsta ei aũt cor tuum molle & tractabile, & custodi figurã qua te figurauit artifex, habens in semetipso humorẽ, ne induratus amittas uestigia digitorum eius. Custodiens aũt compaginationem ascendes ad perfectũ: ab artificio enim dei abscondetur quod est in te lutum, fabricabit substantiam in te, manus eius liniet te ab intus & à foris auro puro, & argento, & in tantũ ornabit te, ut & ipse rex concupiscat speciẽ tuam. Si uero statim obduratus respuas artem eius, & ingratus existas in eum, quoniã homo factus es, ingratus deo factus simul & artem eius, & uitam amisisti. Facere eñ propriũ est benignitatis dei, fieri aũt propriũ est hominis naturæ. Si igitur tradideris ei quod est tuũ, id est fidem in eum & subiectionẽ, percipies eius artem, & eris perfectũ opus dei. Si

autem

aũt nõ credideris ei,& fugeris manus eius,erit cauſa imperfectionis in te,qui nõ obediſti, ſed nõ in illo qui uocauit. Ille em̃ miſit qui uocarẽt ad nuptias,qui aũt non obedierũt ei, ſemetipſos priuauerũt regia cœna. Sed ille qui non cõſequitur eam,ſibimet ſuę imperfectionis eſt cauſa. Nec em̃ lumen deficit ꝓpter eos,qui ſemetipſos excęcauerunt. Sed illo perſeuerãte quale & eſt, excęcati per ſuam culpam in caligine conſtituuntur:neq; lumen cũ magna neceſſitate ſubĩciet ſibi quenq̃, neq; deus cogit eum qui nolit cõtinere eius artem. Qui igitur abſtiterunt à paterno lumine,& trãſgreſſi ſunt legẽ libertatis,per ſuã abſtiterũt culpam:liberi arbitrĩj & ſuæ poteſtatis facti. Deus aũt omnia præſciens, utriſq; aptas præparauit habitationes, eis quidẽ qui inquirunt lumen incorruptibilitatis,& ad id recurrunt,benigne donans hoc qđ concupiſcunt lumen:alĩjs uero id cõtemnentib. & auertẽtibus ſe ab eo,& id fugientib.& quaſi ſemetipſos excæcãtibus,cõgruẽtes lumini aduerſantibus præparauit tenebras, & his qui fugiũt ei eſſe ſubiecti,conuenientem ſubdidit pœnã. Subiectio aũt dei requietio eſt æterna, ut hi qui fugiũt lumen,dignũ fugæ ſuæ habeãt locũ, & qui fugiunt æternã requiẽ,congruentẽ fugæ ſuę habeant habitationẽ. Cum aũt apud deũ omnia ſint bona,qui ex ſua ſententia fugiunt deũ,ſemetipſos ab omnibus fraudãt bonis. Fraudati aũt om̃ibus erga deũ bonis, cõſequenter in dei iuſtum iudiciũ incident. Qui em̃ fugiunt requiẽ, iuſte in pœna conuerſabuntur:& qui fugerunt lumen, iuſte inhabitabunt tenebras. Quemadmodũ autem in hoc temporali lumine qui fugiũt illud,ipſos ſe tenebris mancipãt,ita ut ipſi ſibi cauſa fiant,quod deſtituuntur à lumine,& inhabitãt tenebras,& non lumen cauſa eſt huiuſmodi cõuerſationis,quemadmodũ prędiximus:Sic æternũ dei qui fugiũt lumen, quod continet in ſe omnia bona, ipſi ſibi cauſa ſunt ut æternas inhabitent tenebras,deſtituti omnib.bonis,ſibimetipſi cauſa huiuſmodi habitationis facti. Vnus igitur & idẽ deus pater, qui quidẽ concupiſcentibus eius cõmunicationẽ, & perſeuerantib. in ſubiectione eius, quæ ſunt apud ſe præparata bona:principi aũt abſceſſionis diabolo,& qui cum eo abſceſſerunt angelis,æternum ignem præparans,in quem mittuntur,inquit dominus,illi qui in ſiniſtra ſeparati ſunt.

Quid eſt quod à Propheta dictum eſt, Ego deus zelans,faciens pacem,& condens mala. Cap. LXXVII.

ET hoc quod à propheta dictum eſt, Ego deus zelans, faciens pacem,& cõdens mala,in eos quidem qui pœnitentiã agentes conuertuntur ad eum faciens pacem,et amicitiã,& unitatem componens, Super eos uero qui pœnitentiam non agunt, ſed fugiunt eius lumen, ignem æternum,& exteriores tenebras præparans, quæ quidem ſunt mala his qui incidunt in ea,ſed bona ex iuſtitia dei.

Oſtenſio

Ostensio quoniam non alius est, qui requiem dat pater, alius qui ignem præparauit deus. Cap. LXXVIII.

SI autem alius quidem esset qui requiem donat pater, & alius qui ignem præparauit deus, fuissent æque differentes & filij, Alius quidem in patris regnū mittens, alius uero in æternū ignem. Sed quoniã unus & idem dominus, separari demonstrauit in iudicio omne genus humanum, quemadmodū pastor segregat oues ab hœdis, & alijs quidem dicit, Venite benedicti patris mei, percipite regnū, quod paratū est uobis: alijs uero, Discedite à me maledicti in ignem æternū, quem parauit pater meus diabolo & angelis eius: unus & idem pater manifestissime ostenditur, faciens pacem & condens mala, præparãs utrisque quę sunt apta: quemadmodū & unus iudex utroscp in aptum mittens locum, quemadmodū & in zizaniorum & tritici parabola manifestauit dñs, dicens, Quemadmodum colliguntur zizania et in ignem mittuntur, sic erit in consummatione seculi, mittet filius hominis angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala, & eos qui faciunt iniquitatem, & mittent eos in clibanum ignis: illic erit fletus & stridor dentium. Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris ipsorum. Qui ergo regnum præparauit iustis pater, in quod assumpsit filius eius dignos, mittent hi qui à filio hominis missi sunt angeli, secundū iussum dei. Hic enim in agro suo bonū semen seminauit. Ager autem, inquit, seculum est. Cum autem dormirent homines uenit inimicus, & superseminauit zizania inter frumentū & abijt. Ex tunc em̃ apostata est angelus hic & inimicus, ex quo zelauit plasma dei, & inimicū illum deo facere aggressus est, Quapropter et deus eum quidem qui à semetipso zizaniam absconse seminauit, id est transgressionem, quam ipse intulit, separauit à sua conuersatione. Eum autem qui negligenter quidem sed male accepit inobedientiã, hominem miseratus est, & retorsit inimicitiam per quam inimicū deo facere uoluit, in ipsum inimicitiarum autorem, auferens quidem suam quæ erat aduersus hominem inimicitiam, retorquens autem illam, & mittens illam in serpẽtem, Quemadmodum & scriptura ait dixisse serpenti dñm, & inimicitiam ponam inter te & mulierẽ, & inter semen tuum & inter semen mulieris. Ipse tuū calcabit caput, & obseruabis calcaneū eius: Et inimicitiam hanc dñs in semetipsum recapitulauit, de muliere factus homo, & calcans eius caput, quemadmodum in eo qui ante hunc est libro ostendimus. Quoniam angelos quosdam dixit diabolos, quibus æternus ignis præparatus est. Et rursus in zizanijs ait, Zizania sunt filij maligni, necessariū est dicere, quoniam omnes qui sunt absessionis asscripsit illi, qui princeps est huius transgressionis: sed non ille quidem natura aut angelos, aut homines fecit. Nihil enim in totum diabolus inuenitur fecisse,

uidelicet cum & ipſe creatura ſit dei, quemadmodū reliqui angeli. Omnia em̄ fecit deus, quemadmodū & Dauid ait, de omnib. huiuſmodi, Quoniam ipſe dixit, & facta ſunt, ipſe præcepit & creata ſunt.

Quare angeli, diaboli & filij nequitiæ dicti ſunt. Cap. LXXIX.

CVm igitur à deo omnia facta ſint, & diabolus ſibimetipſi, & reliquis factus eſt abſceſſionis cauſa, iuſte ſcriptura eos q̄ in abſceſſione perſeuerāt ſemper filios diaboli, & angelos dixit maligni. Filius enim quemadmodū & quidam ante nos dixit, dupliciter intelligitur, Alius quidē ſecundū naturā, eo quod natus ſit filius. Alius aūt ſecundum id quod factū eſt reputatur filius, licet ſit differentia inter natū & factū. Qnoniā ille quidem ex eo natus eſt, ille aūt ab ipſo factus eſt, ſiue ſecundū conditionem, ſiue ſecundū doctrinæ magiſteriū. Qui em̄ ab aliquo edoctus eſt uerbo, filius docētis dicitur, & ille eius pater. Secundum igitur naturā, quę eſt ſecundū conditionem, ut ita dicam, oēs filij dei ſumus, propter quod à deo oēs facti ſumus. Secundū autem dicto audientiā, & doctrinam, non omnes filij dei ſunt, ſed qui credūt & faciunt eius uoluntatē. Qui aūt non credunt, & nō faciunt eius uoluntatem, filij & angeli ſunt diaboli, ſecundum id quod opera diaboli faciunt. Quoniā autē ita ſe habet hoc, in Eſaia dixit: Filios genui & exaltaui, ipſi aūt me ſpreuerunt. Et iterū quæ dicit, filios alienos eos, ita: Filij alieni mentiti ſunt mihi: ſecundū naturam filij ſunt, propter hoc q̄d ab eo facti ſunt, ſecundum autem opera non ſunt filij.

Quid illi, & ob quam cauſam, Progenies uiperarum, qui non obediunt Euangelio. Cap. LXXX.

QVemadmodū enim in hominib. indicto audientes patribus filij abdicati, natura quidē filij eorum ſunt, lege uero alienati ſunt, nō em̄ hæredes fiunt naturaliū parentū: eodem modo apud deū qui non obediunt ei, abdicati ab eo deſierunt filij eius eſſe, unde nec hæreditatem eius percipere poſſunt, quēadmodū Dauid ait, Alienati ſunt peccatores ab utero, ira eius ſecundū ſimilitudinē ſerpētis. Et propter hoc quos ſciebat hominū eſſe progeniem, dixit ſic, progeniē uiperarū, ſecundum ſimilitudinem horum animaliū, in uarietate ambulantes, & lædentes reliquos. Attendite enim, inquit, à fermento phariſæorū, & ſadducęorū. Sed & de Herode dicēs: Dicite, inquit, uulpi huic, nequā aſtutiam eius & dolum ſignificans. Quapropter Dauid propheta ait: Homo in honore poſitus, aſſimilatus eſt iumentis. Et iterū Hieremias ait, Equi furentes circa fœminas facti ſunt, unuſquiſq; ad uxorē proximi ſui hinniebat. Et Eſaias in Iudæa præconans, & cum Iſrael diſputās, principes Sodomorū, & populum Gomorrhæ dicebat eos. Similes enim Sodomitis trāſgreſſione, & eadem quæ illi fecerunt peccata, eſſe apud eos ſignificans, propter ſimilem operationem eodem uocabulo

uocans

uocãs eos,& quia nõ natura essent sic facti à deo,sed qui possent & iuste agere,idem dicebat, consiliũ eis dans,Lauamini, mundi estote,auferte ne ꝙtias ab animis uestris, ante oculos meos, quiescite ab iniquitatibus uestris. Scilicet quoniã ĩdem ipsi cum trãsgrederẽtur & peccarent,eandẽ quam Sodomitę perceperunt obiurgationẽ. Cum ẽm conuerterentur, & pœnitentiã agerent, & quiescerent à malitia,filĩ poterant esse dei,& hæreditatẽ cõsequi incorruptelæ quæ ab eo prẹstatur. Secundũ hanc igitur rationẽ, angelos diaboli, & filios dixit maligni, qui diabolo credunt, & ea quæ sunt eius, agunt. Qui quidẽ ab initio oẽs ab uno deo facti sunt, Verũ quando credunt, & subiecti esse deo perseuerãt,& doctrinã eius custodiunt, filĩ sunt dei: Cum aũt abscesserunt,& trãsgressi fuerunt, diabolo asscribuntur principi,& qui primo sibi, tunc & reliquis causa abscessionis factus est. Quoniam aũt multi quidem dñi sermones,unum autem & eundem omnes annuntiant patrem factorem mundi huius,oportebat & nos propter eos qui in multis erroribus continentur, per multa confutare, si quo modo possent per multa cõfutati ad ueritatẽ cõuerti & saluari. Necessariũ est autem, conscriptioni huic consequenti, post dñi sermones subiungere Pauli quoq; doctrinam, & examinare sententiã eius, & Apostolũ exponere,& quæcunq; ab hæreticis in totum non intelligentib. quæ à Paulo dicta sunt,alias acceperunt interpretationes,explanare,& dementiam insensationis eorũ ostendere, Et ab eodem Paulo,ex quo nobis quæstiones inferunt, manifestare illos quidem mendaces, Apostolũ uero prædicatorem esse ueritatis,& omnia consonantia ueritatis præconio docuisse,unum deum patrem eum, qui locutus sit ad Abrahã, qui legisdationem fecerit,qui prophetas præmiserit: qui nouissimis temporibus filium suum miserit, salutem suo plasmati donans, quod est carnis substãtia. Reliquos igitur sermones domini quos quidam nõ per parabolas, sed simpliciter ipsis dictionibus docuit de patre, & expositionem epistolarũ beati Pauli apostoli in alio libro disponentes,integrum tibi opus exprobrationis & euersionis falso cognominatę agnitioni præstante deo præuenimus, & nos ipsos & te ad contradictionem omnium hæreticorum in quinq; exercentes libris.

ARGVMENTVM IN QVINTVM LIBRVM PER DES. ERASMVM ROTERODAMVM.

IN HOC quinto libro cum multa scripturarũ loca diligenter explicentur, quædam tamen insunt,quæ nisi quis commode interpretetur, non satis congruere uidentur cum his dogmatibus, quæ hoc tempore præscribit ecclesia. Probat enim Iustini martyris sententiã, qui dixerit satanam nusquam ausum dicere blasphemiam aduersus deum, priusquam aduenisset in terras

dominus,eo quod nondum cognoſceret damnationem ſuam.In alte-
ro loco uidetur ſentire animas exutas corpore,non ſtatim frui glorifi-
cante uiſione dei,ſed abditas ſeruari in diem reſurrectionis, De purga
torio nulla mentio,quin potius uidetur duplicē ſentire reſurrectionē,
primum animarum,mox corporum:ſic enim loquitur in calce operis:
Cum enim dominus in medio umbræ mortis abierit, ubi animæ mor
tuorum erant,poſt deinde corporaliter reſurrexit,& poſt reſurrectio-
nem aſſumptus eſt, manifeſtum eſt, quia & diſcipulorū eius, propter
quos & hæc operatus eſt dominus, animæ abibunt in inuiſibilem lo-
cum definitum eis à deo,& ibi uſq; ad reſurrectionem commorabun-
tur,ſuſtinentes reſurrectionē: poſt recipientes corpora & perfecte re-
ſurgentes,hoc eſt corporaliter,quemadmodum dñs reſurrexit,ſic ue-
nient ad conſpectum dei. Hactenus Irenæus. in quibus,cum ait, Poſt
recipientes corpora,& perfecte reſurgentes,ſubindicat aliquā anima-
rum reſurrectionem imperfectam ante recepta corpora. Rurſum cum
ait,Sic uenient ante cōſpectum dei,ſignificat animas non recipi in glo
riam cœleſtem ante reſurrectionem corporum: in quo errore fuiſſe ui
detur Ioannes pontifex Romanus, eius nominis uigeſimus, coactus
opera theologorum Pariſiorum ad palinodiam,coram Galliarum re-
ge Philippo,non ſine buccina,quod indicat Ioannes Gerſon in ſermo
ne de paſcha. Quin & Hieronymus alicubi teſtatur eum ſenſiſſe cum
Chiliaſtis,quum aliàs,tum enarrans Ezechielis caput trigeſimūſextū.
Sed in huiuſmodi multis ueteres illi cum candore, nonnunq; & cum
uenia legendi ſunt,quod hæc tum temporis nondum in quæſtionem
uenerant,aut ſi uenerant, nōdum excuſsis ſcripturis eccleſia ſuper his
ſuam ſententiam clara uoce pronunciarat. In prima quidem præfatio-
ne dubitabamus,utrū grȩce ſcripſiſſet Irenęus an latine,nec adhuc cer
tum aliquid habemus,niſi quod Hieronymus,eo loco quem modo ci
taui,teſtatur eum fuiſſe Grȩcum,quanquā & hic dubitare licet, utrum
natione Græcum dixerit, an ſcriptorem Græcum. Sed apparet illum
de ſcriptura ſenſiſſe, cum illum copulat cum Apollinare, quem cōſtat
grece ſcripſiſſe. Verba Hieronymi ſic habent, Quod & multi noſtro-
rum & præcipue Tertulliani liber, qui inſcribitur,De ſpe fidelium,&
Lactantij inſtitutionum uolumen ſeptimum pollicetur, & Victorini
Pictabionēſis epiſcopi crebræ expoſitiones, & nuper Seuerus noſter
in dialogo,cui Gallo nomen impoſuit, Et,ut Grȩcos nominem,& pri
mum extremumq; coniungam,Irenæus & Apollinaris.Hȩc Hierony
mus. Adiuuant hanc opinionem tituli librorum Græci. Tantum ob-
ſtrepit, quod uerſus aliquot Græcos admixtos uidemus illius libris,
quod ab autore fit uſitate, ab interprete non item:tum quod nullus in
dicauit interpretis nomen. Bene uale lector.

D.Ire

D. IRENAEI EPISCOPI LVGDVNENSIS LIBER QVINTVS.

TRADVCTIS diligẽtiſsime omnibus hæreticis in quatuor lib. qui ſunt tibi ante hunc à nobis æditi, & doctrinis ipſorũ manifeſtatis, euerſis quoq; his, qui irreligioſas adinuenerunt ſentẽtias, aliquid quidem ex propria uniuſcuiuſq; illorum doctrina, quam in ſuis conſcriptis reliquerunt, aliquid aũt & ratione, uniuerſis oſtenſionib. procedente, & ueritate oſtenſa & manifeſtato præconio eccleſiæ, quod prophetæ quidẽ præconizauerunt, quemadmodũ demonſtrauimus, perfecit aũt Chriſtus, apoſtoli uero tradiderũt, à quibus eccleſia accipiens, pe uniuerſum mundũ ſola bene cuſtodiens, tradidit filiis ſuis: Quæſtionibusq; oĩbus ſolutis, quæ ab hæreticis nobis proponebãtur, & apoſtolorũ doctrina explanata, & manifeſtatis plurib. quæ à dño per parabolas & dicta ſunt & facta: In hoc lib. quinto, qui eſt de traductione operis uniuerſi, & euerſione falsò cognominatæ agnitionis, & reliquis doctrinis dñi noſtri, & ex apoſtolicis epiſt. conabimur oſtenſiones facere, quemadmodũ poſtulaſti à nobis obedientibus tuo præcepto: quoniam & in adminiſtratione ſermonis poſiti ſumus, & omni modo elaboramus ſecundũ noſtram uirtutẽ plurima tibi quidem in ſubſidiũ præſtare aduerſum contradictiones hæreticorum, errantes aũt retrahere, & conuertere ad eccleſiã dei, Neophytorũ quoq; ſenſum confirmare, ut ſtabilem cuſtodiãt fidem, quam bene cuſtoditã ab eccleſia acceperunt, ut nullo modo tranſuertãtur ab his, qui male docere eos, & abducere à ueritate conãtur. oportebit aũt te omnesq; lecturos hanc ſcripturã, impenſius legere ea quæ à nobis prædicta ſunt, & argumẽta ipſa ſcias, aduerſus quæ cõtradictiones facimus. Sic eĩ & legitime eis contradices, & de præparato accipies aduerſus eos contradictiones, illorum quidem ſententias per cœleſtẽ fidem uelut ſtercora abĵciens, ſolum aũt uerum & firmũ magiſtrũ ſequens uerbum dei Ieſum Chriſtũ dñm noſtrũ: qui propter immenſam ſuam dilectionem factus eſt qđ ſumus nos, uti nos perficeret eſſe, qđ eſt ipſe. Non enim aliter nos diſcere poteramus quæ ſunt dei, niſi magiſter noſter uerbũ exiſtens, homo factus fuiſſet. Neq; enim alius poterat enarrare nobis quæ ſunt patris, niſi propriũ ipſius uerbũ. Quis enim alius cognouit ſenſum domini? Aut quis alius eius conſiliarius factus eſt? Neq; rurſus nos aliter diſcere poteramus, niſi magiſtrum uidentes, & per auditũ noſtrum uocem eius percipientes, uti imitatores quidem

operum,factores autē ſermonū eius facti, cōmunionē habeamus cum ipſo, à perfecto & eo qui eſt ante omnē conditionem augmentū accipiētes:qui nūc nuper facti ſumus, à ſolo optimo & bono,& ab eo qui habet donationē incorruptibilitatis,in eam quæ eſt ad eum ſimilitudinem facti.Prædeſtinati quidē ut eſſemus qui nondū eramus, ſecundū præſcientiā patris,facti aūt initium facturæ accepimus in præcognitis temporib.ſecundū miniſtrationē uerbi,qui eſt perfectus in omnibus, quoniā uerbum potens,& homo uerus,ſanguine ſuo rationabiliter redimens nos, redemptionē ſemetipſum dedit pro his, qui in captiuitatem ducti ſunt.Et quoniam iniuſte dominabatur nobis Apoſtaſia, & cum natura eſſemus dei omnipotentes,alienauit nos contra naturam, ſuos proprios faciēs diſcipulos,potens in omnibus dei uerbum,& nō deficiens in ſua iuſtitia,iuſte etiā aduerſus ipſam cōuerſus eſt Apoſtaſiam,ea quæ ſunt ſua redimens ab ea: nō cum ui,quemadmodū illa initio dominabatur noſtri, ea quæ nō erant ſua inſatiabiliter rapiens,ſed ſecundū ſuadelam: quemadmodū decebat deum ſuadentē,& nō uim inferentē accipere quę uellet, ut neqꝫ quod eſt iuſtum confringeretur, neqꝫ antiqua plaſmatio dei deperiret. Suo igitur ſanguine redimente nos dño, & dante animā ſuam pro noſtra anima, & carnem ſuam pro noſtris carnib. & effundente ſpiritū patris in adunitionē & cōmunionem dei et hominū,ad homines quidem deponente deum per ſpiritū, ad deum aūt rurſus imponente hominē per ſuam incarnationē, & firme,& uere in aduentu ſuo donante nobis incorruptelā, per cōmunionem quæ eſt ad deum, perierunt omnes hæreticorū doctrinæ. Vani enim ſunt qui putatiue dicunt eum apparuiſſe:nō enim putatiue hæc, ſed in ſubſtantia ueritatis fiebant. Si aūt cum homo non eſſet,apparebat homo,neqꝫ quod erat uere perſeuerauit ſpiritus dei,quoniā inuiſibilis eſt ſpiritus. Neqꝫ ueritas quædam erat in eo.Nō enim illud erat, quod uidebatur. Prædiximus aūt quoniam Abraham & reliqui prophetæ,prophetice uidebāt eum,id quod futurū erat per uiſionem prophetantes.Si igitur & nunc talis apparuit,non exiſtens quod uidebatur,quædā prophetica uiſio facta eſt hominib. & oportet alium expectare aduentū eius, in quo talis erit, qualis nunc uiſus eſt prophetice. Oſtendimus aūt quoniam idem eſt, putatiue dicere eum uiſum,& nihil ex Maria accepiſſe.Neqꝫ enim eſſet uere ſanguinem & carnem habens, per quam nos redemit, niſi antiquam plaſmationem Adæ in ſemetipſum recapitulaſſet. Vani igitur qui à Valētino ſunt hoc dogmatizantes,uti excludant ſalutē carnis,et reprobent plaſmationē dei. Vani autē & Ebionei,unitionem dei & hominis per fidem non recipientes in ſuam animā, ſed in ueteri generationis perſeuerantes fermento neqꝫ intelligere uolentes,quoniā ſpiritus ſanctus aduenit in Mariam

& uir

& uirtus altiſsimi obumbrauit eam, quapropter et quod generatũ eſt, ſanctũ eſt, & filius altiſsimi dei patris omniũ: qui operatus eſt incarnationem eius, et nouã oſtendit generationẽ: uti quemadmodũ per priorem generationẽ mortem hæreditauimus, ſic per generationẽ hanc hęreditaremus uitã. Reprobant itaq; hi cõmixtionẽ uini cœleſtis, & ſola aqua ſecularis uolunt eſſe, nõ recipientes deum ad cõmixtionẽ ſuam: perſeuerant aũt in eo qui uictus eſt Adam, & proiectus eſt de paradiſo: nõ contemplãtes, quoniã quemadmodũ ab initio plaſmationis noſtræ in Adam, ea quæ fuit à deo inſpiratio uitæ, unita plaſmati anima uit hominẽ, & animal rationabile oſtendit: ſic in fine uerbum patris, et ſpiritus dei, adunitus antiquæ ſubſtantiæ plaſmationis Adæ, uiuentẽ & perfectũ efficit hominem, capientem perfectũ patrem, ut quemadmodum in animali omnes mortui ſumus, ſic in ſpiritali omnes uiuificemur. Non enim effugit aliquando Adam manus dei, ad quas pater loquens, dicit, Faciamus hominẽ ad imaginẽ & ſimilitudinẽ noſtram. Et propter hoc in fine non ex uoluntate carnis, neq; ex uoluntate uiri, ſed ex placito patris manus eius uiuum perfecerunt hominem, uti fiat Adam ſecundũ imaginem & ſimilitudinem dei. Vani autem & qui in aliena dicunt deum ueniſſe, uelut aliena concupiſcentẽ, uti eum hominem qui ab altero factus eſſet exhiberet ei deo, qui neq; feciſſet, neque cõdidiſſet, ſed & qui deſolatus eſſet ab initio à propria hominũ fabricatione. Non ergo iuſtus aduentus eius, qui ſecundum eos aduenit in aliena, neq; uere redemit nos ſanguine ſuo, ſi nõ uere homo factus eſt, reſtaurans ſuo plaſmati, quod dictum eſt, In principio factum eſſe hominem ſecundum imaginẽ & ſimilitudinem dei, non aliena in dolo diripiens, ſed ſua propria iuſte & benigne aſſumens. Quantum attinet quidem ad apoſtaſiã, iuſte ſuo ſanguine redimens nos ab ea, quãtum aũt ad nos, qui redempti ſumus, benigne. Nihil em̃ illi ante dedimus, neq; deſiderat aliquid à nobis, quaſi indigẽs. Nos aũt indigemus eius quæ eſt ad eum cõmunionis. Et ꝓpterea benigne effudit ſemetipſum ut nos colligeret in ſinu patris. Vani autẽ omnimodo, qui uniuerſam diſpoſitionem dei contemnunt, & carnis ſalutem negant, & regenerationem eius ſpernunt, dicentes non eam capacem eſſe incorruptibilitatis. Sic autem ſecundũ hæc uidelicet, nec dominus ſanguine ſuo redemit nos, neq; calix Euchariſtiæ communicatio ſanguinis eius, neq; panis quem frangimus cõmunicatio corporis eius eſt. Sanguis enim nõ eſt, niſi à uenis & carnibus, & à reliqua quæ eſt ſecundum hominem ſubſtãtia, qua uere factũ uerbũ dei, ſanguine ſuo redemit nos. Quemadmodum & Apoſtolus eius ait: In quo habemus redemptionẽ, per ſanguinem eius, & remiſsionem peccatorum. Et quoniam membra eius ſumus, & per creaturam nutrimur: creaturam autem ipſe nobis Euchariſtia

præstat,solem suū oriri faciens,& pluens quemadmodū uult:eum ca-
licem qui est creatura, suū corpus cōfirmauit, ex quo nostra auget cor
pora. Quādo ergo & mixtus calix,& factus panis percipit uerbū dei,
fit eucharistia sanguinis & corporis Christi, ex quib.augetur & consi
stit carnis nostræ substātia : quomodo carnem negāt capacem esse do
nationis dei,qui est uita æterna, quæ sanguine & corpore Christi nu-
tritur,et membrum eius,quemadmodū & Apostolus ait,in ea quę est
ad Ephesios epist. Quoniā mēbra sumus corporis eius, de carne eius,
& de ossibus eius : non de spiritali aliquo, & inuisibili homine dicens
hæc,Spiritus em̄ neq; ossa,nec carnes habet:sed de ea dispositiōe quæ
est secundū hominē,quæ ex carnib.& neruis & ossibus consistit,quæ
de calice,qui est sanguis eius nutritur,et de pane qui est corpus eiusau
getur. Et quemadmodū lignum uitis depositū in terra, suo fructificat
tempore, & granum tritici decidens in terram, & dissolutū multiplex
surgit,per spiritū dei,qui continet omnia, quæ deinde per sapientiā in
usum hominib.ueniunt,& sanguis Christi: sic & nostra corpora ex ea
nutrita & reposita in terrā, & resoluta in ea resurgent in suo tempore
uerbo dei resurrectionem eis donante,in gloriam dei patris. Qui huic
mortali immortalitatē circundat, & corruptibili incorruptelā gratui-
to donat:quoniā uirtus dei in infirmitate perficitur:ut nō quasi ex no-
bisipsis habentes uitam, inflemur aliquando & extollamur aduersus
deum,ingratā mentem accipientes, experimento aūt discētes, quoniā
ex illius magnitudine,& nō ex nostra natura habemus in æternū per-
seuerantiā:neq; ab ea quæ est circa deū gloria,sicuti est frustremur ali-
quando,neq; nostrā naturam ignoremus:sed ut sciamus,et quid deus
potest,& quid homo beneficij accipit, & nō erremus aliquando à ue-
ra comprehensione eorum quæ sunt, & quemadmodū sunt,id est dei
& hominis.Et nūquid forte quemadmodū prædiximus,propter hoc
passus est deus fieri in nobis resolutionē,ut per om̄ia eruditi,in omni-
bus simus diligentes,neq; deum, neq; nosmetipsos ignorantes.Mani
festissime autem Apostolus ostendit, quoniam traditus est suæ infir-
mitati homo,ne elatus aliquando excideret à ueritate,in secunda quæ
est ad Corinthios dicens,Et ut sublimitate reuelationum non superex
tollar,datus est mihi stimulus carnis, angelus satanæ, uti me colaphi-
zet, Et super hoc ter dominum rogaui, ut absistat à me, & dixit mihi,
Sufficit tibi gratia mea, Nam uirtus in infirmitate perficitur. Liben-
ter em̄ gloriabor in infirmitatib. meis, ut inhabitet in me uirtus Chri-
sti. Quid ergo? dicet enim aliquis, Voluit ergo dominus Apostolum
suum sic colaphizari? & talem sustinere infirmitatem? Etiam dicit uer
bum, Virtus em̄ in infirmitate perficitur,meliorem efficiens hunc,qui
per suam infirmitatē cognoscit uirtutē dei. Quemadmodū enim didi-

ciſſet homo, quoniã ipſe quidẽ infirmus, & natura mortalis, Deus aũt immortalis & potens, niſi id quod eſt in utroq; didiciſſet experimento? Suam enim infirmitatẽ dicere per ſuſtinentiã, nihil eſt malũ: magis aũt & bonum eſt nõ oberrare in natura ſua. Extolli aũt aduerſus deũ, & præſumptionẽ ſuæ gloriæ aſſumere, ingratũ reddens hominẽ, multum mali inferebat ei, ut ueritatem ſimul & dilectionem auferret ab eo eam, quæ eſt ad deum qui fecit eum. Vtrorunq; autem experientia uera quæ eſt de deo & homine agnitionẽ indidit ei, & auxit eius erga deum dilectionẽ. Vbi autẽ augmentũ eſt dilectionis, ibi maior gloria dei uirtute perficitur, his qui diligunt eum. Refutant igitur potentiam dei, & non contemplantur quod eſt uerum, qui infirmitatẽ intuentur carnis, uirtutem aũt eius qui ſuſcitat eam à mortuis, non contemplantur. Si eñ mortale non uiuificat: & corruptibile non reuocat ad incorruptelam, iam nõ potens eſt deus. Sed quoniã potens eſt in his omnibus, de initio noſtro contemplari debemus, Quoniã ſumpſit deus limum de terra, & formauit hominẽ. & quidem multo difficilius, & incredibilius eſt, ex non exiſtentibus oſsibus, & neruis, & uenis, & reliqua diſpoſitione quæ eſt ſecundũ hominem facere ad hoc ut ſit, et quidem animalem & rationabilem facere hominem: quam quod factum eſt, & deinde ſolutum eſt in terram, propter cauſas quas prædiximus, rurſus redintegrare: licet in illa ceſſerit, unde & initio eum qui nõ erat fecit ut eſſet, quãdo uoluit: multo magis eos qui iam fuerunt, rurſus reſtituet uolens, in eam quæ ab eo datur uitam. Inuenietur autem perceptrix & capax caro uirtutis dei, quæ ab initio percepit artem dei, & aliud quidem factum eſt oculus uidens, aliud auris audiens, aliud manus palpans & operans, aliud nerui undiq; condenſi, & continentes membra, aliud arteriæ & uenæ, ſanguinis & ſpiritus trãſitoria. Aliud uero in uiſcera diuerſa. Aliud ſanguis, copulatio animæ & corporis. Quid enim? Non eſt numerũ dicere uniuerſæ fabricationis, quę eſt ſecundũ membra hominis, quæ nõ ex alia facta eſt, ſed ex magna ſapientia dei. Quæ aũt ſapientia participãt deum, participant & uirtutẽ eius. Non igitur exors caro ſapientiæ & uirtutis. Nam uirtus eius quæ uitã præſtat in infirmitate perficitur, id eſt in carne. Dicant autẽ nobis qui dicunt non eſſe capacẽ carnem illius uitæ quæ datur à deo, utrũ uiuentes nunc, & participãtes uitam dicant hæc, an in totum uitæ quidẽ habentes nihil, mortuos autẽ ſemetipſos in præſenti confitebuntur. Et ſi quidem mortui, quomodo & mouentur, & loquuntur, & reliqua faciunt, quæ non mortuorũ ſed uiuorum ſunt opera? Si autem uiuunt nunc, & totum illorũ corpus participat uitæ, quo modo audent dicere nõ eſſe carnem participatricem uitæ, confitentes habere ſe uitam in præſenti? Simile eſt quemadmodum ſi quis ſpongiam aquæ plenam

tenens

tenens uel faculã ignis, nõ posse participare aquæ dicat spongiã, neq; faculã igni. Eo modo & hi uiuere se dicentes,& in suis membris exultantes, postea sibimetipsis cõtrarij existentes, dicunt nõ esse membra ipsorum percapabilia uitæ. Si aũt hæc quæ est temporalis uita,cum sit multo infirmior,q; ila æterna uita, tamen tantum potens est,ut uiuificet nostra membra mortalia, cur illa quæ est æterna uita,non uiuificabit eam carnẽ quæ iam meditata,& assuescit portare uitã? Quoniã aũt participatrix uitæ sit caro,ad hoc quod uiuet ostenditur:uiuit enim in quantũ deus uult uiuere. quoniam aũt & deus potens est præstare uitam nobis qui uiuimus, & dñs itaq; cum sit potens uiuificare plasma suum, & caro cum possit uiuificari, quid supereſt quod ꝓhibeat eam percipere incorruptelã,quæ est lõga & sine fine à deo tributa uita? Latent aũt semetipsos,qui alterũ affingunt patrem,& bonũ eum uocant, infirmũ & inutilem & negligentẽ inferentes eum, ut nõ dicamus quoniam liuidum & inuidũ in eo quod dicant nõ uiuificari ab eo nostra corpora. Cum enim dicant ea quæ omnibus sunt manifesta,quoniam perseuerãt immortalia, utputa spiritus & anima,& quæ sunt alia,quoniam uiuificãtur à patre, illud aũt qd nõ aliàs uiuificatur, nisi illi deus præstet uitam,de reliquo aut impotentẽ & infirmum ostendit patrem ipsorum, aut inuidum & liuidum. Demiurgo enim & hic uiuificante mortalia corpora nostra, & resurrectionem eis per prophetas promittente,quemadmodũ ostendimus,quis potentior & fortior & uere bonus ostẽditur? Vtrum Demiurgus,qui totum uiuificat hominem,an falso cognominatus ipsorum pater? Qui equidẽ quæ sunt natura immortalia,quibus aũt opus est ab eo adiutorio ut uiuant, non uiuificãs benigne,relinquens illa negligenter in mortem. Vtrum ergo & his uitam pater ipsorũ cum nõ possit,nõ præstat,an cum possit? Si quidem cum non possit, iam non potens est neq; perfectus super Demiurgũ. Demiurgus eñ præstat,quemadmodũ adest uidere,quod ille nõ potest præstare. Si aũt cum possit præstare, non præstat,iam non bonus ostenditur,sed inuidus & malignus pater. Si aũt & causam aliquã dixerint, per quam nõ uiuificat corpora pater ipsorũ,ipsam causam maiorem necesse est apparere q; patrem obtinentem benignitatẽ eius: & infirmabitur benignitas eius, ꝓpter causam eam, quæ ab ipsis dicitur. Quoniam aũt possunt corpora percipere uitam, omnibus uidere est. Viuunt enim in quantũ ea deus uult uiuere,& iam nõ possunt dicere, quod minime ualeãt uitam capere. Si igitur propter necessitatẽ,& causam aliã quandam nõ uiuificãtur, quæ possunt participare uitã,erit necessitati & causæ seruiẽs pater ipsorũ,& nõ iam liber & suæ potestatis in sentẽtia. Quoniã aũt multo tempore perseuerabãt corpora in quantum placuit deo bene habere, legant scripturas, & inuenient eos qui

ante

ante nos fuerunt, ſeptingentos & octingẽtos, & noningentos annos ſupergreſſos:& conſequebantur corpora ipſorũ,longinquitatem dierum,& participabãt uitã, in quantũ ea deus uiuere uolebat. Quid aũt de illis dicemus? Quoniã quidem Enoch placens deo in quo placuit corpore translatus eſt,translationem iuſtorum præmonſtrans.Et Helias ſicut erat in plaſmatis ſubſtantia aſſumptus eſt, aſſumptionem patrum prophetãs: & nihil impedit eos corpus in translatione & aſſumptione eorũ.Per illas enim manus,per quas in initio plaſmati ſunt,per ipſas & aſſumptionẽ & translationẽ acceperunt. Aſſuetæ enim erant in Adam manus dei coaptare,& tenere, & baiulare ſuũ plaſma,& ferre & ponere,ubi ipſæ uellent. Vbi ergo primus poſitus eſt homo ſcili licet in paradiſo,quemadmodũ ſcriptura dicit: Et plantauit deus paradiſum in Edem contra orientẽ, & poſuit ibi hominẽ quem plaſmauit, & inde proiectus in hunc mundũ non obediens.Quapropter dicunt presbyteri,qui ſunt apoſtolorum diſcipuli,eos qui translati ſunt,illuc trãslatos eſſe,luſtis em̃ hominib.& ſpiritũ habentibus præparatus eſt paradiſus,in quẽ & Paulus apoſt.aſportatus audiuit ſermones inenarrabiles, quantũ ad nos in præſenti:et ibi manere eos qui translati ſunt uſq; ad cõſummationẽ conſpicantes incorruptelã.Si aũt quis impoſſibile extimet tãtis temporib.permanere homines,& Heliam nõ in carne aſſumptũ,conſumptã aũt carnem eius in igneo curru,intendat quoniam Ionas quidem in profundũ proiectus eſt, & in uentrem Ceti abſorptus,ſaluus iterũ exputus eſt terræ,iuſſu dei. Ananias etiã,& Azarias,& Mizael miſſi in caminũ ignis ſeptuplum exardentem,neq; nociti ſunt aliquid,neq; odor ignis inuentus eſt in eis.Qui igitur affuit illis manus dei,& inopinata,& impoſſibilia naturæ hominũ in eis perficiens,quid ſi in his qui translati ſunt effecit aliquid inopinatũ, deſeruiens uoluntati patris? Hæc eſt aũt filius dei,quemadmodũ ſcriptura ait dixiſſe Nabuchodonoſor regem, Nónne tres uiros miſimus in caminũ,& ecce ego uideo quatuor deambulãtes in medio ignis,et quartus ſimilis filio dei. Neq; igitur natura alicuius eorũ q̃ facta ſunt, neq; infirmitas carnis fortior erit ſuper uoluntatẽ dei. Nõ em̃ deus his q̃ facta ſunt & ſubiecta ſunt deo,& omnia ſeruiunt uolũtati eius.Quapropter & dñs ait: Quæ impoſſibilia ſunt apud homines, poſſibilia ſunt apud deum.Quemadmodũ igitur his qui tũc ſunt hominib.ignorantibus diſpoſitionẽ dei incredibile & impoſſibile uideretur tantos annos aliquem hominem poſſe uiuere, & uixerunt hi qui ante nos fuerunt,& uiuunt qui translati ſunt ad exemplũ longitudinis dierũ,& de uentre Ceti,& de camino ignis ſaluos exiſſe,& tamen exierunt educti uelut manu dei,ad oſtenſionẽ uirtutis eius: Sic & nũc quãuis quidam ignorãtes uirtutẽ & promiſſionẽ dei cõtradicant ſuæ ſaluti, impoſſi-

bile

bile existimãtes posse deum suscitantẽ corpora in sempiternũ perseue rationẽ eis donare, non tamen incredulitas taliũ euacuauit fidem dei. Glorificabitur aũt deus in suo plasmate, cõforme illud & consequens suo puero adaptãs. Per manus eṁ patris, id est, per filiũ et spiritũ fit ho mo secundũ similitudinẽ dei, sed nõ pars hominis. Anima aũt & spiri tus pars hominis esse possunt, homo aũt nequaq̃: perfectus aũt homo cõmixtio & adunitio est animæ assumentis spiritũ patris, & admixtæ in carne quæ est plasmata secundũ imaginẽ dei. Propter quod & Apo stolus ait, Sapientiam loquimur inter perfectos, Perfectos dicens eos, qui perceperunt spiritũ dei, & omnib. linguis loquuntur per spiritum dei, quemadmodũ & ipse loquebatur. Quemadmodũ et multos audi uimus fratres in ecclesia prophetica habentes charismata, et per spiritũ uniuersis linguis loquentes, & absconsa hominũ in manifestũ produ centes ad utilitatẽ, & mysteria dei enarrantes, quos & spirituales Apo stolus uocat, secundũ participationẽ spiritus existentes spirituales, sed nõ secundũ defraudationẽ & interceptionẽ carnis, & nude hoc ipsum solum. Si enim substantiã tollat aliquis carnis, id est plasmatis, et nude idipsum solum spiritũ intelligat, iam nõ spiritualis homo est quod est tale, sed spiritus hominis aut spiritus dei. Cum aũt spiritus hic commi xtus animæ unitur plasmati, propter effusionem spiritus spiritualis & perfectus homo factus est, & hic est qui secundũ imaginẽ & similitu dinem factus est dei. Si aũt defuerit animæ spiritus, animalis est uere, qui est talis, & carnalis derelictus imperfectus erit, imaginẽ quidẽ ha bens in plasmate, similitudinem uero non assumens per spiritũ. Sicut aũt hic imperfectus est, sic iterũ si quis tollat imaginem, & spernat pla sma, iam non hominẽ intelligere potest, sed et partẽ aliquam hominis, quemadmodũ prædiximus, uel aliud aliquid præter hominem. Neqꝫ enim plasmatio carnis ipsa secundũ se homo perfectus est, sed corpus hominis & pars hominis. Neqꝫ enim & anima ipsa secundũ se homo, sed anima hominis & pars hominis. Neqꝫ spiritus homo, spiritus eṁ & nõ homo uocatur. Cõmixtio autem & unitio horum omniũ, perfe ctum hominẽ efficit. Et propter hoc Apostolus seipsum exponens, ex planauit perfectam & spiritalem salutẽ hominis, in prima ad Thess. di cens, Deus autem pacis sanctificet uos perfectos, ut integer uester spi ritus, & anima, & corpus sine querela in aduentum domini Iesu Chri sti seruetur. Et quam utiqꝫ causam habebat his tribus, id est animæ & corpori, & spiritui integram & perfectam perseuerationem precari in aduentu domini, nisi reintegrationem & adunitionem trium, unam et eandem ipsorum sciebat salutem? Propter quod & perfectos ait eos, qui tria sine querela exhibent domino. Perfecti igitur, qui & spiritum in se perseuerantem habent dei, & animas, & corpora sine querela

seruaue-

seruauerint, id est illã quæ ad deum est fidem seruãtes, & eam quæ ad proximũ est custodientes. Vnde & templũ dei plasma esse ait, Nescitis dicens, quoniã templũ dei estis, & spiritus dei habitat in uobis? Si quis templũ dei uiolauerit, disperdet illum deus. Templum enim dei sanctum est, quod estis uos: manifeste templum corpus dicens in quo habitat spiritus. Quemadmodũ et dominus de eo ait, Soluite hoc templum, & in tribus diebus excitabo illud. Hoc autẽ, inquit, dicebat de corpore suo. Et non tantum templum, sed & templum Christi scit corpora nostra, ad Corinthios dicens: Nescitis quoniam corpora uestra membra Christi sunt? Tollens ergo membra Christi, faciam membra meretricis? Non de alio quodã homine spiritali dicens hæc, non enim ille complectitur meretricem, sed corpus nostrũ, id est, caro quæ cum sanctimonia perseuerat & munditia, membra dixit esse Christi. Quando autem complectitur meretricem, membra fieri meretricis, & propter hoc dixit, Si quis templum dei uiolauerit, disperdet illum deus. Templũ igitur dei in quo spiritus inhabitat patris, & membra Christi non participare salutẽ, sed in perditionem redigi dicere, quomodo nõ maximæ est blasphemiæ? Quomodo aũt corpora nostra, non ex sua substantia, sed ex dei uirtute suscitantur, Corinthijs dicit, Corpus autẽ non fornicationi, sed dño, & dominus corpori, Deus aũt qui & dñm suscitauit, & nos suscitabit per uirtutem suam. Quomodo igitur Christus in carnis substantia surrexit, & ostendit discipulis figuram clauorum, & apertionem lateris, hæc aũt sunt indicia carnis eius quæ surrexit à mortuis, sic & nos, inquit, suscitabit per uirtutẽ suam. Et iterũ ad Rom. ait: Si autem spiritus eius qui suscitauit Iesum Christum à mortuis uiuificabit & mortalia corpora nostra. Quæ sunt ergo mortalia corpora? nunquid nam animæ? Sed incorruptibiles animæ quantum ad cõparationem mortalium corporum. Insufflauit enim in faciem hominis deus flatum uitæ, & factus est in animã uiuentem: flatus aũt uitæ incorporalis est. Sed ne mortalem quidem possunt dicere hominẽ ipsum flatu, uita eius existente. Sed neq; spiritũ possunt dicere mortale corpus. Quid igitur supereſt dicere mortale corpus, nisi plasma, id est caro de qua & sermo est ei, quõ uiuificabit eam deus. Hæc enim est quæ moritur & soluitur, sed nõ anima, neq; spiritus. Mori emi est uitalem amittere habilitatẽ, & sine spiramine in posterũ, & inanimalem & immobilẽ fieri, & deperire in illa, ex quibus & initium substantiæ habuit. Hoc aũt neq; animæ euenit, flatus est enim uitæ: neq; spiritui, incompositus est enim & simplex spũs, qui resolui non potest, & ipse uita est eorũ qui percipiũt illũ. Supereſt igitur ut circa carnẽ mors ostendatur, q̃ posteaq̃ exierit anima, sine spiratione & inanimale efficitur, et paulatim resoluitur in terram, ex qua sumpta est. Hæc igitur mortalis,

hæc autẽ eſt, de qua etiã dicit: Viuificabit & mortalia corpora noſtra. Et propter hoc ait de ea in prima ad Corinth. Sic & reſurrectio mortuorũ ſeminatur in corruptione, ſurget in incorruptionẽ. Etẽ tu, ait, qđ ſeminas nõ uiuificatur, niſi prius moriatur. Quid eſt aũt qđ ut granum tritici ſeminatur & putrit in terra, niſi corpora, quæ in terra ponuntur, in qua & ſemina iactantur: & propter hoc dixit, Seminatur in ignobilitate, ſurgit in gloria. Quid enim ignobilius carne mortua, uel quid iterum glorioſius ſurgente ea, & percipiente incorruptelã? Seminatur in infirmitate, ſurgit in uirtute: in infirmitate ſua, quoniã cum ſit terra, in terram uadit: uirtute aũt dei, qui eam ſuſcitat à mortuis. ſeminatur corpus animale, & ſurgit corpus ſpirituale: Indubitate docuit, quoniã neq; de anima, neq; de ſpiritu ſermo eſt ei, ſed de mortificatis corporibus. Hæc ſunt enim corpora animalia, id eſt, participantia animæ, quam cum amiſerint, mortificantur. Deinde per ſpiritũ ſurgentia fiunt corpora ſpiritualia, uti per ſpiritum ſemper permanentẽ habeãt uitam. Nunc enim, inquit, ex parte prophetamus, tunc aũt facie ad faciem. Hoc eſt, quod & à Petro dictum eſt, Quem cum nõ uideritis diligite, in quem nunc quoq; nõ uidentes, credentes aũt, exultabitis gaudio inenarrabili. Facies enim noſtra uidebit faciem dei uiui, & gaudebit gaudio inenarrabili, uidelicet, cum ſuum uideat gaudiũ. Nunc aũt partem aliquam ſpiritus eius ſumimus, ad perfectionẽ & præparationem incorruptelæ, paulatim aſſueſcentes capere, & portare deum: qđ & pignus dixit Apoſtolus, hoc eſt, partem eius honoris qui à deo nobis promiſſus eſt, in epiſtola quæ ad Epheſios eſt, dicẽs, In quo & uos audito uerbo ueritatis euãgelio ſalutis ueſtræ, in quo credentes ſignati eſtis ſpiritu promiſsionis ſancto, qui eſt pignus hæreditatis ueſtræ. Si ergo pignus hoc habitans in nobis, iam ſpirituales effecit, & abſorbetur mortale ab immortalitate: Vos enim, ait, nõ eſtis in carne, ſed in ſpiritu, ſiquidem ſpiritus dei habitat in uobis. Hoc aũt nõ ſecundũ iactũram carnis, ſed ſecundũ cõmunionem ſpiritus fit. Non enim erant ſine carne, quibus ſcribebat, ſed qui aſſumpſerant ſpiritum dei, in quo clamamus Abba pater. Si igitur nunc pignus habentes clamamus abba pater, quid fiet quando reſurgentes facie ad faciẽ uidebimus eum? quãdo omnia membra affluenter exultationis hymnum protulerint, glorificantia eum qui ſuſcitauerit ea ex mortuis, & æternam uitam donauerit. Si enim pignus complectens hominem in ſemetipſum, iam facit dicere, Abba pater, quid faciet uniuerſa ſpiritus gratia, quæ hominibus dabitur à deo? Similes nos ei, efficiet enim hominẽ ſecundũ imaginem & ſimilitudinẽ dei. Qui ergo pignus ſpiritus habẽt, & nõ concupiſcentijs carnis ſeruiunt, ſed ſubijciunt ſemetipſos ſpiritui, & rationabiliter cõuerſantur in omnibus, iuſte Apoſtolus ſpirituales uocat,

quo-

quoniã ſpiritus dei habitat in ipſis. Incorporales aũt ſpiritus nõ erunt homines ſpirituales, ſed ſubſtãtia noſtra, id eſt, animæ & carnis aduni tio adſumens ſpiritũ dei, ſpiritualem hominẽ perficit. Eos aũt qui abiĳ ciunt quipem ſpũs conſiliũ, carnis aũt uoluptatib. ſeruiunt, & inratio= nabiliter uiuunt, & effrenati deĳciuntur in ſua deſideria, quippe nullã habentes aſpirationẽ diuini ſpũs, ſed porcorũ & canum more uiuunt, hos iuſte apoſtolus carnales uocat, quia nihil aliud q̃ carnalia ſentiũt. Et prophetæ aũt propter hanc eandẽ cauſam irrationabilib. animali= bus aſsimilãt eos, propter irrationabilẽ conuerſationem ipſorũ dicen tes, Equi furentes ad fœminas facti ſunt, unuſquiſq̃ ipſorũ hinniẽs ad uxorẽ proximi ſui. Et rurſus, Homo cum in honore eſſet, aſsimilatus eſt iumentis, hoc quia ſecundũ ſuam cauſam aſsimilatus eſt iumentis, irrationabilem æmulans uitam. Sed & nos in conſuetudine huiuſmo di homines iumẽta et pecora inrationabilia dicimus. Prędixit aũt figu raliter omnia hæc lex de animalib. delinians hominẽ. Quæcunq̃ du= plicem ungulam habent & ruminant, mundũ nutians. Quæcunq̃ aũt aut utrunq̃ uel alterũ horum non habent, uelut immunda ſegregans. Qui ſunt ergo mundi? qui in patrẽ & filium per fidem firmiter faciũt, hæc eſt enim firmitas eorum quæ duplici ſunt ungula: & eloquia dei meditantur die ac nocte, uti operibus bonis adornentur: hęc eſt enim ruminantiũ uirtus. Immunda autem quæ neq̃ duplicem ungulam ha bent, neq̃ ruminant, hoc eſt, qui neq̃ in deum fidem habent, neq̃ elo quia eius meditantur. Hæc aũt ethnicorum eſt abominatio. Quæ aũt ruminant quidẽ, nõ habent aũt ungulam duplicem, & ipſa immunda. Hæ ludæorũ eſt imaginalis deſcriptio, qui quidem eloquia dei in ore habent, ſtabilitatẽ autem radicis ſuæ nõ infigũt in patre & in filio. Pro pter hoc aũt & lubricum eſt genus ipſorũ. Etenim quæ ſunt unius un gulæ animalia facile labuntur, firmiora aũt ſunt quæ duplicem ungu= lam habent, ſuccedentibus inuicem ungulis fiſsis ſecundũ iter, & alte= ra ungula ſubbaiulat aliam. Immunda aũt ſimiliter quæ duplicem un= gulam habent, non aũt ruminant. Hæc eſt aũt omnium uidelicet hære ticorũ oſtenſio, & eorũ qui non meditãtur eloquia dei, neq̃ operibus iuſtitiæ adornãtur, quibus & dñs ait, Quid mihi dicitis dñe domine, & non facitis quæ dico uobis. Qui enim ſunt tales in patrẽ quidem & filium dicunt ſe credere, nunq̃ autem meditãtur eloquia dei, quemad modũ oportet, neq̃ iuſtitiæ operib. ſunt adornati. ſed quemadmodũ prædiximus, porcorũ & canum aſſumpſerunt uitam, immunditiæ & gulæ & reliquæ incuriæ ſemetipſos tradẽtes. Iuſte igitur tales oẽs, qui propter ſuam incredulitatẽ & luxuriã non adipiſcũtur diuinũ ſpiritũ, & uariĳs characterib. eĳciunt ſe uiuificans uerbum, & in ſuis concupi= ſcentiĳs inrationabiliter ambulãt, Apoſtolus quidem carnales & ani=

males uocauit, prophetę aũt iumenta & feras dixerunt, cõsuetudo aũt pecora & irrationabiles interpretata est, lex autẽ immundos enuntiauit. Hoc aũt est qđ & in alijs ab Apostolo dicitur, Quoniã caro & sanguis regnũ dei hæreditare nõ possunt. Id est, quod ab hominib. hæreticis profertur, in amentiã suam, & quæ ostendere conantur non saluari plasmationẽ dei: nõ cõspicientes, quia sunt tria, ex quibus (quemadmodum ostendimus) perfectus homo cõstat, carne, anima, & spiritu, & altero quidẽ saluante et figurãte, qui est spiritus, altero quod unitur & formatur, quod est caro. Id uero quod inter hæc est duo, est anima, quæ aliquãdo quidem subsequens eleuatur ab eo, aliquando aũt consentiens carni decidit in terreas cõcupiscentias. Quotquot ergo id qđ saluat, & format in uitam, nõ habent, hi cõsequenter erũt, & uocabuntur, caro & sanguis, quippe qui nõ habẽt spiritũ dei in se. Propter hoc aũt & mortui tales dicti sunt à dño, Sinite enim, inquit, mortuos, sepelire mortuos suos: quoniã non habent spiritum uiuificantẽ hominem. Quotquot aũt timent deum, & credunt in aduentũ filij eius, & per fidem constituunt in cordibus suis spiritum dei, hi tales iuste homines dicentur, & mundi, & spirituales, & uiuentes deo, quia habent spiritũ patris qui emundat hominẽ, & subleuat in uitam dei. Sicut enim caro infirma, sic & spiritus promptus à dño testimoniũ accepit. Hic est potens perficere, quæcũqꝫ in promptu habet. Si igitur hoc qđ est promptum spiritus, admisceat aliquis uelut stimulum infirmitati carnis, necesse est omnimodo, ut id quod est forte superet infirmũ, ita ut absorbeatur infirmitas carnis à fortitudine spiritus: & esse eum qui sit talis, non iam carnalem sed spiritualem, propter spiritus cõmunionem. Sic igitur martyres testantur, & contemnunt mortem, non secundũ infirmitatem carnis, sed secundũ quod promptus est spiritus. Infirmitas enim carnis absorpta, potentẽ ostẽdit spiritũ. Spiritus aũt rursus absorbens infirmitatẽ, hæreditate possedit carnem in se, & ex utrisqꝫ factus est uiuens homo. Viuens quidem propter participationẽ spiritus, homo aũt propter substantiam carnis. Igitur caro sine spiritu dei mortua est, non habens uitam, regnũ dei possidere non potest, sanguis inrationalis uelut aqua effusa in terram. Et propter hoc ait, qualis terrenus, tales & terreni. Vbi aũt spiritus patris, ibi homo uiuens, sanguis rationalis ad ultionẽ à deo custoditus, caro à spiritu possessa, oblita quidẽ sui, qualitatẽ autem spiritus assumens cõformis facta est uerbo dei. Et propterea ait: Sicut portauimus imaginẽ eius qui de terra est, portemus et imaginẽ eius qui de cœlo est. Quid est ergo terrenum? Plasma. Quid aũt cœleste? Spiritus. Sicut igitur, ait, sine spiritu cœlesti conuersati fumus aliquando in uetustate carnis, non obedientes deo: sic nunc accipientes spiritũ, in nouitate uitæ ambulemus, obedientes deo. Quoniã

igitur

igitur sine spiritu dei saluari nō possumus, adhortatur Apostolus nos per fidem & castā conuersationē conuersari spiritū dei, ut non sine participatione sancti spiritus facti, amittamus regnū cœlorum. Et clamauit, nō posse carnem solam & sanguinē regnum dei possidere. Si enim oportet uerū dicere, non possidet, sed possidetur caro: sicut & dns ait, Beati mites, quoniā ipsi hæreditate possidebunt terram. Quasi hæreditate possideatur terra in regno. Vnde & substātia carnis nostræ est: & ideo mundū templū esse uult, ut delectetur spiritus dei in eo, quem admodū sponsus ad sponsam. Sicut igitur sponsa assumere sponsum non potest, assumi aūt à sponso potest, quum uenerit & acceperit eam sponsus: Sic et caro hæc, secundū seipsam, id est, sola regnū dei hæreditate possidere non potest. Hæreditate aūt possideri in regno à spiritu potest, hæreditate enim possidet, qui uiuificat ea quæ sunt mortua, & aliud quidem est hęreditate possidere, aliud aūt hæreditate posideri. Ille em̄ dominatur & præest, & disponit ea quæ hæreditate possidet, quemadmodū ipse uelit. Illa uero subiecta sunt & obediunt, & dominantur ab eo, & sub dominio sunt eius qui possidet. Quid igitur est quod uiuit? Scilicet spūs dei. Quæ sunt aūt quæ sunt mortua? scilicet membra hominis, quæ & corrumpuntur in terra. Hæc aūt possidētur à spiritu translata in regnū cœlorū. Propter hoc aūt & Christus mortuus est, uti testamentū euangelij apertū, & uniuerso mundo lectū, primum quidē liberos faceret seruos suos, post deinde hæredes eos constitueret eorū quæ essent eius, hæreditate possidente spiritu, quemadmodū demonstrauimus. Hæreditate enim posidet ille, qui uiuit, hæreditate aūt acquiritur caro: ut nō amittentes eum qui nos possidet spiritum, amittamus uitā, adhortans nos Apostolus ad spiritus cōmunicationem secundū rationem quæ prædicta sunt, dixit, Quoniā caro et sanguis regnū dei possidere non possunt: uelut si dicat, Nolite errare, quoniā nisi uerbum dei inhabitauerit, et spiritus patris fuerit in uobis, uane autem, & pro ut euenit, conuersati fueritis, quasi tantum caro & sanguis existentes, regnum dei possidere non poteritis. Hoc ideo uti non gratificātes carni respuamus insertionē spiritus. Tu aūt oleaster, ait, cum esses, insertus es in bonā oliuam, & socius pinguedinis oliuæ factus es. Quemadmodum igitur oleaster inserta, si permanserit in eo quod ante fuerit oleaster, exciditur: si aūt tenuerit insertionē, & transmutetur in bonam oliuā, fit fructifera quasi in paradiso regis plantata: Sic & homines si quidē per fidem profecerint in melius, & assumpserint spiritū dei, & illius fructificationē germinauerint, erūt spirituales, tanq̄ in Paradiso dei plantati. Si autem respuerint spiritū, & perseuerauerint in eo quod fuerant ante, magis carnis esse uolentes quàm spiritus, iustissime in eiusmodi dicitur, quoniā caro & sanguis regnū dei

non posident. Tanꝯ si quis dicat, quoniã oleaster non assumitur in Paradisum dei. Mirabiliter igitur Apostolus naturã ostendit nostrã & uniuersam dispositionẽ dei in eo sermone, qui est de carne et sangui ne, & oleastro. Quemadmodũ enim oliua neglecta tempore quodã in desertũ relicta, & syluestria fructificãs secundũ se oleaster fit, uel rur sum oleaster diligentiã percipiens, & inserta in pristinã naturæ recur rit fructificationẽ: Sic & homines in negligentia cõstituti, & concupi scentias carnis tanꝯ syluestria fructificãtes, secundũ suam causam in fructuosi iustitia cõstituuntur. In eo aũt quod dormiant homines, inse minat inimicus materiã zizaniæ, & propter hoc dñs discipulis suis ui gilare prȩcepit. Et rursus qui infructuosi sunt iustitia, & uelut sentibus obuoluti homines, si diligentiã percipiant, & uelut insertionem acci pientes uerbum dei, in pristinã ueniunt hominis naturam eam, qua se cundum imaginẽ & similitudinem factus est dei. Sed quemadmodũ oleaster inserta, substantiã quidem ligni nõ amittit, qualitatem autem fructus immutat, & aliud percipit uocabulũ, iam non oleaster, sed fru ctifica oliua existens & dicitur: Sic & homo per fidem insertus, & assu mens spiritũ dei, substantiã quidem carnis non amittit, qualitatem aũt fructus operũ immutat, & aliud accipit uocabulũ, significans illã quæ in melius est transmutationẽ, iam non caro & sanguis, sed homo spiri talis existens & dicitur. Quemadmodũ autẽ rursus oleaster si non par ticipat insertionem, perseuerat inutilis suo dño, per suam syluestrẽ qua litatem, & quasi infructuosum lignum exciditur, & in ignem mittitur: Sic & homo non assumens per fidem spiritus insertionem, perseuerat hoc esse quod erat ante, caro & sanguis regnum dei non possidens. Be ne igitur Apostolus ait: Caro & sanguis regnũ dei possidere nõ pos sunt, & qui in carne sunt, deo placere non possunt, non substantiã reij ciens carnis, sed infusionẽ spiritus attrahens. Et propter hoc ait, Opor tet mortale illud induere incorruptelam: & iterum ait, Vos autem nõ estis in carne, sed in spiritu. Siquidẽ spiritus dei habitat in uobis. Ma nifestius autem illud adhuc ostendit dicens, Corpus quidẽ mortuum propter peccatum, spiritus autem uita propter iustitiam. Si autem spi ritus eius, qui suscitauit Iesum à mortuis, habitat in uobis, qui suscita uit Christũ à mortuis, uiuificabit & mortalia corpora uestra propter inhabitantem spiritum eius in uobis. Et rursus in epistola quæ est ad Romanos ait: Si enim secundum carnem uiuitis, incipietis mori: non conuersationem quæ est in carne repellens ab eis, etenim ipse in carne cum esset scribebat eis: sed concupiscentias abscindens carnis eas, quæ mortificant hominẽ. & propter hoc intulit, Si autem spiritu opera car nis mortificaueritis, uiuetis. Quicunꝯ enim ducuntur spiritu dei, hi sunt filij dei. Et ipsas autẽ operas manifestauit quas dicit carnales, quæ

sint

sint,præuidens calumniã infideliũ,& ipse semetipsum exponẽs,ne relinqueretur quæstio his,qui infideliter tractant de eo,in epist.quæ est ad Galatas dicens, Manifesta aũt sunt opera carnis,quæ sunt,Adulteria,fornicationes,immũditia,luxuria, idololatria,ueneficia,inimicitię, cõtentiones,zeli,ira,æmulationes,animositates,irritationes,dissensiones,hæreses,inuidiæ,ebrietates, comessationes,& his similia,quę præ dico uobis,quemadmodũ & prędixi,quoniã qui talia agunt,regnum dei nõ possidebunt. Manifestius prędicãs his qui audiunt, quid est,caro & sanguis regnũ dei possidere nõ possunt. Qui enim illa agunt,uere secundũ carnem ambulantes, uiuere deo nõ possunt. Et iterũ spirituales actus intulit uiuificantes hominẽ,id est,insertionem spũs dicẽs, Fructus aũt spiritus est,charitas,gaudiũ, pax,patientia, bonitas,benignitas,fides,lenitas,continentia,castitas,aduersus hęc nõ est lex. Sicut igitur qui in melius profecerit,& fructũ operatus fuerit spiritus,omni modo saluatur,propter spiritus cõmunionem: Sic is qui remanserit in prædictis carnis operationib. carnalis uere deputatus,quod non assumat spiritũ dei,regnũ nõ poterit possidere cœlorũ. Quẽadmodũ rursus ipse Apostolus testificatur,An nescitis,dicens Corinthijs,quoniã iniusti regnum dei non hæreditabunt? Nolite errare,ait,neq; fornicarij,neq; idololatræ,neq; adulteri,neq; molles,neq; masculorũ cõcubitores,neq; fures,neq; auari,neq; ebriosi,neque maledici,neq; rapaces regnũ dei possidebunt. Et hæc,ait, quidam fuistis, sed abluti estis, sed sanctificati estis in nomine domini Iesu Christi,& in spiritu dei nostri. Manifestissime ostendit,per quæ perit homo,si perseuerauerit secundum carnem uiuere,& per quę rursus saluatur. Ea autem quæ saluant, ait esse nomen domini nostri Iesu Christi, & spiritum dei nostri. Quoniam igitur istic numerauit eas, quæ sunt sine spiritu, carnis operationes,quæ sunt mortiferæ, cõsequenter his quæ prædicta sunt ab eo, in fine epistolę ad summã exclamauit, Sicut portauimus imaginem eius qui de limo est,ita portemus & imaginẽ eius qui de cœlis est. Hoc eñ dico fratres,quoniã caro & sanguis regnum dei possidere nõ possunt. Hoc aũt quod ait,Sicut portauimus imaginẽ eius qui de limo est,simile illi dicto est: Et hæc quidã fuistis,sed abluti estis,sed sanctificati estis in nomine dñi nostri Iesu Christi,& in spiritu dei nostri. Quando igitur portauimus imaginẽ eius qui est de limo? Scilicet quando hæ quę prædictæ sunt carnis operationes, perficiebantur in nobis. Quando aũt iterum imaginẽ cœlestis? scilicet quãdo ait, Abluti estis credentes in nomine domini, & accipientes eius spiritũ. Abluti autẽ sumus non substantiã corporis,neq; imaginem plasmatis, sed pristinam uanitatis conuersationem. In quibus igitur periebamus membris,operantes ea quæ sunt corruptelæ,in ijsdẽ ipsis uiuificamur, operantes ea quæ sunt

ſpiritus. Quemadmodũ enim corruptelę eſt capax caro, ſic & incorruptelæ, & quemadmodũ mortis, ſic & uitæ. Hæc aũt inuicẽ cedunt, & utraqꝫ nõ permanent in idipſum: ſed expellitur alterũ ab altero, & prę ſente altero, interit alterũ. Si igitur mors poſſidens hominẽ, expulit ab eo uitam, et mortuũ oſtendit, multo magis uita poſſidens hominẽ expellit mortẽ, & uiuentem hominẽ reſtituet deo. Si enim mors mortificauit, quare uita adueniens nõ uiuificat hominẽ? Quẽadmodũ Eſaias ait, Deuorauit mors potẽs. Et rurſus: Deus abſtulit omnem lachrymã ab omni facie. Expulſa eſt aũt priſtina uita, quoniã non per ſpiritũ, ſed per afflatũ fuerat data. Aliud enim eſt afflatus uitæ, qui & animalẽ efficit hominẽ: & aliud ſpiritus uiuificans, qui & ſpiritalem efficit eum. Et ideo Eſaias ait, Sic dicit dñs qui fecit cœlũ & finxit illud, qui firmauit terram, & quæ in ea ſunt, & dedit afflatũ populo qui ſuper eam eſt, & ſpiritũ his qui calcãt illam: Afflatũ quidem cõmuniter omni qui ſuper terram eſt populo dicens datum, ſpiritũ autem proprie his, qui cõculcant terrenas cõcupiſcentias. Propter quod rurſus ipſe Eſaias diſtinguens ea quæ prædicta ſunt, ait, Spiritus enim à me exiet, & flatum omnem ego feci, Spiritũ quidem proprie in deo deputans, quem in nouiſsimis temporibus effudit per adoptionem filiorũ in genus humanum. Afflatũ aũt cõmuniter in cõditione & factura oſtendens illum. Aliud autẽ eſt quod factũ eſt ab eo qui fecit. Afflatus igitur temporalis, ſpũs autẽ ſempiternus. Et afflatus quidẽ auctus ad modicũ, & tempore aliquo manens, deinde obijt, ſine ſpiramento relinquens illud in quo fuit ante. Spiritus autẽ circundans intus & foris hominẽ, quippe ſemper perſeuerans, nunc̃ꝫ relinquens eum. Sed non primo quidẽ ſpiritale eſt, ait Apoſtolus, hæc tanc̃ꝫ ad nos homines dicens, ſed primo quidem animale eſt, deinde quod ſpiritale eſt, ſecundũ rationẽ. Oportuerat aũt primo plaſmari hominẽ, & plaſmatum accipere animã, deinde ſic cõmunionem ſpiritus recipere. Quapropter & primus Adam factus eſt à dño in animam uiuentẽ. Secundus autem in ſpiritũ uiuificantem. Sicut igitur qui in animã uiuentẽ factus eſt deuertẽs in peius perdidit uitam: ſic rurſus idem ipſe in melius recurrens, aſſumens uiuificantem ſpiritũ, inueniet uitam. Non enim aliud eſt quod moritur, & aliud quo uiuificatur. Quemadmodũ neqꝫ aliud quod perit, & aliud quod inuenitur, ſed illam quæ perierat ouem inuenit dñs exquirens. Quid ergo erat quod moriebatur? utique carnis ſubſtantia, quæ amiſerat afflatum uitæ, & ſine ſpiramento mortua facta eſt. Hanc itaqꝫ dominus uenit uiuificaturus, uti quemadmodum in Adam omnes morimur, quoniam animales, in ſpiritu uiuamus, quoniam ſpirituales, deponentes non plaſma dei, ſed cõcupiſcentias carnis, & aſſumentes ſpiritum ſanctum, ſicut Apoſtolus in epiſtola ad Coloſſenſes ait, Mortificate

ficate itaq; mẽbra uestra quæ sunt super terrã. Quæ sunt aũt hæc, ipse exposuit. Fornicationẽ, immunditiã, passionẽ, concupiscentiã malam, & auaritiã quæ est idololatria. Horũ depositionẽ Apostolus prẽcona tur, & eos qui talia perpetrãt uelut carnem & sanguinẽ tantũ existen= tes, nõ posse ait regnũ cœlorũ possidere. Anima enim ipsorũ declinãs in peius, & in terrenas cõcupiscentias descendens, eiusdem cuius et il= la sunt participauit appellationis: quẽ deponere nos iubens ait rursus in eadem epistola: Expoliãtes uos ueterẽ hominem cum operib. eius. Hoc aũt dicebat non ueterẽ amouens plasmationẽ: Alioquin oporte bat nosmetipsos interficientes separari ab ea quæ est istic conuersatio ne. Sed & ipse Apostolus ille existens, qui in uulua plasmatus erat, & de utero exierat, scribebat nobis, & uiuere in carne fructus operis con fessus est, in epistola quæ est ad Philipp. dicens, Fructus aũt operis spi ritus, est carnis salus. Quis enim alius apparens fructus eius est qui nõ apparet spiritus, q̃ maturam efficere carnem & capacem incorrupte= læ. Si igitur uiuere in carne hic mihi fructus operis est, non utiq; sub= stantiam cõtemnebat carnis in eo quod diceret, spoliãtes uos ueterem hominẽ cum operib. eius, sed spoliationem pristinæ nostræ conuersa tionis manifestauit, eam quæ ueterascit, & corrũpitur, & propter hoc intulit: Et induẽtes nouum hominẽ eum qui renouatur in agnitionẽ, secundũ imaginem eius, qui creauit eum. In eo ergo quod ait, qui re= nouatur in agnitionẽ, demonstrabat, quoniã ipse ille qui ignorãs erat ante homo, id est, ignorãs deum, per eam quæ in eum est agnitionẽ re nouatur. Agnitio em̃ dei renouat hominẽ. Et in eo quod dicat secun= dum imaginẽ conditoris, recapitulationẽ manifestauit eius hominis, qui initio secundũ imaginẽ factus est dei. Quoniam aũt idem ipse erat Apostolus, qui ex utero generatus fuerat, hoc est, antiqua carnis sub= stantia, ipse in epistola ad Galatas dixit, Cum autẽ placuit deo, qui me ex utero matris meæ segregauit, & uocauit per gratiã suam, reuelare fi lium suũ in me, ut euãgelizarem eum in gentibus. Non alius erat qui natus fuerat ex utero, sicut prædiximus, & alius qui euangelizabat fi= lium dei: sed idem ille qui ante ignorabat, & persequebatur eccleſiam, reuelatione ei de cœlo facta, colloquente cum eo dño, quemadmodũ in tertio libro ostendimus, euangelizabat filium dei Christum Iesum, qui sub Pontio Pilato crucifixus est, præterita ignorantia exterminata à posteriore agnitione. Quemadmodũ cæci, quos curauit dñs, cæci tatem quidem amiserunt, perfectam autem susceperunt substantiam oculorum, & ijsdem ipsis quibus ante non uidebant oculis, recipiebãt uisionem, caligine à uisione tantũ exterminata, seruata autem substan= tia oculorum, ut per quos non uiderant oculos, per eos rursus uiden= tes gratias agerent ei, qui rursus uisum eis redintegrauit. Et qui ari=

dam

dam curauit manũ,& oẽs omĩno quos curauit, nõ ea quæ ab initio ex utero ædita fuerãt membra mutauerũt, sed eadẽ ipsa salua recipiebãt. Fabricator eim uniuersorũ dei uerbũ,qui ab initio plasmauit hominẽ, à malitia inueniens labefactatũ suum plasma omnimodo curauit, hoc quidẽ & secundũ unumquodq; membrũ, sicut & in suo plasmate est: hoc aũt & semel totũ sanum & integrũ reintegrauit hominẽ,perfectũ eum sibi præparãs ad resurrectionẽ. Quam enim causam habebat carnis membra curare,et restituere in pristinũ characterẽ,si non habebãt saluari,quæ ab illo curata fuerãt? Si enim tẽporalis erat ab eo utilitas, nihil grande præstitit his,qui ab eo curati sunt. Aut quõ non esse capacem carnẽ uitæ,quæ est ab eo,q̃ percipit curationẽ ab eo? Vita eĩ per curationẽ,incorruptela aũt per uitã efficitur. Qui igitur curationẽ confert,hic & uitã,et qui uitam,hic & incorruptelã circũdat suo. Dicãt eĩ nobis hi qui cõtraria dicunt,id est,qui cõtradicunt suę saluti,summi sacerdotis mortua filia, & uiduæ filius qui circa portã mortuus effereba tur,& Lazarus qui in monumento quartã habebat diem,in quibus resurrexerint corporibus. In ĩsdẽ ipsis scilicet in quib. et mortui fuerant. Si enim nõ ĩsdem ipsis, uidelicet nec ĩdem ipsi qui mortui erant resurrexerunt. Sed enim apprehendit,ait, dñs manum mortui & dixit ei,Iuuenis tibi dico,surge: & sedit mortuus,et iussit ei dare mãducare,& dedit eum matri suæ. Et Lazarũ uocauit uoce magna dicẽs, Lazare ueni foras,et exiuit,inquit,mortuus,colligatus pedes et manus institis: hoc symbolũ eius hominis qui inligatus fuerat in peccatis. Et propter hoc ait dñs,soluite illũ, & dimittite eum abire. Sicut igitur qui curati sunt, in his quæ ante passa fuerũt membra,curati sunt,& mortui ĩsdem surrexerunt corporibus, membris & corporibus ipsorum percipiẽtibus curationem,& eam uitam quæ dabatur à dño per temporalia præformante æterna,& ostendente,quoniam ipse est,qui curationẽ plasmati suo & uitã præstare potest, uti ei de resurrectione quoq; credatur sermo: sic & in fine in nouissima tuba clamãte dño resurrecturi sunt mortui,quemadmodum ipse ait, Veniet hora in qua omnes mortui qui in monumẽtis sunt audient uocem filĩ hominis,& exient qui bona fecerunt in resurrectionem uitæ,et qui mala in resurrectionem iudicĩ. Vani igitur & uere infelices qui sic manifesta & clara nolunt intelligere, sed fugiunt lumen ueritatis, secundũ tragicos semetipsos excæcantes. Et quemadmodũ in palæstra insueti concertantes alĩs unam quamlibet partem corporis totis cõplectentes manibus,per illud quod detinent cadunt, & cadentes putãt se uincere, eo quod contentiose teneãt illud,quod primum apprehenderunt membrum, super hoc aũt quod ceciderunt,& derisui habentur: Sic aũt & hæretici,caro & sanguis regnum dei possidere nõ possunt, duas dictiones tollẽtes à Paulo, neq;

sensum

ſenſum Apoſtoli perſpexerunt, neq; uirtutem dictionũ ſcrutati ſunt. Nude aũt ipſas dictiones tenentes circa eas moriuntur, uniuerſam diſpoſitionẽ dei, quantũ in ipſis eſt euertentes. Si enim proprie de carne hoc dictũ dicent, & nõ de carnalib. operationibus, quemadmodũ demonſtrabimus, ipſum ſibi contrariũ Apoſtolum dicentẽ oſtendent, ſtatim in eadem epiſtola demonſtratiue de carne ſic dicentẽ. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptelã, & mortale hoc induere immortalitatẽ. Cum aũt mortale hoc induerit immortalitatẽ, tunc fiet ſermo qui ſcriptus eſt, Abſorpta eſt mors in uictoria, ubi eſt mors aculeus tuus? Vbi eſt mors uictoria tua? Hæc aũt iuſte dicẽtur tunc, quando mortalis hæc, & corruptibilis caro, circa quam & mors eſt, quę & quodã dominio mortis preſſa eſt, in uitã conſcẽdens induerit incorruptelam & immortalitatẽ. Tunc eñ uere erit uicta mors, quãdo ea quę cõtinetur ab ea caro, exierit de dominio eius. Et rurſus ad Philipp. ait, noſtra aũt conuerſatio in cœlis eſt. Vnde & ſaluatorem expectamus dñm Ieſum, qui trãsfigurauit corpus humilitatis noſtræ cõforme corpori gloriæ ſuæ, ita ut poſsit ſecundũ operationẽ uirtutis ſuæ. Quid igitur eſt humilitatis corpus, quod trãsfigurauit dñs conformatũ corpori glorię ſuæ? Manifeſtũ eſt, quoniã corpus quod eſt caro, quod & humiliatur cadens in terra, trãsfiguratio aũt eius, quoniã cum ſit mortalis & corruptibilis, immortalis fit & incorruptibilis, non ſecundum propriam ſubſtantiã, ſed ſecundum dñi operationem, qui poteſt mortali immortalitatẽ, & corruptibili circũdare incorruptibilitatẽ. Et propter hoc ait in ſecunda ad Corinth. ut abſorbeatur mortale à uita: qui aũt perficit nos in hoc ipſum deus, qui dedit nobis pignus ſpũs: manifeſtiſsime hoc de carne dicens. Nec eñ anima immortalis, neq; ſpiritus abſorbetur à mortali uita, quando & caro non mortua, ſed uiua & incorrupta perſeuerauerit, hymnum dicens deo, qui in hoc ipſum perficit nos. Vt ergo in hoc perficiamur, bene Corinthĳs ait, Glorificate deum in corpore ueſtro. Deus incorruptibilitatis eſt effector. Quoniam autem non de alio quodam corpore, ſed de corpore carnis dicit hoc, manifeſte & indubitate, & ſine ulla ambiguitate Corinthĳs ait, Semper mortificationem Ieſu in corpore noſtro manifeſtemus. Semper enim qui uiuimus in mortẽ tradimur per Ieſum, ut & uita Ieſu manifeſtetur in carne mortali noſtra. Et quoniam ſpiritus cõplectitur carnem, in eadem epiſtola ait. Quoniam eſtis epiſtola Chriſti miniſtrata à nobis, inſcripta non atramento, ſed ſpiritu dei uiui, non in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carnalibus. Si ergo nunc corda carnalia capacia ſpũs fiunt, quid mirum ſi in reſurrectione eam quæ à ſpiritu datur capiũt uitam: de qua reſurrectione Apoſtolus ad Philippenſes ait, Conformis morti eius ſi quo modo occurrã ad reſurrectionẽ quæ eſt

à mor-

à mortuis. In qua igitur alia mortali carne intelligi potest uita manifestari, nisi in hac substãtia quæ & mortificatur, propter eam quæ est ad deum confessionẽ. Quemadmodũ ipse dixit, Si secundũ hominẽ cum bestijs Ephesi pugnaui, quid mihi prodest, si mortui nõ resurgunt? Si enim mortui non resurgunt, neq; Christus resurrexit. Si aũt Christus nõ resurrexit, inanis est prædicatio nostra, inanis est & fides uestra, inuenimur autẽ & falsi testes dei, quoniam testificamur quod suscitauit Christũ, quem nõ suscitauit. Si enim mortui nõ resurgunt, neq; Christus resurrexit. Si autẽ Christus non resurrexit, inanis est fides uestra, quoniã adhuc estis in peccatis uestris. Ergo & qui dormierũt in Christo, perierunt. Si in uita hac in Christo sperãtes sumus tantũ, miserabiliores omnib. sumus hominibus. Nunc aũt Christus resurrexit à mortuis, primitiæ dormientiũ: quoniam enim per hominẽ mors, & per hominem resurrectio mortuorũ. In his igitur omnib, quemadmodũ prędiximus, aut contraria sentientẽ sibimetipsi Apostolũ dicent, quãtum ad illud, caro & sanguis regnum dei possidere nõ possunt: aut iterum malignas & extortas cogentur omnium dictorũ facere expositiones, ad transuertendã & immutandam sententiã dictorum. Quid enim dicere habebunt sanum, si conabuntur aliter interpretari hoc quod scribit. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptelã, & mortale hoc induere immortalitatẽ: &, ut uita Iesu manifestetur in carne mortali nostra, & reliqua oĩa, in quibus Apostolus manifeste & clare resurrectionem & incorruptelã carnis prædicat. Cogẽtur itaq; hæc tanta male interpretari, qui unum nolunt bene intelligere. Quoniam aũt nõ aduersus ipsam substantiã carnis & sanguinis dixit Apostolus, nõ possidere regnũ dei, ubiq; idem Apostolus in dño Iesu Christo usus est carnis & sanguinis nomine, aliquid quidem, uti hominem eius statueret: etenim semetipsum filium dicebat hominis. Aliquid aũt uti salutem carnis nostræ confirmaret. Si enim non haberet caro saluari, ne quaq; uerbum dei caro factum esset. Et si non haberet sanguis iustorũ inquiri, nequaq; sanguinem habuisset dñs. Sed quoniã ab initio uocalis est sanguis, Deus ad Cain dixit, cum occidisset fratrem suum, Vox sanguinis fratris tui clamat ad me. Et quoniã haberet exquiri sanguis ipsorum, dixit ad eos qui circa Noe erãt, Etenim sanguinẽ animarum uestrarum, exquiram illum de manu omniũ bestiarum. Iterũ, Qui effundet sanguinem hominis, sanguis pro sanguine eius effundetur. Similiter autem & dominus his qui habebãt eius sanguinem effundere dicebat. Exquiretur oĩs sanguis iustus, qui effunditur super terram, à sanguine Abel iusti, usq; ad sanguinẽ Zacharię filij Barachiæ, quem occidistis inter templum & altare: etiam dico uobis, uenient omnia ista super generationem istam. Recapitulationem effusionis sanguinis

nis

nis ab initio omniũ iuſtorum & prophetarũ in ſemetipſum futurã indicans,& exquiſitionẽ ſanguinis ipſorũ per ſemetipſum.Non aũt exquireretur hoc,niſi & ſaluari haberet : nec in ſemetipſo recapitulatus eſſet hæc dñs,niſi & ipſe caro & ſanguis,ſecundũ principalem plaſmationem factus fuiſſet,ſaluãs in ſemetipſo in fine,illud quod perierat in principio in Adam. Si autem ob alteram quandam diſpoſitionem dominus incarnatus eſt, & ex altera ſubſtantia carnem attulit,nõ ergo in ſemetipſo recapitulatus eſt hominẽ,adhuc etiam nec caro quidem dici poteſt. Caro enim uere primæ plaſmationis è limo factæ ſucceſſio. Si aũt ex alia ſubſtantia habere eum oportuit materiam,ab initio ex altera ſubſtantiæ parte operatus fuiſſet fieri conſperſionẽ eius.Nunc autem quod fuit qui perierat homo,hoc ſalutare factum eſt uerbum,per ſemetipſum eam quæ eſſet ad eum cõmunionem, & exquiſitionẽ ſalutis eius efficiẽs.Quod aũt perierat,ſanguinẽ et carnẽ habebat.Limum enim de terra accipiens dominus plaſmauit hominẽ, & propter hunc omnis diſpoſitio aduentus domini.Habuit ergo et ipſe carnem & ſanguinem, non alteram quandam, ſed illam principalem patris plaſmationem in ſe recapitulãs, exquirens quod perierat. Et propter hoc Apoſtolus in epiſtola ad Coloſſenſes ait : Et uos cum eſſetis aliquando alienati,& inimici cogitationis eius in operibus malis, nunc aũt reconciliati in corpore carnis eius,per mortem eius,exhibere uos ſanctos & caſtos & ſine crimine in conſpectu eius.In corpore,ait,reconciliati carnis eius,id eſt, quia iuſta caro reconciliauit eam carnem quæ in peccato detinebatur, & in amicitiam adduxit deo. Si quis igitur ſecundum hoc alteram dicit domini carnem à noſtra carne,quoniam illa quidem non peccauit, neq; inuentus eſt dolus in anima eius, nos aũt peccatores,recte dicit. Si autem alteram ſubſtantiã carnis dño affingit,iam nõ conſtabit illi reconciliationis ſermo. Reconciliatur enim illud quod fuit aliquando inimicitia. Si autem ex altera ſubſtantia carnem attulit dñs,iam non illud reconciliatum eſt deo,quod per tranſgreſſionem factum fuerat inimicum. Nunc autem per eam quæ eſt ad ſe communicationem, reconciliauit dñs hominem deo patri, reconcilians nos ſibi per corpus carnis ſuæ, & ſanguine ſuo redimẽs nos, quemadmodum Apoſtolus Epheſijs ait,In quo habuimus redemptionem per ſanguinem eius,remiſsionem peccatorum.Et rurſus eiſdem,Vos,inquit,qui aliquãdo eratis longe, facti eſtis iuxta, in ſanguine Chriſti. Et iterum, Inimicitias in carne ſua, legem præceptorum decretis euacuans : & in omni autem epiſtola manifeſte teſtatur Apoſtolus, quoniam per carnem domini noſtri, & ſanguinem eius nos ſaluati ſumus. Si igitur caro & ſanguis ſunt, quæ faciunt nobis uitam, non proprie de carne dictum eſt & ſanguine, nõ poſſe ea poſſidere regnum dei. Sed de prædi

ctis carnalib. actibus, qui ad peccatū transuertentes hominē, priuātes eum uita. Et propterea in epist. ad Ro. ait: Non ergo regnet peccatū in corpore mortali uestro ad obediēdū ei: neq; exhibeatis mēbra uestra arma iniustitiæ peccato, sed exhibete uosmetipsos deo, uelut à mortuis uiuentes, & mēbra uestra arma iustitiæ deo. Quibus igitur membris seruiebamus peccato, & fructificabamus morti, ijsdem ipsis membris seruire nos uult iustitiæ, ut fructificemus uitæ. Memor igitur dilectissime, quoniā carne domini redēptus es, & sanguine eius, & tenens caput, ex quo uniuersum corpus ecclesiæ compaginatū augescit, hoc est, carnalem aduentū filij dei, & deum confitens & hominē eum firmiter excipiens, utens etiam his ostensionib. quæ sunt ex scripturis facile euertis, quemadmodū demonstrauimus, omnes eas quæ postea affictæ sunt hęreticorū sententias. Quoniam aūt is qui ab initio condidit hominē, post resolutionem eius in terram, promisit eis secundā generationem, Esaias quidem sic ait: Resurgēt mortui, & surgent qui in monumentis sunt, & lętabuntur qui sunt in terra. Ros enim quod à te est, sanitas est eius. Et iterum: Ego uos aduocabo, & in Hierusalem aduocabimini, & uidebitis, & gratulabitur cor uestrum, et ossa uestra quasi herba oriuntur, & cognoscetur manus domini his qui colunt eum. Et Ezechiel autē ait sic: Et facta est super me manus domini, & duxit me in spiritu dñs, & posuit me in medio campi, & hic erat plenus ossibus, & circūduxit me super ea in gyrum, & ecce multa super faciem campi arida ualde, & dixit ad me, Fili hominis, si uiuunt ossa hæc? et dixi, Domine, tu scis qui feciſti hæc, & dixit ad me, prophetare super ossa hæc, & dices eis, Ossa arida audite sermonem domini. Hæc dicit dominus ossibus his, Ecce ego superduco super uos spiritum uitæ, & dabo super uos cutem, & dabo spiritum meum in uos, & uiuetis, & cognoscetis quia ego sum dominus. Et ꝓphetaui sicut præcepit mihi dominus. Et factum est cum prophetarem, & ecce terręmotus, & adducebantur ossa unumquodq; ad compaginem suam, & uidi, & ecce super ea nerui, & carnes nascebantur, & ascendebant super ea cutes desuper, & spiritus nō erat in eis, & dixit ad me, Ad spiritum propheta fili hominis, & dic spiritui, Hæc dicit dominus, A quatuor spiritibus ueniet insufflatio in mortuos istos, & uiuant. Et prophetaui quemadmodum prę cepit mihi dominus, & intrauit in ea spiritus, & uixerunt, & steterunt supra pedes suos collectio multa ualde. Et rursus ait: Hæc dicit dominus, Ecce ego aperiam monumenta uestra, & educam uos de monumentis uestris, & inducā uos in terram Israel, & cognoscetis quia ego sum dominus, cum aperiam ego sepulchra uestra, & reducā de sepulchris populū meum, & dabo spiritum meum in uos, & uiuetis, & ponam uos in terram uestram, & cognoscetis quia ego dñs locutus sum,

&

& faciam, dixit dñs. Demiurgo itaq; & hic uiuificante corpora uestra mortua, quemadmodū uidere adest, & resurrectionē eis repromittente, & de sepulchris & monumentis suscitationē & incorruptelam donante: secundū enim lignum uitę, ait, dies ipsorū erunt: Hic solus deus ostenditur qui hæc facit, & ipse bonus pater benigne uitā donans, his qui ex se nō habebant uitam. Et propter hoc manifestissime dominus ostendit se, & patrem quidem suis discipulis, ne scilicet quærerent alterum deum, præter eum qui plasmauerit hominem, & afflatum uitę donauerit ei, neq; in tantam insaniam procederent, uti super Demiurgū alterum affingerent patrem. Et ideo reliquos quidem omnes quibuscunq; propter transgressionē eorum eueniebāt languores, curabat sermone, quib. & dicebat, Ecce sanus factus es, iam noli peccare, ne quid tibi deterius fiat, manifestans quoniā propter inobedientię peccatum subsecuti sunt languores hominibus. Ei autem qui cæcus fuerat à nati uitate, iam non per sermonē, sed per operationem præstitit uisum, non uane, neq; prout euenit hoc faciēs, sed ut ostenderet manum dei, eam quæ ab initio plasmauit hominem. Et propterea interrogātibus eum discipulis, qua ex causa cæcus natus esset, utrúm ne sua an parentū culpa, ait, Nec hic peccauit, neq; parentes eius, sed ut manifestarētur opera dei in ipso. Opera autem dei plasmatio est hominis. Hanc enim operationem fecit, quemadmodū scriptura ait, Et sumpsit dominus limū de terra, & plasmauit hominē, quapropter dominus expuit in terram, & fecit lutum, & superliniuit illud oculis, ostendens antiquam plasmationem, quemadmodū facta est, & manum dei ostendens his qui intelligere possunt, per quam è limo plasmatus est homo. Quod enim in ueteri plasmate prætermisit artifex, uerbum hoc manifeste adimpleuit: uti manifestarentur opera dei in ipso, nec iam alteram requiremus manum, per quam plasmatus est homo, neq; alterū patrem: scientes quoniā quæ plasmauit nos initio, & plasmat in uentre manus dei, hæc in nouissimis temporibus perditos exquisiuit nos, suam lucrifaciens & super humeros assumens ouem perditam, & cum gratulatione in cohortē restituens uitæ. Qui autem in uentre plasmat nos uerbū dei, ait Hieremiæ, Priusquā plasmarem te in utero, noui te, et priusquā progrederis de uulua sanctificaui te, & prophetā in gentibus dedi te. Sed & Paulus similiter ait, Quando autem cōplacuit ei, qui me segregauit ex utero matris meæ, uti euangelizarem eum in gentibus. Cum ergo in uētre à uerbo plasmemur, idipsum uerbum ei qui à natiuitate cæcus fuerat formauit uisionem, eum qui in abscondito plasmator noster est, manifeste ostendens, quoniam ipsum uerbum manifestum hominibus factum fuerat, & antiquam plasmationem Adæ differens, & quomodo factus est, per quam plasmatus est manum, ex parte to-

tum ostendens. Qui enim uisionem formauit dñs, hic est qui uniuersum hominē plasmauit, uoluntati patris deseruiēs. Et quoniam in illa plasmatione, quæ secundū hominē est, in transgressione factus est homo, indigebat lauacro regenerationis, postq; liniuit lutum super oculos eius, dixit ei: Vade in Siloā & lauare, simul & plasmationē, & eam quæ est per lauacrū regenerationem restituēs ei. Et propter hoc lotus uenit uidens, ut & suū cognosceret plasmatorē, & disceret homo eum qui donauit ei uitam. Excidunt itaq; & hi qui à Valentino sunt, dicentes non ex hac terra plasmatū esse hominem, sed à fluida materia, & effusa. Ex qua enim terra deus ei formauit oculos, ex hac manifestū est quoniā & ab initio plasmatus est homo. Nō em̄ consequēs erat aliunde quidē oculos, aliunde aūt reliquū corpus plasmatū esse. Quemadmodū nec consequens est alterū quidem corpus, alterū uero plasmasse oculos. Sed idem ipse qui ab initio plasmauit Adam, cum quo & loquebatur pater: Faciamus hominē secundum imaginē & similitudinē nostrā, in nouissimis temporib. semetipsum manifestans hominibus, ei qui ab Adam cæcus fuerat formauit uisionē. Et propter hoc scriptura significans quod futurū erat, ait, absconditō Adam propter inobedientiam, Dñm ueniſſe uespere ad eum, et dixisse, Vbi es? hoc est, quoniam in nouissimis temporib. ad ipsum uenit uerbū dei aduocare hominem, recōmemorās in eo opera sua, in quib. degens abscōditus fuerat dño. Quemadmodū uespere locutus est exquirens illū deus, sic & in nouissimis temporib. per eandem uocem uisitauit exquirēs genus eius. Et quoniā ex hac quæ secundū nos est terra, plasmatio fuit Adæ, scriptura dicit dixisse deū, Et in sudore uultus tui manducabis panem tuum, quoadusq; cōuertaris in terram, ex qua sumptus es. Si igitur in aliquā alteram terrā reuertūtur post mortē corpora nostra, cōsequens est ea inde & substantiā habere. Si uero in hanc ipsam, manifestum est quoniā ex hac plasmatio ei facta est, quomodo & dñs fecit manifestū ex eadem oculos formās. Et manu itaq; reliqua ostensa dei, per quam plasmatus est quidem Adam, plasmati aūt sumus & nos, & cū sit unus & idē pater, cuius uox ab initio usq; ad finē adest plasmati suo, & substantiam plasmatis nostri per euangeliū ostendens manifeste, iam nō oportet quærere alium patrē præter hunc, neq; aliam substantiā plasmationis nostræ præter prædictā, & ostensam à dño. Neq; alterā manum dei præter hāc q̄ ab initio usq; ad finē conformat nos, & coaptat uitā, & adest plasmati suo, & perficit illud secundū imaginē & similitudinem suā dei. Tunc aūt hoc uerbū ostensum est, quādo homo uerbū dei factū est, semetipsum homini & hominē sibimetipsi assimulans, ut per eam quæ est ad filium similitudinem, precios⁹ homo fiat patri. In præteritis enim temporib. dicebatur quidem secundū imaginē dei factum

ctum esse hominem,non autem ostendebatur. Adhuc enim inuisibile erat uerbum,cuius secundum imaginem homo fuerat,propter hoc autem & similitudinem facile amisit. Quando autem caro uerbum dei factum est, utracp confirmauit: & imaginem enim ostendit ueram, ipse hoc fiens quod erat imago eius,& similitudinē firmans restituit,consimilem faciens hominē inuisibili patri, per uisibile uerbū. Et nō solum autem per ea quæ prædicta sunt & patrem & semetipsum manifestauit dñs,sed etiam per ipsam passionem. Dissoluens enim eam quæ ab initio in ligno facta fuerat, hominis inobedientiā, obediens factus est usqp ad mortem, mortem autē crucis,eam quæ in ligno fuerat inobedientiam sanans. Non autem per eandem ueniſſet exoluere eam quæ fuerat erga plasmatorē nostrum inobedientiā, si alterum annunciabat patrem: quoniā autem per hæc per quæ non obediuimus deo,& non credidimus eius uerbo, per hæc eadem obedientiā introduxit,& eam quæ esset erga uerbū eius ostensionē,per quæ manifeste ipsum ostendit deum: quem in primo quidē Adam offendimus,nō facientes eius præceptū, in secundo autē Adam reconciliati sumus,obedientes usqp ad mortē facti. Neqp enim alteri cuidā eramus debitores, sed illi cuius præceptum transgressi fueramus à principio. Est autem hic Demiurgus,qui secundum dilectionē quidem pater est, secundū autem uirtutem dñs,secundum autem sapiētiam factor & plasmator noster, cuius & præceptū transgredientes, inimici facti sumus eius. Et propter hoc in nouissimis temporibus in amicitiā cōstituit nos dominus per suam incarnationem mediator dei & hominum factus, propitians quidem pro nobis patrem,in quem peccaueramus,et nostram inobedientiam cōsolatus:nobis autem donans eam quæ est ad factorem nostrū conuersationem & subiectionē. Qua propter in oratione dicere nos docuit, Et remitte nobis dēbita nostra, utiqp quoniā hic est pater noster, cuius eramus debitores, trāsgressi eius præceptū. Quis autem est hic? Vtrum ne incognitus aliquis, & nulli nunqp præceptum dans pater? An uero q à scripturis prædicatur deus, cui & debitores eramus,trāsgressi eius præceptum? Datum est autem præceptum homini per uerbum. Audiuit enim Adam,ait, uocem dñi dei. Bene igitur uerbū eius ad hominē dicit,remittūtur tibi peccata, idem ille in quem peccauerāmus in initio, remissionem peccatorum in fine donans. Aut si alterius quidem transgressi sumus præceptū, alius aut erat, qui dicit,remittuntur tibi peccata tua,neqp bonus,neqp uerax,neqp iustus est huiusmodi. Quomodo enim bonus qui non ex suis donat? aut quomodo iustus, qui aliena rapit? Quomodo aūt recte remissa sunt peccata,nisi ille ipse in quē peccauimus donauit remisionē, per uiscera misericordiæ dei, in quib. uisitauit nos per filiū suū? Quapropter & curato paralytico,

uidentes,inquit,populi, clarificauerunt deum, qui dedit potestatē talem hominibus. Quē igitur deum clarificauerunt circunstantes populi,nunquid nam ab hæreticis inuentū incognitum patrem? Et quomodo eum qui in totum nō cognoscebatur ab eis,glorificabant? Manifestum est ergo, quoniā eum qui in lege à ꝓphetis prædicatus est deus, glorificabant Israelitæ,qui & est pater dñi nostri,& propter hoc docebat homines in sensu per ea signa quæ faciebat dare gloriā deo. Si aūt ab altero quidem patre ipse uenisset, alterum autem patrem glorificabant homines,uidentes eius uirtutes, ingratos eos in eum patrem qui miserat curationem,efficiebat. Sed quoniā ab eo,à quo deus unigenitus filius uenerat ad salutem hominū, & incredulos per eas quas faciebat uirtutes prouocabat dare gloriā patri,& non recipientibus aduentum filij eius, & propter hoc non credentibus quæ ab eo fiat remissionem pharisæis,dicebat,ut sciatis quoniā potestatem habet filius hominis remittere peccata: & hoc cum dixisset, iussit paralyticū hominem tollere grabbatū super quem iacebat, & ire in domum suam: propter hoc quidem efficit,confundens incredulos, & significans quoniā ipse est uox dei per quam accepit homo præcepta,quæ supergressus est,et factus est peccator: ex peccatis em̄ paralysis subsecuta est. Peccata igitur remittens, hominē quidem curauit, semetipsum autem manifeste ostendit quis esset. Si enim nemo potest remittere peccata nisi solus deus,remittebat autem hæc dñs,& curabat homines,manifestum est, quoniā ipse erat uerbum dei, filius hominis factus,à patre potestatem accipiens,quomodo homo, & quomodo deus: & quomodo homo compassus est nobis, tanquam deus misereatur nostri,& remittat nobis debita nostra,quæ factori nostro debemus deo. Et ꝓpter hoc Dauid prędixit,Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Beatus homo cui non imputauit dominus peccatū: eam quæ per aduentū eius est remissionem præmonstrans, per quam deleuit chirographū,debita nostra,& affixit illud cruci:uti quemadmodū per lignum facti sumus debitores deo, per lignum accipiamus nostri debiti remissionē. Hoc & per alios quidem multos, iam autem & per Helisæum prophetam significanter ostensum est. Cum enim qui cum illo erant conciderent ligna ad fabricationē tabernaculi,& ferrum excussum de securi cecidisset in Iordanem,& non inueniretur ab ipsis:ueniens Helisæus ad ipsum locū, cum didicisset quid esset factum, lignū in aquam misit. hoc autem cum fecisset supernatauit ferrum securis, & de superficie aquæ sumpserunt illud,qui ante amiserant:per operationem ostendente propheta,quod firmum uerbum dei, quod per lignū negligenter amiseramus,nec inueniebamus,recepturi essemus iterum per ligni dispositionem. Quoniā autem securis similis est uerbo dei,

Ioan-

Ioãnes Baptiſta ait de eo, Iam aũt ſecuris ad radicẽ arborum poſita eſt. Et Hieremias ſimiliter ait, Verbum dñi quemadmodum bipennis cædens petram. Hoc ergo uerbum abſconditũ à nobis per lignũ, manifeſtauit quemadmodũ prædiximus ligni diſpoſitio. Quoniã per lignũ iterum manifeſtũ omnibus factum eſt, oſtendens altitudinẽ & longitudinem & latitudinem in ſe: & quemadmodũ dixit quidam de ſenioribus per extenſionẽ manuum duos populos ad unum deum congregans. Duæ quidem manus, quia & duo populi diſperſi in fines terræ: unum aũt medium caput, quoniã & unus deus ſuper omnes & in omnibus nobis. Et talem uel tantam diſpoſitionẽ non per alienas, ſed per ſuas efficiebat coditiones, neq; per ea quæ ex ignorantia & labe facta ſunt, ſed per ea quæ ex ſapientia & uirtute patris eius ſubſtantiam habuerunt. Neq; enim iniquus ut aliena cõcupiſcat, neq; indigens, ut nõ per ſua propria ſuis proprijs efficiat uitam, ſua utens conditione ad hominis ſalutem. Neq; enim portaſſet illum conditio, ſi ignorantiæ & labis eſſet emiſsio. Quoniam enim ipſum uerbum dei incarnatũ ſuſpenſum eſt ſuper lignũ per multa oſtendimus. Et ipſi aũt hæretici crucifixum confitentur. Quõ igitur ignorãtię & labis emiſſio, eum qui contineat uniuerſorũ agnitionẽ, & ſit uerus & perfectus portare potuit? Aut quõ ea quæ abſconſa eſt à patre, & multũ ſeparata conditio, portauit eius uerbum? Si aũt ab angelis hęc facta eſt, ſiue ignorantib. eum qui ſuper omnia eſt deus, ſiue ſcientibus, cum dixerit dñs, Quoniam ego in patre, & pater in me eſt, quõ patrem & filium ſimul fabricatio angelorũ portare ſuſtinuit? Quomodo aũt ea quæ extra pleroma eſt conditio, cepit eum qui cõtinet uniuerſum pleroma? Cum igitur hæc omnia impoſsibilia ſint, & comprobationẽ non habeant, illud ſolum uerum eſt eccleſiæ præconiũ, quoniam propria conditio, quæ ex uirtute & arte & ſapientia dei ſubſtitit, portauit eum. quæ quidem ſecundum inuiſibilitatẽ à patre portatur, ſecundũ uiſibile aũt è cõtrario portat eius uerbum: & hoc eſt uerum. Pater enim conditionẽ ſimul & uerbum ſuum portans, & uerbum portatũ à patre præſtat ſpiritũ omnib. quemadmodũ uult pater, Quibuſdam quidem ſecundũ cõditionem, quod eſt conditionis, quod eſt factum: quibuſdam autem ſecundum adoptionem quod eſt ex deo, quod eſt generatio, & ſic unus deus pater oſtenditur, qui eſt ſuper omnia, & per omnia, & in omnibus. Super omnia quidem pater & ipſe eſt caput Chriſti: per omnia aũt uerbum, & ipſe eſt caput eccleſiæ: in omnibus autẽ nobis ſpiritus, & ipſe eſt aqua uiua, quam præſtat dominus in ſe recte credentibus, & diligentibus ſe, & ſcientibus, quia unus pater qui eſt ſuper omnia, & in omnibus nobis. Teſtimonium perhibet his & Ioannes domini diſcipulus in Euangelio, dicens, In principio erat uerbũ, & uerbum erat apud

deum,& deus erat uerbum:hoc erat in principio apud deum. Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil. Deinde de ipſo uerbo dixit, In mundo erat, & mundus per ipſum factus eſt, & mundus eum non cognouit, In ſua propria uenit, & ſui eum non receperunt. Quotquot autem receperũt eum dedit illis poteſtatem filios dei fieri, his qui credunt in nomine eius. Et iterũ ſignificãs eius ſecundũ hominem diſpenſationẽ dixit. Et uerbum caro factũ eſt, & habitauit in nobis. Et iterum intulit, Et uidimus gloriam eius, gloriam quaſi unigeniti à patre, plenũ gratia & ueritate. Manifeſte oſtendens audire uolentibus, id eſt aures habẽtibus, quoniã unus deus pater ſuper omnes, & unum uerbũ dei per quod omnes, per quem omnia facta ſunt: & quoniam hic mundus proprius ipſius, & per ipſum factus eſt, uolũtate patris, & non per angelos, neq; per apoſtaſiam, & defectionem, & ignorantiam, neq; per uirtutem aliquã prunici, quam & matrem appellant quidam, neq; per alium quendã mundi factorem ignorãtem patrem. Mundi enim factor uere uerbum dei eſt. Hic autem eſt dñs noſter, qui in nouiſsimis temporibus homo factus eſt, in hoc mundo exiſtens, & ſecundum inuiſibilitatem continet quæ facta ſunt omnia & uniuerſa conditione infixus, quoniã uerbum dei gubernans, & diſponens omnia, & propter hoc in ſua inuiſibiliter ponit. Et caro factum eſt uerbũ, & pependit ſuper lignum, uti uniuerſa in ſemetipſum recapitularetur. Et ſui proprij illum non receperunt homines, quemadmodũ uti uniuerſa manifeſtauit in populo, Et erit uita tua pendẽs ante oculos tuos, & non credes uitæ tuæ. Qui igitur non receperunt illum, non acceperunt uitam. Quotquot aũt receperunt illum, dedit illis poteſtatẽ filios dei fieri. Ipſe eſt enim qui uniuerſam poteſtatẽ habet à patre, quoniam uerbum dei & homo uerus, inuiſibilibus quidem principans, rationabiliter & ſenſibiliter legem ſtatuens, uniuerſa quæq; in ſuo perſeuerare ordine, Super uiſibilia autem, & humana regnans manifeſte, & omnibus dignum ſuperducens iuſtum iudicium. Quemadmodũ & Dauid manifeſte ſignificans, ait, Deus noſter manifeſte ueniet, & non tacebit. Deinde & quod ab eo ſuperinducitur iudicium, manifeſtauit dicens, Ignis in conſpectu ſuo ardebit, & in circuitu eius tẽpeſtas ualida, Aduocauit cœlũ de ſurſum, & terrã diſcernere populũ ſuum. Manifeſte itaq; in ſua propria ueniente dño, & ſua propria eum baiulãte conditione quæ baiulatur ab ipſo, & recapitulationem eius quæ in ligno fuit inobediẽtiæ, per eam quæ in ligno eſt obedientiã faciente, & ſeductione illa ſoluta, qua ſeducta eſt male, illa quæ iam uiro deſtinata erat uirgo Eua, per ueritatẽ euangelizata eſt bene ab angelo iam ſub uiro uirgo Maria. Quemadmodũ enim illa per angelicum ſermonem ſeducta eſt, ut effugeret deum præuaricata uerbum eius, Ita & hæc per angelicum

gelicum ſermonē euangelizata eſt,ut portaret deū,obediens eius uerbo.Et ſicut illa ſeducta eſt ut effugeret deum, Sic hęc ſuaſa eſt obedire deo,uti uirginis Euæ uirgo Maria fieret aduocata: Et quemadmodū aſtrictū eſt morti genus humanū per uirginem, ſoluatur per uirginē, æqua lance diſpoſita uirginalis inobedientiæ,per uirginalē obedientiam.Adhuc enim protoplaſti peccatū per correptionem primogeniti emendationē accipiens, & ſerpentis prudentia deuicta in columbæ ſimplicitate, uinculis aūt illis reſolutis, per quæ alligati eramus morti: Indocti omnes hęretici & ignorantes diſpoſitiones dei, & inſcij eius quæ eſt ſecundū hominem diſpenſationis, quippe cæcutiētes circa ueritatem ipſi ſuæ contradicunt ſaluti. Alij quidem alterum introducentes præter Demiurgū patrem. Alij autem ab angelis quibuſdā dicentes factum eſſe mundum, & ſubſtantiā eius.Alij quidem porrò & longe ſeparatū ab eo qui eſt ſecundū ipſos patre à ſemetipſo fuiſſe, & eſſe ex ſe natum. Alij autē in his quæ continentur à patre de labe & ignorantia ſubſtantiā habuiſſe. Alij autem manifeſtū aduentū domini contemnunt,& incarnationē eius non recipientes.Alij autem rurſus ignorantes uirginis diſpenſationē,ex Ioſeph dicunt eum generatū. Et quidam quidem neq; animam ſuam,neq; corpus recipere poſſe dicunt ęternam uitam, ſed tātum hominem interiorem. Eſſe autem hunc eum ὁ νῦς
qui in eis ſit ſenſus uolunt, quem & ſolum aſcendere ad perfectum dicernunt. Alij autem anima ſaluata nō participari corpus ipſorum eam quæ eſt à deo ſalutē,quemadmodū in primo diximus libro, in quo & argumenta eorum omniū enarrauimus, & inualidum ipſorum, & inconſtabile in ſecundo oſtendimus.

OMnes em̄ hij ualde poſteriores ſunt q̄ epiſcopi,quibus apoſtoli tradiderunt eccleſias, & hoc in tertio libro cum omni diligentia manifeſtauimus.Neceſsitatē ergo habent prędicti hæretici, quoniam ſint cæci ad ueritatē,alteram & alterā ambulare exorbitantes uiam: & propter hoc incōſonanter & incōſequenter diſperſa ſunt ueſtigia doctrinæ ipſorū.Eorum aūt qui ab eccleſia ſunt ſemita circumiens mundum uniuerſum,quippe firmā habens ab apoſtolis traditionē,& uidere nobis donans omniū unam & eandē eſſe fidem, omnib.unū & eundem deum patrē recipientib. & eandem donationē ſpiritus ſciētibus, & eadem meditantib. præcepta,& eandem figurā quæ eſt erga eccleſiam ordinationis cuſtodientibus,& eundem expectantib.aduentum domini, & eandem ſalutem totius hominis, id eſt animæ & corporis ſubſtinentib.& eccleſiæ quidem prędicatio uera & firma,apud quam una & eadem ſalutis uia in uniuerſo mūdo oſtenditur.Huic enim creditum eſt lumen dei, & propter hoc ſapiētia dei, per quā ſaluat homines in exitu canitur,In plateis autem fiducialiter agit,in ſummis muris

prædi-

prædicatur, In portis aũt ciuitatis constanter loquitur. Vbiq; enim ecclesia prædicat ueritatẽ, & hæc est ἑπτάμυχος, lucerna Christi baiulans lumen. Qui ergo relinquunt præconiũ ecclesiæ, imperitiam sanctorum presbyterorum arguunt, non cõtemplantes quanto pluris sit idiota religiosus, à blasphemo & impudente sophista. Tales sunt aũt omnes hęretici, & qui se plus aliquid præter ueritatẽ inuenire putant, sequentes ea, quæ prędicta sunt uarie, et multiformiter, & imbecille facientes iter, de ijsdem nõ semper easdem sententias habentes, uelut cæci à cæcis circũducuntur, iuste cadent in sublatentẽ ignorãtiæ foueam, semper quærentes, & nunq̃ uerum inuenientes. Fugere igitur oportet sententias ipsorũ, & intentius obseruare ne coniurgemur ab ipsis, confugere aũt ad ecclesiam, & eius sinu educari, & dominicis scripturis enutriri. Plantata est enim ecclesiæ paradisus in hoc mundo. Ab omni ergo ligno paradisi escas manducabis, ait spiritus dei, id est ab omni scriptura dominica manducate. Super elato aũt sensu, ne manducaueritis, neq; tetigeritis uniuersam hæreticã dissensionem. Ipsi enim confitentur semetipsos agnitionẽ habere boni, & mali, & super deum qui fecit eos, iaculantur sensus suos impios. Supra igitur sentiunt q̃ est mensura sensationis. Quapropter & Apostolus ait, Non plus sapere q̃ oporteat, sed sapere ad prudentiã: ut non illorum mãducantes agnitionem, eam quæ plus q̃ oportet sapit, proijciamur de paradiso uitæ, In quem dñs inducit eos qui obediunt præconio eius, recapitulans in se omnia quæ in cœlis & quæ in terra sunt, & quæ in cœlis spiritualia sunt, quæ autem in terris secundũ hominem est dispositio. Hæc igitur in semetipso recapitulatus est, adunans hominem spiritui, & spiritum collocãs in homine, ipse caput spiritus factus est, & spiritum dans esse hominis caput: per illum enim uidemus, & audimus, & loquimur.

id est, septẽ caliculos habens.

OMnia ergo recapitulãs recapitulatus est, et aduersum inimicũ nostrum bellũ prouocãs, & elidens eum qui initio in Adam captiuos duxerat nos, & calcans eius caput, quemadmodũ habet in Genesi dixisse serpenti deum, Et inimicitiã ponam inter te & inter mulierem, & inter semen tuum, & semen eius: ipse tuum obseruabit caput, & tu obseruabis eius calcaneũ. Ex eo enim qui ex muliere uirgine habebat nasci secundũ multitudinem Adam præconabatur obseruãs caput serpentis, id est semen, de quo ait Apostolus in epist. ad Galatas, Legem factorũ positam, donec ueniret semen, cui promissum est. Manifestius autem adhuc in eadem ostendit epist. dicens: Cum autem uenit plenitudo temporis, misit deus filiũ suum, factũ de muliere. Neq; enim iuste uictus fuisset inimicus, nisi ex muliere homo esset, qui uicit eũ. Per mulierẽ enim homini dominatus est ab initio, semetipsum cõtrarium statuens homini. Propter hoc & dominus semetipsum filium homi-

nis

nis cõfitetur, principalem hominẽ illum, ex quo ea quæ ſecundũ mulierem eſt plaſmatio facta, in ſemetipſo recapitulãs: uti quemadmodũ per hominẽ uictum deſcendit in mortẽ genus noſtrũ, ſic iterũ per hominem uictorẽ aſcendamus in uitam. Et quemadmodũ accepit palmã mors per hominẽ aduerſus nos, ſic iterũ nos aduerſus mortem per hominem accipiamus palmam. Nõ autem dñs antiquam illam & primã aduerſus ſerpentẽ inimicitiam in ſemetipſo recapitulatus fuiſſet, adimplens promiſsionẽ Demiurgi, & perficiens prẹceptũ eius, ſi ab alio ueniſſet patre: ſed quoniã unus & idem eſt, qui ab initio plaſmauit nos, & in fine filium ſuum miſit, præceptũ eius perfecit dñs, factus ex muliere, & deſtruens aduerſariũ noſtrum & perficiẽs hominem ſecundũ imaginem & ſimilitudinẽ ſuam. Et propter hoc non aliunde eum deſtruxit, niſi ex dictionib. legis, & patris præcepto adiutore eius, ad deſtructionem & traductionẽ apoſtatæ angeli. Primo quidem dieb. xl. ieiunans, ſimiliter ut Moyſes & Helias, poſtea eſurijt, ut hominẽ eum uerum & firmum intelligamus, proprium enim eſt hominis ieiunantis eſurire. Deinde aũt ut haberet aduerſarius ubi cõgrederetur, Quoniam enim in principio per eſcam nõ eſurientẽ hominẽ ſeduxit tranſgredi præceptũ dei, in fine eſurientem nõ potuit diſſuadere eam quæ à deo eſſet ſuſtinere eſcam. Tentãte enim eo & dicente, Si filius dei es, dic ut lapides iſti panes fiant: Dominus autem per præceptũ legis repulit eum, dicens. Scriptum eſt, Non in pane tantum uiuet homo. Ad illud quidem quod ait, Si filius dei es, tacuit. Exceẹcauit autem eum hominis confeſsione, & per paternam ditionem primum impetum euacuauit. Quæ ergo fuit in Paradiſo repletio hominis per duplicem guſtationem, diſſoluta eſt per eam quæ fuit in hoc mundo indigentiam. Ille aũt legaliter exploſus, tentabat & ipſe per mendaciũ rurſus legitime facere congreſsionẽ, in altiſsimum enim templi pinnaculũ ducens eum, dixit, Si filius dei es, mitte te deorſum. Scriptũ eſt enim, Quoniã angelis ſuis deus mãdauit de te, & in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidẽ pedem tuum: mendaciũ abſcondens per ſcripturã, quod faciunt omnes hæretici. Illud enim quod angelis ſuis mandauit de eo, ſcriptũ erat: mitte te deorſum, de eo nulla dicebat ſcriptura, ſed à ſemet ipſo hanc ſuaſionem diabolus afferebat. Dominus itaq; legitime confutauit eum, dicens, Item ſcriptum eſt, Non tentabis dominum deum tuum. Per eam uocem quæ eſt in lege oſtendens, id quidem quod eſt ſecundũ hominem, quoniã non debet homo tentare deum. Quãtum aũt ad illũ, quoniã in eo homine qui uidebatur non tentaret dñm deũ ſuum. Elatio itaq; ſenſus quæ fuit in ſerpẽte, diſſoluta eſt per eam quæ fuit in homine humilitas: & bis iam uictus erat de ſcriptura diabolus, quum eſt traductus contraria præcepto dei ſuadens & ſecundum

ſenten-

sententiã suam dei hostis ostensus. Qui magne cõfutatus, & quasi semetipsum colligens, uniuersam quam habebat uirtutẽ in mendacium ordinans, tertio ostendit ei seculi regna omnia, & gloriã ipsorum, dicens, quemadmodũ meminit Lucas, Hæc omnia tibi dabo: quoniam mihi tradita sunt, & cui uolo do ea, si procidens adoraueris me. Dominus itaq; traducens eum qui esset, Vade, inquit, satanas: scriptum est enim, Dñm deum tuũ adorabis, & illi soli seruies. Denudans eum per hoc nomen, & se ostendẽs qui erat. Satana enim uerbũ Hebraice apostatam significat. Et tertio itaq; uincens eum, in reliquũ repulit à semet ipso, quasi legitime uictũ, & soluta est ea quæ fuerat in Adam præcepti dei prꝫuaricatio, per præceptũ legis, quod seruauit filius hominis, non transgrediens præceptũ dei. Quis ergo dñs deus, cui testimoniũ perhibet, quem nemo tẽtauit, & quem omnes adorare oportet, & ipsi soli seruire? Omnimodo ille est sine dubio qui & legem dedit deus. Hæc enim in lege prædicta fuerãt, & per legis sententiã ostendit dñs, quoniã lex quidem à patre uerbum deum annũciat: Apostata aũt dei angelus, per illam destruitur uocem traductus qui sit, & uictus à filio hominis seruante dei præceptũ. Quoniã eñ initio homini suasit trãsgredi præceptũ factoris, & ideo eum habuit in sua potestate, potestas aũt eius est transgressio & apostasia, & his colligauit hominẽ, per hominem ipsum iterũ oportebat uictum eum contrario colligari ijsdem uinculis quibus alligauit hominẽ, ut homo solutus reuertatur ad suũ dominum, illa uincula relinquens, per quæ ipse fuerat alligatus, id est trãsgressionẽ. Illius enim colligatio, solutio facta est hominis, quoniã non potest aliquis intrare in domũ fortis, & uasa eius diripere, nisi primum ipsum fortem alligauerit. Cõtrario ergo in sermone eius qui omnia fecit dei: traducens eum dñs, & subijciens per præceptũ, præceptum aũt dei lex, fugitiuũ eum, & legis transgressorẽ & apostatam dei ostendens, postea iam per uerbum cõstanter eum colligauit, quasi suũ fugitiuũ, & diripuit eius uasa, id est eos qui ab eo detinebantur homines, quibus ipse iniuste utebatur. Et captiuus quidem ductus est iuste is, qui hominem iniuste captiuum duxerat: qui autẽ ante captiuus ductus fuerat homo, extractus est à possessoris potestate, secundũ miseri cordiam dei patris: qui miseratus est plasmati suo, & dedit salutẽ ei per uerbum, id est per Christũ redintegrãs: ut experimento discat homo, quoniã non à semetipso, sed donatione dei accepit incorruptelam. Sic igitur manifeste ostendente domino, quoniã dominus uerus, & unus deus, qui à lege declaratus fuerat, quem enim lex præconauerat deum hunc spiritus ostendit patrem, cui & seruire soli oportet discipulos Christi: & per eas quæ sunt in lege sententias aduersariũ nostrum euacuante, lex autem Demiurgum laudare deum, & ipsi soli seruire iubet

nobis

nobis: iam non oportet quærere alium patrem præter hunc aut super hunc, quoniam unus deus qui iustificat circũcisionem ex fide & præputium per fidem. Si enim alius quis erat super hunc perfectus pater, nequaquã per huius sermones & præcepta destruxisset satanam. Nec enim ignorantia per alteram potest dissolui ignorantiã, quemadmodum neq; per labem labes euacuari. Si igitur lex ex ignorantia & labe est, quomodo sententiæ quæ in ea sunt, diabolicam ignorantiã absoluere poterant & fortem uincere? Neq; enim á minori, neq; ab æquali fortis uinci potest, sed ab eo qui plus potest. Plus autem potest super omnia uerbum dei, qui in lege quidem uociferatur, Audi Israel, dominus deus tuus, deus unus est, & diliges dñm deum tuũ ex tota anima tua, & hunc adorabis, & huic seruies. In euangelio autem per has easdem sententias destruens apostasiã, & patris uoce deuicit fortem, & legis præceptũ suas sententias confitetur, dicens, Non tentabis dominũ deum tuum. Nec enim per alienam sed per propriam patris sui sententiam destruxit aduersariũ, & fortem uicit. Nos autẽ solutos per ipsum præceptũ docuit, esurientes quidem sustinere eam quæ à deo datur escam, in sublimitate autem positos uniuersi chrismatis, uel operibus iustitiæ cõfidentes, uel ministrationis supereminẽtia adornatos, nequaquam extolli, neq; tentare deum, sed humilia sentire, & præ manu habere, Non tentabis dñm deum tuũ, quemadmodũ & Apostolus docuit, Non alta, ait, sentientes, sed humilib. consentientes. Nec diuitijs, nec gloria mundi, neq; præsenti phantasia capi, Scire aũt quoniam dominum deum tuum adorare oportet, ipsi soli seruire, & non credere ei qui falso promisit ea quæ non sunt sua, dicens, Hæc omnia tibi dabo, si procidens adoraueris me. Ipse enim cõfitetur, quoniã adorare eum, & uoluntatẽ eius facere, cadere est à gloria dei. Et quid aut suaue, aut bonum participare potest qui cecidit? Aut quid aliud sperare & expectare potest, qui talis est, nisi mortẽ? Ei em̃ qui cecidit, proxima mors est. Deinde nec illa quæ promisit præstabit: quõ enim prẽstabit ei qui cecidit? Deinde quoniã dominatur hominib. & ei ipsi deus, & nolente patre nostro qui est in cœlis, neq; passer cadet in terram. Illud igitur qd' ait, hæc mihi tradita sunt, & cui uolo do ea, ut in superbiam elatus ait. Neq; em̃ cõditio sub eius potestate est, quandoquidẽ & ipse unus de creaturis est. Neq; ipse hominũ regnum attribuet hominib. sed secundum ordinationẽ dei patris, & cætera quæq;, & quæ sunt erga homines disponuntur. Dñs autem ait, Quoniã diabolus mendax est ab initio, & in ueritate nõ stetit, Si itaq; mendax est, & nõ stans in ueritate, uidelicet non uerũ dicebat, quoniã hæc omnia mihi tradita sunt, & cui uolo, do ea, sed mendaciũ loquens. Assuetus enim erat iam ad se ductionem hominũ mentiri aduersus deum. Ab initio enim homini

escam multam cum deus dedisset, ex una aũt tantum arbore præcepisset ne mãducaret, quemadmodũ scriptura dicit dixisse deũ ad Adam, Ab omni ligno quod est in paradiso escam mãducabis, à ligno aũt cognoscendi bonũ & malum non mãducabitis, qua aũt die manducaueritis, morte moriemini. Ille aũt mentiens aduersus deum tẽtauit hominem, quemadmodũ scriptura dicit dixisse serpentẽ mulieri, Quid itaque dixit deus? Ne manducaueritis ab omni ligno paradisi. Et cum illa traduxisset mendaciũ, & simpliciter retulisset præceptũ, in eo quod diceret, ab oẽi ligno paradisi mãducabitis, à fructu aũt ligni quod est in medio paradiso, dixit deus, ex eo non mãducabitis, neq; tetigeritis, ne moriamini: cum didicisset à muliere præceptũ dei, astutia usus decepit eam denuo per falsiloquiũ, dicens, Non morte moriemini. Sciebat enim deus, quoniã qua die manducaueritis ex eo, aperientur oculi uestri, & eritis sicuti dĩj, scientes bonũ & malum. Primo quidẽ in dei paradiso disputat de deo, quasi absente eo, magnitudinẽ enim ignorabat dei: post deinde ab ipsa discẽs dixisse dñm, morituros eos si gustassent de prædicto ligno, tertio mendaciũ loquens dixit, Non morte moriemini. Sed quoniã deus uerax est, mendax aũt serpens, de effectu ostensum est, & morte subsecuta eos qui mãducauerũt: simul enim cum esca & mortẽ ascierunt, quoniã inobedientes manducabãt. Inobedientia aũt dei mortem infert, propter hoc ex eo traditi sunt ei, debitores mortis effecti. In ipsa itaq; die mortui sunt, in qua manducauerunt, & debitores facti sunt mortis, quoniã conditionis dies unus, Factus est enim, inquit, uespere & mane dies unus. In ipsa aũt hac die manducauerunt, in ipsa aũt & mortui sunt. Secundũ autem circulũ & cursum dierum, secundũ quem alia quidem prima, alia aũt secunda, & alia tertia uocatur, si quis uelit diligenter discere qua die ex septẽ mortuus est Adam, inueniet ex domini dispositione. Recapitulans enim uniuersum hominem in se ab initio usq; ad finem recapitulatus est & mortem eius, manifestum est itaq; quoniam in illa die mortem sustinuit dñs, obediens patri, in qua mortuus est Adam, inobediens deo, In qua autem mortuus est, in ipsa & manducauit. Dixit enim deus, In qua die manducabitis ex eo, morte moriemini. Hunc itaq; diem recapitulans in semetipsum dominus, uenit ad passionem pridie ante sabbatum, quę est sexta conditionis dies, in qua homo plasmatus est, secundam plasmationem eam quæ est à morte, per suam passionẽ donans. Quidam autem rursus in millesimũ annum reuocant mortem Adæ. Quoniam enim dies domini sicut mille anni, non superposuit autem mille annos, sed intra eos mortuus est, transgressionis adimplens sententiam. Siue ergo secundum inobedientiam quæ est mors, siue quod exinde traditi sint, & facti sunt debitores mortis, siue secundum unum & eundem

sexto ab orbe cõdito die peccauit Adam.

diem

diem,in quo mãducauerunt & mortui ſunt, quoniã conditionis dies: ſiue ſecundũ hunc circulũ dierum, quia in ipſa mortui in qua & manducauerunt, hoc eſt paraſceue, quæ dicitur cœna pura, id eſt,ſexta feria,quam & dñs oſtendit paſſus in ea:ſiue ſecundũ quod nõ ſit ſupergreſſus mille annos, ſed in ipſis mortuus ſit:ſecundũ omnia ergo quæ ſignificantur, deus quidẽ uerax,mortui enim ſunt qui guſtauerunt de ligno,ſerpens aũt mendax oſtẽſus eſt, & homicida,ſicut dñs ait de eo, Quoniam ab initio homicida eſt, & in ueritate non ſtetit. Sicut ergo in principio mentitus eſt,ita & in fine mentiebatur,dicens, Non enim ipſe determinauit huius ſeculi regna, ſed deus. Regis enim cor in manu dei.Et per Salomonẽ autem ait uerbũ, Per me reges regnant,& poteſtates tenent iuſtitiã. Per me principes exaltãtur,& tyranni terræ.Et Paulus apoſtolus hoc ipſum ait, Omnibus poteſtatib. ſublimioribus ſubiecti eſtote, non eſt enim poteſtas niſi à deo. Quæ aũt ſunt, à deo diſpoſitæ ſunt.Et iterũ de ipſis ait,Non enim ſine cauſa gladiũ portat, dei enim miniſter eſt, uindex in iram ei qui male operatur. Quoniam hæc aũt non de angelicis poteſtatib. nec de inuiſibilibus principib.dixit,quomodo quidam audent exponere,ſed de his,quæ ſunt ſecundũ homines poteſtates,ait, Propter hæc enim & tributa præſtatis, miniſtri enim dei ſunt in hoc ipſum ſeruiẽtes:Hoc autem & dñs confirmauit non faciens quidem quod à diabolo ſuadebatur, tributorũ autem exactoribus iubens pro ſe,et pro Petro dare tributũ. Quoniã miniſtri dei ſunt,in hoc ipſum deſeruientes. Quoniã enim abſiſtens à deo homo,in tantũ efferauit,ut etiam cõſanguineũ, hoſtem ſibi putaret,& in oĩi inquietudine,& homicidio, & auaritia ſine timore uerſaretur,im poſuit illi deus humanũ timorẽ:non eĩ cognoſcebant timorẽ dñi: ut ut poteſtati hominũ ſubiecti, & lege eorũ aſtricti aliqd aſſequãtur iuſtitiæ,& moderentur adinuicẽ manifeſto poſitũ gladiũ timẽtes, ſicut Apoſtolus ait: Non eĩ ſine cauſa gladiũ portat: dei eĩ miniſter eſt, uindex in iram ei, qui male operatur. Et propter hoc & ipſi magiſtratus indumentũ iuſtitiæ leges habentes, quæcunq; iuſte & legitime fecerint,de his nõ interrogabuntur,neq; pœnas dabunt. Quęcunq; aũt ad euerſionẽ iuſti inique et impie contra legem & more tyrãnico exercuerunt, in his & peribunt iuſto iudicio dei,ad omnes æqualiter peruenientę,& in nullo deficiente. Ad utilitatẽ ergo gentilium terrenũ regnum poſitũ eſt à deo, ſed non à diabolo, qui nunq; omnino quietus eſt,imò qui nec ipſas quidem gentes uult in trãquillo agere,ut timẽtes regnũ humanum, nõ ſe alterutrũ homines uice piſciũ conſumant, ſed per legũ poſitiones repercutiãt multiplicẽ gentilium iniuſtitiã. Et ſecundũ hoc miniſtri dei ſunt,qui tributa exigunt à nobis,in hoc ipſum ſeruiẽtes quæ ſunt poteſtates,à deo ordinatæ ſunt. Manifeſtũ eſt,quo

niam mentitur diabolus dicens, Mihi tradita sunt, & cui uolo, do ea. Cuius enim iussu homines nascuntur, huius iussu & reges constituuntur, apti his qui in illo tempore ab ipsis regnãtur. Quidam enim illorũ ad correctionẽ & utilitatem subiectorũ dantur, & conseruationẽ iustitiæ. Quidam aũt ad timorem, & pœnã, & increpationẽ. Quidam autẽ ad illusionẽ & contumeliã, & superbiam, quemadmodũ & digni sunt dei iusto iudicio, sicut prædiximus, in oĩbus æqualiter superuenientes. Diabolus aũt quippe apostata existens angelus, hoc tantũ potest, qd̃ egit in principio, seducere & abstrahere mentẽ hominis ad transgredienda prȩcepta dei, & paulatim obserare corda eorũ conatur seruire ei, & ad obliuiscendũ quidem uerũ deum, ipsum aũt quasi deum adorare. Quemadmodũ autem si quis apostata regionẽ aliquã hostiliter capiens, perturbet eos, qui in ea sunt, ut regis gloriam sibi uindicet apud ignorãtes quod apostata & latro sit, Sic etiam diabolus cum sit unus ex angelis his, qui super spiritũ aeris præpositi sunt, quemadmodum Paulus apostolus in ea q̃ est ad Ephesios manifestauit, inuidens homini, apostata à diuina factus est lege. Inuidia eĩ aliena est à deo. Et quoniã per hominem traducta est apostasia eius, & examinatio sententiæ eius homo factus est, adhuc magis magisq; semetipsum contrarium constituit homini, inuidens uitæ eius, & in sua potestate apostatica uolens concludere eum. Omniũ aũt artifex uerbum dei per hominem uincens eum, & apostatã ostendens, è contrario subiecit eum homini. Ecce dicens, do uobis potestatẽ calcandi super serpentes & scorpiones, & super omnem uirtutẽ inimici, ut quemadmodũ dominatus est homini per apostasiã, sic iterũ per hominẽ recurrentẽ ad deum euacuetur apostasia eius. Et non tantũ per ea quæ dicta sunt, sed & per ea quæ erunt sub antichristo ostenditur, quoniã existens apostata & latro, quasi deus uult adorari, & cum sit seruus, regem uult præconari. Ille enim omnẽ suscipiens diaboli uirtutẽ, ueniet non quasi rex iustus, nec quasi in subiectione dei legitimus: sed impius & iniustus, & sine lege quasi apostata, et iniquus & homicida quasi latro, diabolicã apostasiam in se recapitulans, & idola quidem seponens ad̃ suadendũ quod ipse sit deus, se aũt extollens unũ idolũ, habens in semetipsum reliquorum idolorũ uariũ errorẽ, ut hi qui per multas dominationes adorant diabolũ, hi per hoc unũ idolũ seruiãt ipsi, de quo Apostolus in epist. quæ est ad Thessal. 2. ait sic, Quoniam nisi uenerit abscessio primum, & reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis, qui aduersatur & extollit se super omne quod ducitur deus, aut colitur: ita ut in templo dei sedeat, ostendens semetipsum tanquam sit deus. Manifeste igitur Apostolus ostendit aduentum eius, & quoniam extollitur super omne quod dicitur deus, uel quod colitur super omne idolum. Hi

enim

enim sunt qui dicuntur quidem ab hominibus, nō sunt autem, dñi. Et quoniam ipse se tyrannico more conabitur ostendere deū: super hæc aūt manifestauit & illud quod à nobis per multa ostēsum est, quoniā Hierosolymis tēplū per dispositionē ueri dei factū est: Ipse enim apostolus ex sua persona diffinitiue tēplū illud dixit dei. Ostēdimus autē & in 3. lib. nullū ab apostolis ex sua persona deū appellari, nisi eū qui uere sit deus, patrem domini nostri, cuius iussu hoc quod est in Hierosolymis factū est tēplum, ob eas causas quæ à nobis dictę sunt: in quo aduersarius sedebit, tentans semetipsum Christū ostēdere, sicut et dñs ait, Cum aūt uideritis abominationē desolatiōis, quę dicta per Danielem prophetā, stantē in loco sancto, qui legit intelligat. Tunc qui in Iudæa sunt fugiāt in mōtes, et qui in tecto est, nō descēdat tollere quicq̄ de domo. Erit enim tunc pressura magna, qualis nō est facta ab initio seculi usq̄ nūc, sed neq̄ fiet. Daniel aūt nouissimi regni finē respiciēs, id est nouissimos decē reges, in quos diuideretur regnū illorū, super quos filius perditionis ueniet, cornua dicit decē nasci bestiæ, & alterū cornu pusillum nasci in medio ipsorū, & tria cornua de prioribus eradicare à facie eius. Et ecce, inquit, oculi quasi oculi hominis in cornu hoc, & os loquens magna, & aspectus eius maior reliquis uidebatur, & cornu illud faciebat bellum aduersus sanctos, & ualebat aduersus eos, quoadusq̄ uenit uetustus dierū, & iudiciū dedit sanctus altissimi dei & tēpus prę uenit, et regnū obtinuerūt sancti. Postea in exolutiōe uisionū dictū est ei. Bestia quarta, regnū quartū erit in terra, quod eminebit super reliqua regna & manducabit omnē terrā, & conculcabit eam, et concidet: de decem cornib. eius, decē reges exurgēt: et post eos surget alius, qui superabit alios omnes, qui ante eum fuerunt, & reges tres deminorabit, & uerba aduersus altissimū deum loquetur, & sanctos altissimi dei conteret, & cogitabit demutare tēpora & legē: & dabitur in manu eius usq̄ ad tempus temporū & dimidiū tēpus, hoc est triennium & sex menses, in quibus ueniēs regnabit super terram. De quo iterum & apostolus Paulus in secunda ad Thessalonicēses simul & causam aduētus eius annūcians sic ait, Et tunc reuelabitur iniquus, quē dñs Iesus interficiet spiritu oris sui, & destruet præsentia aduētus sui, cuius est aduentus secundū operationē satanæ, in omni uirtute, & signis, & portentis mendaciorū, & omni seductione malitiæ pereuntibus, pro eo quod dilectionem ueritatis nō receperūt, ut salui fierēt: Et ideo mittit eis deus operationē erroris, ut credant mendacio, ut iudicentur omnes, qui non crediderūt ueritati, sed consenserunt iniquitati. Et dominus aūt hoc idem nō credētibus sibi dicebat, Ego ueni in nomine patris mei, et nō recepistis me. Cū alius aūt uenerit in nomine suo illum recipietis, aliū dicēs Antichristū, quoniam alienus est à do-

mino:& ipse est iniquus iudex, qui à domino dictus est, quoniã deũ non timebat,neq; hominẽ reuerebatur, ad quẽ fugit uidua oblita dei, id est,terrena Hierusalẽ,ad ulciscendũ de inimico,qđ & faciet in tempore regni sui:transferet regnum in eam,& in tẽplo dei sedebit,seducens eos qui adorãt eũ quasi ipse sit Christus.Quapropter ait Daniel iterum,& sanctũ desolabitur.Et datũ est in sacrificiũ peccatũ,& proiecta est in terra iustitia,& fecit, & prospere cesit. Gabriel angelus ex soluens eius uisionẽ de hoc ipso dicebat.Et in nouissimo regni ipsorũ exurget rex improbus facie ualde,& intelligens quęstiones, & ualida uirtus eius,& admirabilis,& corrũpit, & dirigit,& faciet, & exterminabit fortes,& populũ sanctum,& iugum torquis eius. dirigetur dolus in manu eius,in corde suo exaltabitur,et dolo dísperdet multos,et ad perditionẽ multorũ stabit, & quomodo una manu conteret. Deinde & tẽpus tyrannidis eius significat, in quo tẽpore fugabũtur sancti,qui purum sacrificiũ offerunt deo.Et in dimidio hebdomadis, ait, tolletur sacrificiũ & leuatio,et in tẽplo abominatio desolatiõis & usq; ad consummationẽ tẽporis consummatio dabitur super desolationẽ. Dimidium aũt hebdomadis,tres sunt anni, & menses sex:ex quibus omnibus non tantum quæ sunt Apostasiæ manifestãtur,& quæ sunt eius qui in se recapitulatur omnẽ diabolicũ errorẽ,sed et quoniã unus & idem pater deus qui à prophetis annũciatus est,à Christo autẽ manifestatus.Si enim quæ à Daniele propheta sunt dicta de fine dominus cõprobauit,Cum uideritis dicẽs,abominationẽ desolatiõis, quæ est per Danielem prophetã: Danieli autẽ angelus Gabriel exolutionem uisionũ fecit,Hic autem est archangelus Demiurgi, & hic idem Mariæ euangelizauit manifestũ aduentũ, & incarnationem Christi: Vnus & idem deus manifestissime ostẽditur, qui prophetas misit,& filiũ præmisit,& nos uocauit in agnitionẽ suã.Manifestius adhũc etiã de nouissimo tẽpore,& de his qui sunt in eo decẽ regibus,in quos diuidetur quod nunc regnat imperium,significauit Ioannes domini discipulus in Apocalypsi,edissẽrẽs quæ fuerint decẽ cornua quæ à Daniele uisa sunt,dicens,sic dictũ esse sibi,Decem cornua quę uidisti decẽ reges sunt,qui regnũ non acceperũt, sed potestatẽ quasi reges una hora accipient.Cũ bestia hi unã sententiã habent,& uirtutẽ & potestatem suam bestiæ dant.Hi cũ agno pugnabunt,et agnus uincet eos, quoniam dominus dominorum est,& rex regum.Manifestũ est itaq; quoniam ex his tres interficiet ille qui uenturus est, & reliqui subijciũtur ei,& ipse octauus in eis,& uastabũt Babilonem,& comburẽt eam igni,& dabunt regnum suum bestiæ,& effugabunt ecclesiam. Post deinde ab aduentu domini nostri destruentur. Quoniam enim oportet diuidi regnum,et sic deperire sicut dñs ait.Omne regnum diuisum in se

in se desolabitur,& omnis ciuitas uel domus diuisa in se nō stabit. Diuidi igitur & regnum & ciuitatē & domū oportet in decē, & propterea iam partitionē,& diuisionē præfigurauit, & diligenter Daniel finem quarti regni digitos ait pedū esse imaginis,quę à Nabuchodonosor uisa est,in quos uenit lapis sine manibus præcisus,et quēadmodū ipse ait,Pedis pars quidē aliqua ferrea,et pars aliqua fictilis, quoadusque abscisus est lapis sine manibus, et percussit imaginē in pedes ferreos, & fictiles,& cōminuet eos usq; ad finē. Post deinde in exolutione ait,Et quoniam uidisti pedes,& digitos partē quidē fictilē, partem autem ferreā,regnū diuisum erit,et radix ferrea erit in eo,quēadmodū uidisti ferrū cōmixtum testæ: & digiti pedū pars quidē aliqua ferrea, pars autem aliqua fictilis. Ergo decē digiti pedū hi sunt decē reges in quibus diuiditur regnum,ex quibus quidā quidē fortes & agiles,siue efficaces, alij autem pigri & inutiles erunt, & non cōsentient quēadmodum Daniel ait,Pars regni erit fortis, & ab ipsa parte erit minuta, quoniā uidisti ferrū commixtū testæ,cōmixtiones erunt in semine hominū,& non erunt adiuncti inuicē, quemadmodū ferrū non commiscetur cum testa. Et quoniā finis fiet,inquit. Et in diebus regū illorum excitabit deus cœli regnū,quod in æternum non corrumpetur,& regnum eius alteri populo nō relinquetur. Cōminuet et uentilabit omnia regna,& ipsum exaltabitur in æternū. Quemadmodū uidisti, quoniam de monte præcisus est lapis sine manibus, & cōminuit testā,ferrum & æramentū & argentū & aurū. Deus magnus significauit regi quæ futura sunt post hæc, & uerū est somniū, & fidelis interpretatio eius. Si ergo deus magnus significauit per Danielē futura,& per filiū cōfirmauit,& Christus est lapis qui prę cisus est sine manibus,qui destruet tēporalia regna,& æternū inducit, quæ est iustorū resurrectio, Resuscitabit,ait,deus cœli regnū, quod in æternū nunq; corrūpetur: Confutati resipiscant qui Demiurgū respuunt,& nō consentiūt ab eo patre prę missos prophetas,à quo & dominus uenit, sed assueuerant ex differētibus uirtutibus factas esse prophetias. Quę enim à Demiurgo prædicta sunt similiter per oēs prophetas,hæc Christus in fine perfecit. ministrans patris sui uoluntati, & adimplens secundū humanum genus dispositiones. Qui ergo blasphemant Demiurgū,uel ipsis uerbis & manifeste quemadmodum qui à Marcione sunt,uel secundum euersionē sententiæ qui à Valentino sunt, & omnes qui falso dicūtur esse gnostici,organa satanæ ab omnibus deū colentibus cognoscātur esse,per quos satanas nūc et nō ante ausus est maledicere deo,qui ignē æternum præparauit omni apostasię. Nam ipse per semetipsum nude non audebat blasphemare suum dominū,quemadmodū & initio per serpentē seduxit hominē,quasi latens deum. Bene Iustinus dixit,quo-

niam ante domini aduentũ,nunq̃ ausus est satanas blasphemare deũ, quippe nondum sciens suam damnationẽ. Quoniam & in parabolis, & allegorijs,& prophetis de eo sic dictum est. Post aũt aduentum domini ex sermonibus Christi & apostolorũ eius discẽs manifeste, quoniã ignis æternus ei præparatus est ex sua uoluntate abscedenti à deo, & omnibus qui sine pœnitentia perseuerãt in apostasia, per huiusmodi homines blasphemat eum deũ,qui iudiciũ importet, qua sententia condemnatus & peccatũ suæ apostasię conditori suo imputat,& non suæ uoluntati & sententiæ:quemadmodum et qui supergrediũtur leges & postea pœnas dant,queruntur de legislatoribus,sed non de semetipsis. Sic autem & diabolico spiritu pleni innumeras accusationes inferunt factori nostro,cum & spiritum uitæ nobis donauerit, & legẽ omnibus aptam posuerit,et nolunt iustum esse iudicium dei. Quapropter & alterum quendam excogitãt patrem,neq̃ curantem neq̃ prouidẽtem eorum quæ sunt erga nos,aut etiam cõsentientem omnibus peccatis. Si enim non iudicat pater,aut nõ pertinet ad eum,aut cõsentit his quæ fiunt omnibus:& si non iudicat,omnes in æquo erũt. Si in eodem dinumerabuntur statu,superuacuus ergo erit aduentus Christi,& contrarius in eo quod non iudicet.

VEnit enim diuidere hominem aduersus patrem suum & filiã aduersus matrem,& nurũ aduersus socrum, & cum duo sint in eodem lecto,unum assumere,& alterũ relinquere,ad finẽ iubere messoribus colligere primũ zizania,& fasciculos alligare, & comburere igni inextinguibili,triticum autem colligere in horreũ:et agnos quidẽ uocare in præparatũ regnum,hœdos autem in ęternum ignem mittere, qui præparatus est à patre eius,diabolo & angelis eius. Et quid enim uerbũ uenit in ruinã & in resurrectionẽ multorũ, In ruinam quidem non credentiũ ei, quibus & maiorem damnationem quàm Sodomorum & Gomorrhæ in iudicio cõmminatus,In resurrectionẽ autẽ credentium,& facientium uolũtatem patris eius qui est in cœlis. Si ergo aduentus filij super omnes quidem similiter aduenit,iudicialis autem & discretor credentiũ,& non credentiũ,quoniam ex sua sententia credentes faciunt eius uoluntatẽ,& ex sua sententia indicto audiẽtes non accedũt ad eius doctrinã.manifestũ quoniã & pater eius oẽs quidem similiter fecit propriã sententiã unũquemq̃ habentẽ & sensum similiter:respicit aũt omnia,& prouidet omnibus,solem suum oriri faciens super bonos & malos,& pluẽs super iustos & iniustos. Et quicũq̃ erga eum custodiunt dilectionẽ suam,his pręstat cõmunionem, Cõmunio autem dei uita,& lumẽ,& fruitio eorũ quæ sunt apud eum bonorum. Quicunq̃ autem absistunt secundum sentẽtiam suam ab eo, his eã quæ electa est ab ipsis separationẽ inducit. Separatio aũt dei mors,

&

& ſeparatio lucis tenebræ,& ſeparatio dei amiſsio omnium quæ ſunt apud deum bonorũ. Qui ergo per apoſtaſiam amiſerũt quæ prędicta ſunt,quippe deſolati ab omnibus bonis, in omni pœna cõuerſantur, Deo quidem principaliter non à ſemetipſo eos puniente, proſequẽte autem eos pœna,quoniã ſunt deſolati ab omni bono. Aeterna autem & ſine fine ſunt à deo bona,& propter hoc & amiſsio eorũ æterna & ſine fine eſt. Quemadmodum in immenſo lumine qui excæcauerunt ſemetipſos,uel ab alijs excęcati ſunt,ſemper priuati ſunt iucũditate luminis,nõ quod lumẽ pœnã ei inferat cęcitatis,ſed quod ipſa cęcitas ſu perinducat eis calamitatẽ. Et propter hoc dominus dicebat: Qui credit in me,non iudicatur,id eſt,non ſeparatur à deo:adunitus eſt enim per fidẽ deo. Qui aũt non credit, ait,iam iudicatus eſt,quoniã non crediderit in nomine unigeniti filij dei,id eſt,ſeparauit ſemetipſum à deo uoluntaria ſententia. Hoc eſt enim iudiciũ, quoniã lumẽ uenit in hũc mundum,& dilexerunt homines magis tenebras quàm lucem. Omnis enim qui male agit,odit lucem,et non ueniet ad lumẽ,ne traducantur opera eius. Qui autem facit ueritatem uenit ad lumen, ut manifeſtẽtur opera eius,quoniam in deo eſt operatus. Quoniã igitur in hoc mundo quidam quidem accurrunt lumini,& per fidem uniũt ſe deo, alij autem abſiſtunt à lumine,& ſeparant ſeipſos à deo:

VEnit uerbum dei omnibus aptam habitationẽ inferẽs, his quidẽ qui in lumine ſunt ut fruantur eo,& his quę in eo ſunt bonis:his autem qui in tenebris ſunt,ut participetur eis calamitas quæ in eis eſt. & propter hoc ait,hos quidem qui ſunt ad dexterã uocari in regnum patris:illos aũt qui ſunt à ſiniſtra in æternũ ignem miſſurum. Semetipſos enim omnibus priuauerunt bonis,& ideo apoſtolus ait, Pro eo quod dilectionẽ dei non receperunt ut ſalui fierent, et ideo mittet eis deus operationẽ erroris,ut credãt mendacio, ut iudicẽtur omnes qui non crediderunt ueritati,ſed cõſenſerunt iniquitati. Illo enim uenientẽ & ſua ſentẽtia apoſtaſiam recapitulãte in ſemetipſum:& ſua uoluntate & arbitrio operante quęcunq; operabitur:& in tẽplo dei ſedente ut ſicut Chriſtũ adorent illũ qui ſeducũtur ab illo,quapropter et iuſte in ſtagnũ proijciẽtur ignis. Deo aũt ſecundũ ſuam prouidentiã pręſciente omnia,& apto tẽpore eũ qui talis futurus erat immittente ut credant falſo,& iudicẽtur omnes qui nõ crediderũt ueritati, ſed conſenſerũt iniquitati. Cuius aduentũ Ioãnes in Apocalypſi ſignificauit ita, Et beſtia cꝫ uiderã ſimilis erat pardo, & pedes eius quaſi urſi, os eius quaſi os Leõis,et dedit ei Draco uirtutẽ ſuã,et thronũ ſuũ, et poteſtatẽ magnã,et unũ ex capitib. eius quaſi occiſum in mortẽ,& plaga mortis eius curata eſt,& admirata eſt uniuerſa terra poſt beſtiã,et adoraue runt Draconẽ,quoniã dedit poteſtatẽ beſtię,& adorauerũt beſtiã,di-

centes,quis similis bestiæ illi,& quis potest regnare cũ ipsa,& datum est ei os loquẽs magna & blasphemiam,& data est ei potestas mensibus xl & duo,& aperuit os suum blasphemum aduersus deũ blasphemare nomen eius & tabernaculum eius,& eos qui in cœlo habitãt, & data est ei potestas super omnem tribũ,& populum,et linguã,& gentem,& adorauerunt eam omnes qui habitant super terram, cuius non est scriptũ nomen in libro uitæ agni occisi à cõstitutione mũdi.Si quis habet aures audiat.Si quis in captiuitatẽ duxerit,& in captiuitatẽ ibit. Si quis gladio occiderit, oportet eum in gladio occidi.Hic est substinẽtia & fides sanctorũ.Post deinde & de armigero eius, quẽ & pseudoprophetã uocat,loquebatur, inquit, quasi Draco, & potestatẽ primæ bestiæ omnẽ faciebat in conspectu eius:& facit terrã & qui habitant in ea,ut adorẽt bestiã primã cuius & curata est plaga mortis eius, & faciat signa magna,& ut in ignẽ faciat de cœlo descendere in terrã in conspectu hominum,& seducit inhabitantes super terram.Hoc ne quis eum diuina uirtute putet signa facere,sed magica operatione. Et non est mirandũ si dæmonijs et apostaticis spiritibus ministrantibus ei,per eos faciat signa in quibus seducat habitantes super terrã,Et imaginem,ait,iubebit fieri bestiæ,& spiritum dabit imagini,uti & loquatur imago,et eos qui non adorauerint eã faciet occidi.Et characterem autẽ aut in fronte & in manu dextra faciet dari,ne possit aliquis emere uel uendere,nisi qui habet characterẽ nominis bestię uel numerum nominis eius,& esse numerũ sexcentos sexaginta sex, quod est,sexies centeni,& deni sexies,& singulares sex.In recapitulationem uniuersæ apostasiæ eius quæ facta est in sex millibus annorũ. Quotquot enim diebus hic factus est mundus, tot & millenis annis consummatur. Et propter hoc ait scriptura geneseos. Et consummata sunt cœlũ & terra,& omnis ornatus eorum.Et consummauit deus in die sexto omnia opera sua quæ fecit,& requieuit in die septimo ab omnibus operibus suis quę fecit.Hoc autem est & antefactorũ narratio, quemadmodum facta sunt,& futurorũ prophetia.Est enim dies domini quasi mille anni.In sex autem diebus consummata sunt quę facta sunt, Manifestum est quoniã consummatio ipsorũ sextus millesimus annus est. Et propter hoc in omni tẽpore plasmatus in initio homo per manus dei, id est,filij & spiritus,scit secu ndum imaginem & similitudinẽ dei, paleis quidem abiectis,quæ sunt apostasia,frumento autẽ in horreũ assumpto,quod est,hi qui ad deũ fide fructificãt:& propterea tribulatio necessaria est his qui saluantur quodammodo contriti,attenuati & consparsi per patientiam uerbo dei, ut igniti apti sint ad cõuiuium regis:

Ignatius. Quemadmodum quidam de nostris dixit, propter martyriũ in deum adiudicatus ad bestias: Quoniam frumentũ sum Christi,& per dẽtes bestiarum

beſtiarum molor, ut mundus panis dei inueniar. Cauſas autem reddi dimus in his qui ſunt ante hũc libris, propter quas paſſus deus hęc ita fieri: oſtẽdimusq; quoniã omnia quę ſunt talia, pro eo qui ſaluatur homine facta ſunt, illud quod eſt ſui arbitrij, & ſuæ poteſtatis maturans ad immortalitatem, & aptabiliorem eum ad ęternã ſubiectionem deo pręparans. Et propter hoc conditio inſumitur homini: non enim homo propter illam, ſed conditio facta eſt propter hominem. Gentes autem & ipſæ non alleuauerũt oculos ad cœlũ, neq; gratias egerũt facto ri ſuo, neq; lumẽ ueritatis uidere uoluerũt, ſed ſicut mures cæci abſcõditi in profundo, Inſipiẽtia eius te ſermo ut ſtillicidiũ de cado, & ſicut momentũ ſtateræ, & ſicut nihil deputauit, in tantũ utiles & aptibiles iuſtis, quantum utilitatis pręſtat ſtipula ad tritici augmentũ, & paleas eius in uſtionẽ ad operationẽ auri. Et propterea cũ in fine repẽte hinc eccleſia aſſumitur, Erit, inquit, tribulatio qualis non eſt facta neq; fiet. Nouiſsimus enim agon iuſtorũ in quo uincentes coronãtur incorruptela. Et propter hoc in beſtia ueniente recapitulatio fit uniuerſæ iniquitatis, & omnis doli, ut in ea cõfluẽs & cõcluſa omnis uirtus apoſtatica in caminũ mittatur ignis. Cõgruenter aũt & nomen eius habebit numerũ, Sexcẽtos ſexaginta ſex, recapitulãs in ſemetipſo omnẽ quæ fuit ante diluuiũ malitiæ cõmixtionem, quæ facta eſt angelica apoſtaſia: Noe enim fuit annorum ſexcentorũ, & diluuiũ aduenit terræ delens in reſurrectionẽ terræ propter nequiſsimã generationẽ quæ fuit tẽporibus Noe. Recapitulans aũt & omnẽ qui fuit à diluuio errorem cõmentatorẽ Idolorũ, & prophetarũ interfectionẽ, & ſuccenſionẽ iuſtorũ. Illa enim quę fuit à Nabuchodonoſor inſtituta imago, altitudinẽ quidẽ habuit cubitorũ ſexaginta, latitudinẽ aũt ſex: propter quę & Ananias, & Azarias & Miſael non adorantes eã in caminũ miſsi ſunt ignis, per id quod euenit prophetãtes eã, quæ in finẽ futura eſt iuſtorũ ſuccenſio, Vniuerſa enim imago illa præfiguratio fuit huius aduentus, ab omnib. omnino hominib. ipſum ſolũ decernẽs adorari. Sexcẽti itaq; anni Noe, ſub quo fuit diluuiũ, propter apoſtaſiã, & numerus cubitorũ imaginis, propter quam iuſti in caminũ ignis miſsi ſunt, numerũ nominis ſignificat illius in quẽ recapitulabitur ſex miliũ annorũ omnis apoſtaſia, & iniuſtitia, & nequitia, & pſeudoprophetia, & dolus, propter quæ diluuiũ ſuperueniet ignis. His autẽ ſic ſe habentibus, & in omnibus antiquis & probatiſsimis & ueteribus ſcripturis numero hoc poſito, & teſtimoniũ perhibentibus his qui facie ad faciẽ Ioannẽ uiderũt, & ratione docentibus, quoniã numerus nominis beſtiæ ſecundũ Græcorũ cõputationẽ per literas quæ in eo ſunt, ſexcentos habebit, & ſexaginta, & ſex, hoc eſt, decadas æquales hecatõtaſin, et hecatõtadas ęquales monaſin: Numerus enim qui digitos ſex ſimiliter

Eſa. 40.

liter custoditus recapitulationes ostēdit uniuersæ apostasiæ eius quæ initio,& quæ medijs temporibus,& quæ in fine erit:Ignoro quomodo errauerunt quidam sequentes idiotismum, & medium frustrantes numerum nominis,quinquaginta numeros deducentes,pro sex decadis unam decadem uolentes esse. Hoc autem arbitror scriptorū peccatum fuisse,ut solet fieri,quoniā & per literas numeri ponūtur,facile literam Græcā, quæ sexaginta nuntiat numerū, in tota græcorum literam expansam. Post deinde quidam sine exquisitione hoc acceperūt. Alij quidem simpliciter & idiotice usurpauerunt denariū numerum, Quidam aūt & per ignorantiā ausi sunt & nomina exquirere,habentia falsum erroris numerū. Sed his quidē qui simpliciter,et sine malitia hoc fecerūt,arbitramur ueniā dari à deo, Quotquot aūt secundū inanem gloriā statuunt nomina,continentia falsum numerū,& quod à se fuerit adinuentū nomē definierint esse illius qui uēturus est, non sine dāno tales exient,quippe qui & semetipsos, & credentes sibi seduxerūt.Et primū quidē damnū est excidere à ueritate, & quod non sit arbitrari: post deinde apponēti uel auferēti de scriptura pœnā nō modicam fore,in quā incidere necesse est eū qui sit talis.Subsequetur aūt & aliud nō quodlibet periculū eis, qui falso præsumūt scire nomē eius. Si em̄ aliud quidē hi putant,aliud aūt ille habēs adueniet, facile seducentur ab eo,quasi nec dū adsit ille quē caueri cōuenit. Oportet itaq; tales discere,& ad uerū recurrere nominis numerū, ut nō in pseudoprophetarū loco deputētur, Sed sciētes firmū numerū qui à scriptura annūtiatus est,id est,sexcentorū sexaginta sex, sustineāt primū quidē diuisionē regni in decē: post deinde illis règnantibus,et incipientibus corrigere sua negotia,& augere suū regnum, qui de improuiso aduenerit regnū sibi uindicans,& terrebit prædictos,habens nomen continens prædictū numerū,hunc uere cognoscere esse abominationem desolationis.Hoc & apostolus ait, Cum dixerint pax & munitio, tūc subitaneus illis superueniet interitus. Hieremias aūt non solum subitaneum eius aduentum,sed & tribū ex qua ueniet manifestauit dicēs: Ex Dan audiuimus uocē uelocitatis equorū eius,à uoce hinnitus decursionis equorū eius cōmouebitur tota terra, & ueniet & manducabit terram & plenitudinem eius, & ciuitatem & qui inhabitāt in ea:& propter hoc nō annumeratur tribus hæc in Apocalypsi cum his quæ saluantur.Certius ergo & sine periculo est sustinere ad impletionem prophetiæ,quàm suspicari,& diuinari nomina quælibet,quādo multa nomina inueniri possunt habentia prædictū numerū. Et nihilominus quidem erit hæc eadē quæstio.Si enim multa sunt quæ inueniuntur nomina habētia numerū hūc,quod ex ipsis portabit q ueniet quæritur.Quoniā aūt nō propter inopiā nominum habētium numerum

1 decem, & sexaginta.

nomi-

nominis eius dicimus hæc, sed propter timorē erga deū, & zelū ueritatis: euan em̄ nomen habet numerū de quo quæritur, sed nihil de eo affirmamus. Sed & Latinos nomen sexcentorū sexaginta sex numerū, ualde uerisimile est, quoniā uerissimū regnū hoc habet uocabulū. Latini em̄ sunt qui nunc regnāt, sed non in hoc nos gloriabimur. Sed & Tetan prima syllaba per duas Grecas uocales ε & ι scripta omniū nominum quæ apud nos inueniuntur magis fide dignū est. Etem̄ prædictum numerū habet in se, & literarū etiā sex, singulis syllabis ex ternis literis constantibus, & uetus & semotū: neq; eorum regū qui secundū nos sunt, aliquis uocatus est Titan. Nanq; eorū quæ publice adorantur idolorū apud Græcos, & barbaros habet uocabulū: & diuinū putatur apud multos esse hoc nomē, ut etiā sol Titan uocetur, ab his qui nūc tenent: & ostentationē quandā continet ultionis, & uindictā inferentis qđ ille simulat se male tractatos uindicare. Tale aūt & antiquū, & fide dignū, et regale, magis aūt et tyrannicū nomen. Cum igitur tantum suasionū habeat hoc nomen Titan, tamen habet uerisimilitudinē ut ex multis colligamus ne forte Titan uocetur qui ueniet: nos tamen nō periclitabimur in eo, nec assueratēs pronunciabimus, hoc eum nomen habiturū, scientes quoniā si oportet manifeste præsenti tempore præconari nomen eius, per ipsum uticq; æditū fuisset, qui & Apocalypsim uiderat. Neq; em̄ ante multū tēporis uisum est, sed pene sub nostro seculo, ad finē Domitiani imperij. Hunc aūt numerū nominis ostendit, ut caueamus illum uenientē, scientes quis est. Nomen aūt eius tacuit, quoniā dignum nō est præconari à spiritu sancto. Si em̄ præconatū ab eo fuisset, fortassis & in multū permaneret, Nūc aūt quoniam fuit, & nō est, & ascendit abyssō, & in perditionē uadit, quasi qui non sit, sic nec nomen eius præconatū est: eius em̄ quod non est nomē non præconatur. Cum aūt uastauerit Antichristus hic omnia in hoc mundo, regnās annis tribus & mensib. sex, & sederit in templo Hierosolymis, tunc ueniet dns de cœlis in nubib. in gloria patris, illum quidē & obedientes ei in stagnū ignis mittens, adducens aūt iustis regni tempora, hoc est requietionē septimā diem sanctificatā & restituens Abrahæ promissionē hæreditatis: in quo regno ait dns multos ab oriente & occidente uenientes recumbere cum Abrahā Isaac & Iacob. Quoniam aūt quidam ex his qui putātur recte credidisse, supergrediuntur ordinem promotionis iustorū, & modos meditationis ad incorruptelam ignorāt, hæreticos sensus in se habentes. Hæretici enim despicientes plasmationem dei, & non suscipientes salutem carnis suæ. Contemnentes autem & repromissionē dei, et totum supergredientes deum sensu, simul atque mortui fuerint, dicunt se supergredi cœlum & Demiurgum, & ire ad matrem, uel ad eum qui ab ipsis affingitur patrem.

Qui

Qui ergo uniuersam reprobant resurrectionē, & quantum in ipsis est auferunt eam de medio, quid mirum est, si nec ordinē resurrectionis sciunt, nolentes intelligere, quoniā si hæc ita essent quemadmodū dicunt, ipse utiq; dominus in quem se dicunt credere, nō in tertia die fecisset resurrectionē, sed super crucem expirans confestim utiq; abisset sursum relinquens corpus terræ. Nunc autem tribus diebus conuersatus est ubi erant mortui, quemadmodū prophetia ait de eo: Commemoratus est dominus sanctorum mortuorū suorum, eorum qui ante dormierunt in terram stipulationis, & descēdit ad eos, extrahere eos, & saluare eos. Et ipse autē dominus, Quemadmodū, ait, Ionas in uentre ceti tres dies, & tres noctes māsit, sic erit filius hominis in corde terræ. Sed & Apostolus ait: Ascendit autem quid est, nisi quia & descendit in inferiora terræ? Hoc & Dauid in eum prophetans dixit, Et eripuisti animā meam ex inferno inferiori. Resurgens autem tertia die, et Mariæ quæ se prima uidit, & adorauit, dicebat: Noli me tangere, nondum enim ascendi ad patrē meum, sed uade ad discipulos: & dices eis, Ascendo ad patrem meum, & patrem uestrū. Si ergo dominus legem mortuorū seruauit, ut fieret primogenitus à mortuis, et cōmoratus usque in tertiam diem in inferioribus terræ, post deinde surgēs in carne, ut etiam figuras clauorū ostenderet discipulis, sic ascendit ad patrem: quomodo nō confundentur, qui dicunt inferos quidē esse hunc mundum qui sit secundū nos, interiorem autem hominē ipsorum derelinquentem hic corpus, in supercœlestē ascendere locum. Cum enim dominus in medio umbræ mortis abierit, ubi animæ mortuorum erant, post deinde corporaliter resurrexit, et post resurrectionem assumptus est: manifestū est, quia & discipulorum eius, propter quos & hæc operatus est dominus, animæ abibunt in inuisibilem locum, definitū eis à deo, Et ibi usq; ad resurrectionem cōmorabuntur, sustinentes resurrectionem: post recipientes corpora & perfecte resurgentes, hoc est corporaliter, quemadmodū & dominus resurrexit, sic uenient ad conspectum dei. Nemo enim est discipulus super magistrū: perfectus aūt omnis erit, sicut magister eius. Quomodo ergo magister noster non statim euolās abijt, sed substinens definitū à patre resurrectionis suę tempus, quod & per Ionam manifestū est, post triduū resurgēs assumptus est, Sic & nos sustinere debemus definitū à deo resurrectionis nostrę tempus, prænunciatū à prophetis, & sic resurgentes assumi, quotquot dominus hoc dignos habuerit.

D. IRENAEI ADVERSVS HAERESES
libri quinti & ultimi, finis.

RERVM MEMORA-

BILIVM APVD IRENAEVM INDEX, VBI PRIOR numerus paginam, posterior uersum, notat, per I. H.

A



In corpore caput regit pag.28 uersu 23
Aaron in eremo sacerdos 110.38
Abacuc propheta Ialdabothi 55 uersu 39
Abdicati apud deum qui 290.28
Abel cur à Cain occisus 196.9
Abel falcem figurat 273
Abel non participasse salutem dicit Marcion 50.5
Abelis munera cur deus inspexerit 236.28
Abelis passio cuius rei typus 251 uersu 29
Abiron qui similes 253.8
Abiu & Nadab hæreticis similes. 253.6
Abiud in eremo sacerdos 110.38
Abraham à Ialdaboth eligitur. 55 uersu 31
Abraham à uerbo quomodo doctus 216.1
Abraham fidem nostram quomodo præfigurauit 246.34
Abraham propheta qualis 247.3
Abraham quomodo uiderit Christum 212.37
Abraham unicus duo testamenta ostendit 251.35
Abrahæ amicitiam quomodo deus assumpserit 227.24
Abrahæ cur gẽtes decem promissæ 37.26
Abrahæ promissionem quomodo Christus perfecit 216.20
Abrahæ semen ecclesia 217.30
Abrahami & nostram fidem, eandem esse 219.4
ante Abraham pij quomodo iustificati 231.20
ἄβρεξας 46.30
Absceßionis princeps quis 288.31
Achamoth Valentinianis quid 7 uersu 12
Actus carnales priuant nos uita. 314.1
Adam à deo cur creatus 227.29
Adam cur Paradiso expulsus 195 uersu 28
Adam ex uirgine terra formatus. 192.25
Adam paradiso eiectus, quomodo iterum repositus 192.20
Adam perdidit nobis imaginẽ dei.
Adãuas se pẽtis 144.41(181.41
Adam à quo uictus 197.29
Adæ filij, dei appellationẽ non habent 185.18
Adæ saluti cõtradicere hæresis. 198.13
Adami & bello captiui collatio. 195.17
Adami primi creatio qualis 295 uersu 10
Adamum quur primo saluari necesse fuit 195.11
in Adamo qui perseuerent 295.7
Adamantina tunica quæ aliàs caro 10.38
Adonai quid significet 134.16
Adoptionis munus qui contemnãt 185.4
Aegypti ecclesiæ non aliter credũt quàm nos 20.31
Aegyptus quomodo liberat Christum 246.18
in Aegyptum quomodo descendit cum Christo Ioseph 249.29
ex Aegypto quur dominus eduxit populum Israel. 234.7
Aegyptij iniuste opprimebant filios Israel 257.35
Aegyptij quantum debebant Israelitis 260.22.36
Aegyptiorum cæcitas 259.9
Aegyptios à Christo saluatos esse dicit Marcion 50.2
Aenigmata quomodo resoluenda. 76.35
αἰὼν ecclesiæ & homini attribuitur 3.16
Aenigma omnis prophetia 252.16
ἀιὼν Valentinianis quid 2.26
Aeonas esse quomodo confirment hæretici 3.21
Aeones pro dijs maximis 85.19
Aequalis emißio quæ sit 91.18
Aetates hominis quinq; 110.32
Aeterna cur quædam sint docere, magnum 21.7
Affectio semper erga aliquẽ 95 uersu 24
Affectionem munera indicant. 236.10
Affectiones hominum tribuunt deo hæretici 82.5
Afflatus & spiritus differũt. 308 uersu 18
ἀγωπη homini datur et ecclesiæ 31.6
Agape, nomen quinq; literarum. 110.15
ἀγγένητος 22.27
ἀγένητος inter æones numeratur 3.12
Ager pro mundo 252.10
Ager seculum 289.20
Aggeus propheta 56.1
Agonista bonus quis 284.10
ἄγνη inter æones numeratur. 3.13
Agnitio quur alij plus, alij minus tribuatur 20.39
Agnitio boni & mali quæ 287.1
Agnitio dei unde 70.36
Agnitio patris quæ sit 214.15
Agnitio perfectos faciens quæ sit. 161.32
Agnitionem dei, renouare hominem 309.24
ante Agnitionem perfectam apostolos non prædicasse 137.38
Agnitionẽ pro redemptione quidam habent 41.5
Agnitionem rerum nos non habere posse in hac uita 115.31
Allegorijs utũtur prophetæ. 104 uersu 15
Alexander quintus Rom. episcopus 140.3
Alexãdrina bibliotheca insignis. 188.39.
Alienati filij qui 290.24

Altare in cœlis esse 238.24
Altaris holocausti altitudo quinq; cubitorum 110.37
Amici dei quomodo simus 227. uersu 20
Amicitia dei condonatrix immortalitatis 227.27
Ambiguis adaptari debent parabolæ 114.33
Ambiguitates quomodo soluantur 76.35
Amen exclamationis imago 27. uersu 33
Amorreorum reges quinq; occisi à Iosua 110.41
Amos propheta Ialdabothi 55.39
Anacletus secundus Romanus episcopus 139.28 (23
Ananias igne nõ absumptus. 299.
Anaxagoræ sententiæ 85. 40. pag. 86.18
Anaxilai sectator Marcus 24.34
Animandri opinio 85.36
Ancillarum & Patriarcharum filij quid significent 248.1
ἀνεννόητ☉ 23.11
Angeli maligni qui 290.6.291.8
Angelorũ legatus Enoch 231.17
Angelos multos deo astitere 73. uersu 29
Angelos sine carne esse 187.38
Angelis electionis potestatem inesse 281.12
ab Amgelis qui dicunt mundum fabricatum quomodo confutandi 67.68.& seq.
Anicetus decimus Romanæ urbis episcopus 140.6
Anima quid sit 301.34
Anima Christi firma 46.36
Anima ecclesiæ una 20.26
Anima principatur corpori 131. uersu 24
Anima tantũ pars hominis 300.6
Animæ & artificis collatio 131. uersu 29
Animæ & corporis temperatio 206.10
Animæ opera quæ sint 218.7
Animæ unitas unde 180.1
Animæ incorruptibiles 301.27
Animam omni homini inesse propriam 131.40.132.2
Animam non esse uitam 133.21
de Animæ natura 120.20
Animæ quò eant 338.27
Animæ quomodo immortales cũ sint ingenerabiles 132.32
Animarum genesis unde 7.37
Animas hominis figuram habere. 132.26
Animas non in alia corpora transire 130.16
Animas omnium saluari, contendit Carpocrates 48.7
Animas non statim iudicium accipere 292.2
Animas sine corpore non recipi in gloriam 292.16
Animales qui 303.34.304. 1.& seq.
Animalis substantia unde 9.11
Animalia nomẽ dei tremere. 7.18
Animalia ruminantia munda in lege 303.18
Animalibus abstinẽt hæretici quidam 45.5
Annus quot horas habeat. 90.34
Annus acceptabilis quis. 104.19
Anni tempora quatuor 111.22
Antichristus quis 176.36
Antichristi aduentus qualis futurus 146.26
Antichristi nomen incognitum 337.19
Antichristi signa qualia futura. 334.17
Antichristi superbia 328.26
Antiochia Christianis primò nomen dedit 167.4
Antiphanes uetus Comicus 85.8
Ανθρωπ☉ ecclesiæ coniungitur 3.7
ἀόρατ☉ 22.26
Apocalipsis quando uisa 337.20
ἀποκατάστασις solis 55.36
Apollinaris Græce scripsit 292. uersu 30
ἀπορίαι passio qualis 10.11
Aporiata sophia 4.21
Apostata diabolus quid posßit 328.9
Apostata idẽ quod Sathan. 324.8
Apostatæ quomodo puniendi. 20. uersu 16
Apostasiæ princeps serpens 102. 3.196.4
Apostoli cur passi 166.35
Apostoli extra mendacium sunt 142.12
Apostoli quantum hæreticos abhorruerint 140.28
Apostoli quem deum esse docuerint 143.28
Apostoli uellentes spicas sabbato non faciunt cõtra legem. 218. uersu 14
Apostoli sacerdotes 218.25
Apostoli testamenta duo docuerunt 264.25
Apostolorum electio quid significet 4.38
Apostolorum munus & officium 142.32
Apostolorum numerus duodenarius quid sibi uelit 38.2
Apostolos lxx. alios præter duodecim habuit dominus. 103.9
Apostolatus gentiũ difficilis functio 250.34
Apostolicis literis quomodo utãtur hæretici 7.4
Aqua sine humectatione non intelligi potest 79.5
Aqua uasis formam suscipit. 99. uersu 27
Aquam ab aqua differre. 219.32
Aquam rerũ principium esse Thaleti 85.33 (27.19
ἀρχὴ nomen, quantum significet
Archangeli uirtus quæ sit 9.39
Arida sine humore non fructificat 179.38
Aristotelis imaginem coronant gnostici 48.25
Aristotelicis quæstionib. scripturam implent gnostici 86.37
Arithmetica in quibus uersetur. 129.1
ἄρρητ☉ nomen graue & honorificum 31.2
Artium nonnullæ sermone, nonnullæ operibus consummãtur. 128.40
Aspirationis literarum inuentio. 22.27
Astronomia in quibus uersetur. 129.1
Asiæ ecclesiæ multum Polycarpo deferunt 140.14

Astaphæus quis 53.35
Atomos principiũ rerum esse qui uoluerunt 86.5
Atria decem quid significent 37 uersu 33
Augustinus deum homini permixtum esse dixit 136.23
Aurum Christo à Magis oblatum, quid 149.20
Aurum æuo decorem non amittere 11.37
αὐτοφυὴ inter æones numerãtur 3.13
Azarias igne non consumptus. 299.23
Azazel angelus Marco familiaris. 33.16

B Literam Christus noluit ex primere magistro iubente 38.40
Babylonis transmigratio ante Medorum imperium 188.27
Baptisma quale hæreticis 40.1
Barbari quã fidem habeant ex traditionibus 141.10
Barbelus gnosticorum 51.14
Basilidis hæresis 44.22. 45.11.90.28
Beneplacitus cur Christus dicatur. 24.15
Bersabeæ & Dauidis adulterium. 254.28
Bethlehem iuxta Africum 188 uersu 10
Bibliotheca Alexandrina insignis 188.40
Blasphemi quomodo olim puniti. 205.26
Blasphemiæ hæreticorum 205 uersu 26
Blaspemiæ in deum unde 332 uersu 3
Boni hoc tempore patiuntur & affliguntur 104.27
Bonum in hominis electione esse 282.11
Bonũ insensatũ quod sit 284.19
Bonum quando suaue 284.1
Bona à deo qualia 187.28.333.6
ad Bona opera cur nos prophetæ hortentur 282.19
Bonitas in deo quomodo 285.40
Bonitatem sine iustitia constare non posse 199.33
Bythus arbor omnis hæresis 42. uersu 20
Bῦθος hæreticis seculum dictum 2.27
Bythus quis 23.18
Bythos pro qua re 85.17

K In corpore tibias regit 28. uersu 24
Cæsaris imago auro et argento semper impressa 261.25
Cæsari reddi iubet Christus quæ sua sunt 146.37
Cain munera cur despecta 236.28
Cain quidam uenerantur 57.27
Cain ut fratrem occideret quid instigarit 55.18
Calix Eucharistiæ qualis 296.2
in Caina Galileæ fecit ex aqua uinum Christus 105.9
Canum more qui uiuant 303.6
Capillos homines ex æquo nõ habent 113.35
Caput ex quibus constet literis 28.23
Carmelus mons 144.34
Caro mortua & exhæres quæ 304.31
Caro non posidet sed posidetur 305.5
Caro quibus participet 308.1
Caro quomodo capax donationis dei 296.5
Caro uirtutem dei percipit 297. uersu 24
Carnis resolutio finem peccati infert 197.13
Carnis salutem qui negant 295.31
Carnis signa in Christo 193.29
Carnales qui uerè 303.7
κατάπτωσις coniugi restituit sophiam 41.30
Carpocratis hæresis 46.33
Causas rerum qui inuenire nequit cogitare quid debeat 112.33
Celtis præfuit Irenæus 2.9. 20.30
σκύωμαι umbram non habet. 75.22
Census conscriptio ætates indicat. 107.2
Centrum in circulo contineri 68. uersu 5
Centurionis filiũ absens uerbo curat Christus 105.14
Cerdon hæreticus quãdo Romam uenit 141.33
Cerdonis hæresis 49.14
Cerebri uirtutes quatuor 36 uersu 36
Cerinthi hæresis 48.28
Cerinthi hæresin uoluit auferre Ioannes 140.24.153.35
χ manus habet in corpore 28.23
Chalcolibanus 245.17
Chaleb sensus malitiæ expers 259 uersu 21
Chami improbitas 262.32
Chaos ex nocte & silentio progenitus 85.10
Character oblationis duplex 236 uersu 21
Character propheticus qualis. 157.26
χάεις 2.31 & 51.37
Charitas quanta à deo impetret. 48.14.137.17
Charismata in ecclesia Irenæi tempore 300.13
Charismatũ eminentia non superbiendum 325.18
Charitesia Carpocratianorum. 47.13
Cherubin quadriformem esse 157 uersu 3
Chiliastarum sententia 334.28
Chore qui similes 253.8
Christus à Ioseph quomodo educatus 249.27
Christus hæreticis non dominus, sed saluator dicitur 3.20 (28
Christus clauẽ habet Dauid 240.
Christus docere quando inceperit. 105.32
Christus homo, filius dei quãdo factus 181.9
Christus imaginem dei nobis recuperauit 181.15
χριστὸς inenarrabile nomen 31. 10. & seq.
Christus legem non soluit, sed extendit 225.29 (142.40
Christus medicus ad quid uenit.
Christus Mosen excusat 230.6
Christus post baptismum quandiu prædicauerit 5.6

Christus præcisus lapis 331.26
Christus qualis sit 294.8
Christus quare mortuus 305.20
Christus quis secundum Irenæum. 177. 6
Christus quomodo à patre prolatus 118.20
Christus quomodo finis legis 225 uersu 4
Christus quomõ imitandus 293. 41. 294.1
Christus quomodo homo & uerbum 185.31
Christus quomodo nos redemit. 294.18
Christus sanguinem ad carnẽ cur assumpserit 313.16
Christus satanam quomodo retudit 323.23
Christus sexta die conditi orbis passus 326.35
Christum ter à baptismate ad Pascha uenisse 105.24
Christi ac regni aduentus collatio. 271.24
Christi aduentus duo 265.12
Christi aduẽtus humilis unde 285 uersu 13
ante Christi aduentum quomodo homines saluabantur 70.39
Christi ætas iuxta Irenæum 106 uersu 24
Christi & Adæ collatio 192.21
Christi genealogiam cur Lucas exorsus ab Adamo 193.30
Christi generationem nõ Iesu, cur dixerit Matthæus 174.31
Christi ieiunium 193.22
Christi incarnatio qualis 295.13
Christi natiuitas 189.24
Christi in cruce expansio quid significet 319.7
Christi longanimitas unde noscatur 183.20
Christi nomen unde 4.19
Christi nomine ubi utatur Paulus. 182.2
Christi opera prophetas prædixisse 268.14
Christi passio qualis 101.31
Christi pater quis 42.9
Christi regnum pacificũ 244.17
Christo qui fidem tribuerunt, qui non 100.6
Christum à resurrectione in terris XVIII. menses conuersatum fuisse 4.40
Christum ad inferos descendisse. 255. 37
Christum fermentum dici 15.31
Christum non multum à quinquagesimo anno abfuisse 106.39. 107.7
Christum nouissimis mũdi temporibus passum, ad quid 14.37
de Christo apostolorum sententia. 173.14
in Christo mendacium non esse. 142.9
de Christo quæ prædixerint prophetæ 241.18
de Christo quomodo prophetias dictas esse comprehendamus. 272.9 & seq.
Christum seruauit Aegyptus 189 uersu 21
Christum apud mortuos trib. diebus conuersatum esse 338.6
Christiani quem colant 153.32
Christianum quæ deceant 128.6 & sequent.
Christianorum nomen in Antiochia cœpisse 167.3
Christianis lex quid 252.21
Christianis libertas unde 223.18
Christianis quàm infensi Iudæi 188 uersu 31
Ciborum delectus 12.3
Circumcisio cur sit data 230.33
Circumcisio quòd octauum diem sibi uindicet quid significet 37 uersu 23
Circunciſione unus deus ostenditur 251.5
Circumcidebatur etiam sabbato. 218.2
Citharæ sonus ex contrarijs constitit 112.20
Ciuitas Dauid quid signif. 152.15
Clauis Dauid Christo data 240 uersu 28
Clauorum figuram ostendit Christus discipulis 301.21
Claudius Cæsar statua honorauit Simonem Magum 43.1
Clemens tertius Romanus pontifex 139.29
Climata teræ duodecim 36.1
Coccinij signum qui nullificant. 246. 31
Cœli & terræ trãsitus quæ sit causa 210.3
Cœlos septem esse, & Demiurgũ eos regere 9.33
Cœlestium rationẽ docere posse, magnum aliquid 21.8
Cognata salutem & uitã sibi ipsis acquirunt 96.18
Coitum quis Adamo monstrauerit 55.16
Coitus differentes qui docuerunt. 51.7
Colarbasorum doctrina 24.29
Colligatio Sathanæ quid 324.24
Collum ex quibus literis simulatur 28.23
Columba super Christum descendens in baptismate hæreticis quid 13.7
Columnæ decem quid significent. 37. 33
Columnæ ueli quinq; 110.36
Comminiscens multa, uix sibi constare potest 61.9
Cõmunia auxit dominus 232.22
Concilium apostolorum Hierosolymæ celebratur 167.7
Concionator euangelicus suos ad uersus hæreses instruere debet. 293.24
Concionatoris cõuersatio quæ esse debeat 253.12
Coniectura suspicionis fallax 287 uersu 14
Coniugationes plenitudinis separatas esse ab inuicem non posse 78.29
Conscientia sanctificat sacrificiũ. 237.20
Consequentia unde 242.39
Consilium omne à deo 199.24
Constantia ubi 242.39
Consummatio seculi quando futura gnosticorum opinione 57 uersu 15
Continens quis 284.7
Cõtinentium hæresis unde 12.26. 50.31
Continentia quas artes doceat. 128.40
Contraria à cõtrarijs exterminantur 96.10

Contraria inuicem, nõ possiunt esse inuicem imagines 74.6
Contraria semper docere, & adinuenire noua mos hæreticorũ 41.32
Conuersatio noui testamenti 258 uersu. 21
Cor deo quale præstandum 287 uersu 30
Cor ecclesiæ unum 20.26
Cor in quinario consistit 110.30
Corinthiorum ecclesia in dissensionem incidit 139.34
Corona certamine acquiritur. 284.2
Corpus anima infirmius 131.24
Corpus carcer, Carpocrati 48.1
Corpus ex limo esse 11.9
Corpus humilitatis quod 311.18
Corpus natura corruptibile 46 uersu 5
Corpus obliuionem non esse 131.9
Corpus quibus literis figuretur. 28.22
Corporis dispositio 297.27
Corporis & animæ temperatio. 206.10
Corporis hominis uariatio secundum ætates 81.31
Corporis operationem per membra ostendi 268.26
Corpora Adami & Euæ qualia. 55.6
Corpora mortalia quæ sint 301 uersu 26
Corpora post perceptam Eucharistiam, qualia fiant 238.10
Corpora quandiu uiuant 298.35
Corpora quæ umbrã facere possint, quæ non 74.30
Corpora spiritualia quomõ fiant. 302.14
Corpora unitatem unde accipiant 180.1
Corporum resurrectionẽ ueram esse 121.10
Correctionẽ hominis cur tam longam fert deus. 194.37
Correptio ucterum sufficiẽs quæ. 254.20
post Correptionem primam & secundam qui uitandi 34.35
Coruscationum ratio ab hominib. certa reddi nõ potest 116.24
Κοσμοκράτωρ 10.19.49.25
Creatura in qua sumus ipsi quid doceat 115.12
Creaturarũ indigentia unde 285
Credere deo quid 214.37 (4
Crux à saluatore quomodo manifestata 6.30
Crucis habitus 110.26
Crucifixum confitentur hæretici. 319.17
Crucifixum esse Iesum quibus confitendum, quibus non, Basilidis sententia 46.1
Crura quibus literis finguntur 28 uersu 25
Cucumis idem quod sermo 23.2
Cucurbita idem quod inane 23.1
Cupido ex Chao & Nocte generatus 85.10
Crura Christi integra 310.1
Cura magna acquisita plurimum diliguntur 284.16
Cynicis pares gnostici 12.14.86. uersu 35
Cyrus Persarum rex 21.23

△ In homine pectus habere 28.24 (33.10

Dædalus fictitius Marcus
Dæmones esse septem humano generi semper resistentes 55.5
Dæmones gnosticorum 128.3. 127.17
à Dæmonijs tuti homines, etiã ante aduentũ Christi quõ 70.39
Daniel propheta Adonei 56.1
Damnent qui semetipsos 34.34
Datan qui sint similes 253.8
Dauid, generationem ex uirgine & resurrectionem Christi præ dixit 142.16
Dauid octauum esse inter fratres quid significet 37.22
Dauid quomodo emẽdatus 255.1. & sequent.
Dauid sacerdos scitus 218.24
Dauid spiritum dei quando secutus, quando non 254.22
Dauidis clauem habet Christus. 240.28
Decalogus à cæteris præceptis quomodo differat 231.40
Decalogus admonebat Iudæos salutis 229.14
Decimæ ueteris testamẽti 236.23
Delectus dierum & ciborũ 12.3
Delibatio spiritualis 15.40
Δημιουργὸς & 7.37.207.19
Demiurgus omnium rex 9.22
Demiurgo nullus deus præponendus 100.28
Demiurgo seruire lex iubet 324 uersu 41
Demiurgum interminabilem esse. 113.5
Democriti de rerum initio opinio 86.5
Deus ab homine quid differat. 222.17
Deus cur primos parẽtes de trãsgressione interroget 197.2
Deus determinat seculi huius regna 327.9
Deus & dominus, Christus solus. 185.20
Deus immensurabilis 239.12
Deus in scripturis tantum unus et quis 143.27
Deus iustè quis dicatur 148.7
Deus mũdi fabricator quis 126.3. & seq.
Deus natura melior 121.12
Deus nullius indiget 42.4. 233.15
Dei omnipotentia & substãtia immensa 23.40
Deus propter prouidentiam ignotus esse nequit 70.28
Deus qualis 228.4
Deus qualis sit totus 82.8 & seq.
Deum quis nosse possit, quis non. 214.32
Deus quomodo uideatur, quomodo nõ 241.37.242.1. & seq.
Deus uerus quis 42.7
Deus uita est 84.16
Dei filios esse nos omnes secundũ naturam 290.14
Dei magnitudo incomprehensibilis 239.27
Dei magnitudinem nesciebat Sathan 326.15
Dei patris fabrica quæ sit 9.30
Dei sapientia quid 250.12
Deo committenda, quæ explicari nequeunt 112.3
Deo similis homo in quo 211.28
Deum ad omnia facienda sufficientem esse 66.12

Deum aliũ quærere, impietas maxima 116.6
Deum esse omnia, et à nulla re continerí posse 63.8. & seq.
Deum Iudæorum unum ex angelis esse 44.38
Deum unum quare necesse sit existere 64.32
de Deo & eius qualitate quomodo loquendum 84.2
de Deo quid sentiat Plato 200 uersu 28
de Deo quid sentiendum 240 uersu 19
Dij quomodo erimus 286.28
de Dijs quomodo loquatur scriptura 144.24
Deitatis locum primum cui tribuant ethnici 76.9
Diabolus apostata quid posit. 328.9
Diabolus nihil in totum fecit 289 uersu 41
Diabolus quomodo fortis dictus à domino 147.15
Diaboli filij quomodo efficimur. 290.18
Diaconus Nicolai 49.9
Dies à sole augescit 96.13
Dies anni quot sint 90.8
Dies horis uariare 111.29
Dies retributionis quæ 104.18
Dierum delectus 12.3
Digitorum numerus 110.28
Dilectio sola nouit deum 240.5. 241.14
Dilectionis augmentũ quid possit 297.9
Dilectio uera austera 201.16
Dilectionem dei non habent schismatici 267.11
Diligantur quæ maxime 284 uersu 16
Diluuium cur à deo immissum. 278.1
Discendum à quibus 254.13
Discipuli apostolorum quantum hæreticos horruerint 140. uersu 28
Discipuli cur dormiãt Christo ad passionem eunte 248.24
Discipulus consummatus quis sit. 252.36
Discipulos discumbentes cur Christus lauit 248.19
Disciplina Christi quàm pudica. 248.16
Disciplinam requirit inuentio. 115.1
Dispositiones dei non iudicandæ. 262.3
Diuitis & Lazari parabola quid doceat 208.27
Doctoribus quibus utendũ 254 uersu 10
Doctrina admiranda quæ sit 21.5 & seq.
Doctrina hæreticorum absq; auctoritate scripturæ 14.15
Doctrinæ quorum adherendum. 253.27
Dodecas æonum quid significet. 4.36
Dodecadis Valentini fabula confutatur 80.39
Domini actus hæretici improprie inferunt, 101.2
Domini appellatio quibus debeatur 143.36
Dominicos in usus pios omnia cõuertere 236.25
Domitiani temporibus apocalypsis uisa 337.20
Domum dei dicunt Hierosolymã Ebionitæ 49.5
Donis quantis dotata ecclesia tempore Irenæi 129.34
Donans aliena, non bonus 317 uersu 38
Draco antiquus ille serpens 197 uersu 28
Draconis præcursores gnostici. 127.38
Drachmæ perditæ parabola ut deprauetur ab hæreticis 34.1
Duplices literas numerum habere insignem 20.36
Duplices literæ quomodo adinuẽtæ 32.27
Dux ex Aegypto cur populo deus fuerit 228.28

E Litera in nomine Iesu quid significet 4.41
E cinctum regit in corpore 28.24
Ebionei quam imitẽtur interpretationem 188.20
Ebionecorum uanitas 294.39
Ebionitæ quomodo iudicabuntur 266.15
Ebionitarũ Euangelium 156.23
Ebionitarum hæresis 48.40
Ecclesia insidias quorum patiatur 247.32
Ecclesia per quos Euangelium acceperit 137.32
Ecclesia postrema 11.8
Ecclesia semen Abrahæ 217.30
Ecclesia sola recte legit scripturas 252.8
Ecclesia traditionem accepit ab Apostolis 76.1
Ecclesia, uitæ introitus 141.2
Ecclesia usq; ad fines terræ seminata, & per quos 20.3
Ecclesiæ caput 314.9
Ecclesiæ dona tempore Irenæi. 127.29
Ecclesiæ fides una 21.29
Ecclesiæ firmamentum à Christo peregre generatum 247.33
Ecclesiæ firmamentum, Euangelion 156.37
Ecclesiæ firmitas unde 321.26
Ecclesiæ preces sæpius mortuum resuscitasse 127.24
Ecclesiæ presbyteris obediendum 252.38
Ecclesiæ quæ ex gentibus typus Aethiopissa 246.21
Ecclesiæ sacrificia 236.18
Ecclesiæ traditio una, linguæ uariæ 20.28
Ecclesiæ uocales attribuuntur 29 uersu 7
Ecclesiam & dilectionem & spiritum dei habere 267.35
Ecclesiã scindentes quomodo iudicabuntur 267.13
ad Ecclesiam confugiendũ 322.12
Ecclesiastico omnia nota 267.25
in Effrem ciuitatem secedit Christus 105.21
Elatio serpentis quomodo dissoluta 323.39
Eleazar in eremo sacerdos 110.38
Electionis potestatem inesse homini 281.32
Eleemosyna quid faciat 225 uersu 25
Eleemosynam cur deus fieri uelit. 238.20

Elementorum mundi status 10.27
Elementorum operationes quæ. 35.20
Elizabeth quòd sterilis peperit, qua ratione factum gnosticorũ opinione 56.10
Eloi quid significet lingua Hebr. 134.10
Eleutherius duodecimo loco ab apostolis Romanæ urbis episcopatum habuit 140.7
Emmanuel signum salutis nostræ. 187.24
Emendari initio quæ nequeũt nunquam emendantur 68.14
Emissio quid sit 83.22
Emissioni pater non annumerandus, & quare 78.23
Emissiones æonum unitas esse debere 79.10
Emissionum ordo primus nullius momenti ostenditur 81.5
de Emissionibus æonum 78.35. & deinceps.
Empedoclis de rerum initijs sententia 86.18
Ep quæ sit uirtus 22.27
Enoch nõ participasse salutem dicit Marcion 50.5
Enoch sine circuncisione deo placuit 231.46
Enoch translatio corporum quid doceat nos 29
Ἑνότης 22.25
Ἐνθύμησις quæ & Achamoth. 7.12
Enthymeseos lachrymæ quãta generarunt 8.10
Ephesi Asiæ Euangelium Ioannes conscripsit 138.10
Ephesi ecclesia à Paulo fundata. 140.35
Epicuri deus qualis 199.21
Epicuri de rerum principijs opinio 86.3
Epicureorum philosophiam imitantur gnostici 129.14
Epistola concilij Hierosolymitani 167.25
Epistola Romanæ ecclesiæ ad Corinthios scripta 140. uersu 1
Epistola Pauli abscidit Marcion. 49.35.166.6
Episcopos ab apostolis ecclesiæ præfectos 139.7
Ἐπίλαμψις & lucerna Christi. 322.2
Error discrepantia proditur 19 uersu 38
Eremi sacerdotes quinq; 110.38. 243.6
Erudimentis sensibilibus opus est animali 98.10
Esaias propheta Adonei 55.41
Esau uenerantur nonnulli 57.27
Esca uitæ quæ sit 285.28
Esca seduxit hominem serpens. 323.19
Esdras propheta Astaphæi 56.3
Esdras restituit legem 189.15
Esurire proprium hominis 323. uersu 17
Esurire quos cibos expectare doceat 325.17
Ethnici ex quibus deum fabricatorem mundi agnouerint 75.39
Ethnici prudentiores de deo uero quid senserint 199.28
Ethnicorum abominatio 303. uersu 23
Eua uirgo uiro destinata 320.39
Eua uirgo alligauit nos 194.25
Euæ formatio secundum gnosticos 54.27
Euæ inobedientia 194.2
Euangelium Iudæ 57.33
Euangelium Matthæi solum recipiunt Ebionitæ 49.1
Euangelij character qualis 157 uersu 30
Euangelij & legis substantia una. 219.3
Euangelium à quibus acceperit ecclesia 137.32
Euangeliũ Christum post 40. ætatis annum docuisse 61.21
in Euangelio quædam præcepta ad duriciam plebi data esse 229. uersu 20
Euangelia quatuor esse tantũ debere 150.10
Euãgelicæ libertatis assertio 167. 4. & seq.
Euangelicis literis ut utantur hæretici 7.4
Euangelistæ quam de deo habuerint sententiam 148.10
Euangelistis se ueriorem affirmabat Marcion 49.33
Euaristus quantus Romanorũ episcopus 140.3
Eucharistia quale sacrificiũ 236 uersu 7
Eucharistiæ quibus uerbis illudebat Marcion 25.5
Eucharistiæ ratio 237.38. 238.1. & seq.
de Eucharistia consilium domini. 235.14
de Eucharistia pulchra 295.35
Eurystheus Herculem ad Cerberum ex inferis deducendũ mittit 19.9
Exercitus dei quis 280.2
Exomologesin facere 26.41
Exorcismis utuntur Simoniarij. 44.2
Expauescentiam elementa mundi fecisse 10.26
Experiẽtia quantũ prosit 284.21
Experientiam rerum omnium habere non posse 112.35
Ezechiel deum non uidit 244. uersu 28
Ezechiel propheta Adonei 56.1
Ezechielis sententia de mortuorũ resurrectione 314.24

FAbulis suis ut hæretici dei uerbum adaptant 14.33
Facere dei proprium 287. uersu 39
Facta omnia à deo initium habent 133.1
Facta omnia deo minora esse necesse 284.40
Factorum nobis non solum ratio reddenda 232.33
Factura initium quando suscepimus 294.6
Faciem dei quomodo uiderũt prophetæ 244.6
Fames Christi unde 193.22
Fati seruus Bythus 70.25
Fax accensa participat lumini à quo accenditur 91.41.298.2
Feriæ quomodo celebrandæ 218. uersu 5
Ferias abnuit deus 233.28
Fermenti abscõditi parabola peruersè interpretatur 15 uersu 30

Fici filijs quur se cinxerit Adam. 196.24
Fici parabola explicatur 281.3
Fides eadem nostra quæ patrum. 247.5
Fides ecclesiæ uera quæ 20.4
Fides gentium generosior 251.3
Fides in filium dirigenda 213.40
Fides in quem figenda 7.10
Fides noui testamenti 258.20
Fides per doctos uel indoctos prædicata, eadem 20.36
Fides præputij 251.14
Fides quid nos doceat 116.14
Fides saluat 120.39
Fidei in Abraham præfiguratio. 246.34
Fidei nostræ fundamentum ecclesia 137.37
Fidem semper quærit deus 235.8
Fide saluari 48.14
Fiducia liberis quàm seruis maior 226.22
Fieri hominis proprium 287.39
Figuram corporis uno membro ostendi non posse 168.28
Figuram hominis habere animã. 132.26
Figuram requirit imago 74.21
Figurata emissio quæ sit 91.10
Filius dei quando factus Christus. 181.11
Filius hominis quis 176.21
Filius quomodo reuelat patrem. 215.30
Filij manifestatio, patris agnitio. 214.15
Filij nomen patris propriũ 235 uersu 40
Filij prodigi parabola 280.19
Filium dei quomodo olim uiderant prophetæ 243.21
Filium hominis cur se dicat dominus 24.20
à Filio omnia perfici 177.22
Filij dei qui 291.11
Filij diaboli qui 290.6
Filij nequitiæ qui ibid.
Filiorum differentia 290.9
Filiorum duorum in uineam missorum parabola 280.39
Filias Loth excusabiles esse 263 uersu 18
Fimbria tacta per mulierem sanguinis laborantem quid significet 6.14
Finem omnium deo attribuere irrationabile & impium 25.12
Flagitiosa hæreticorum uita describitur 12.14
Fœminas prophetare docebat Marcus 25.14
Femora ex quibus constent literis 38.24
Fratrem occidere malum 196 uersu 19
Fructificationi inutilis Hierosolyma 211.1
Fructificantibus domino quanta promittat 222.32
Frumentũ homo quando 211.30
Fulmine percussi stupidi fiunt 114 uersu 24

THumeros in homine possidere 28.24
Gabriel angelus Danieli uisionem interpretatur 330.7
Gabriel quis 330.24
Gallus Seuero dialogus 292.35
Gallinas absq; caponibus parere. 79.36
Gaudium uerum quod 302.19
Gedeonis petitio 180.9
Genua quibus constent literis 28 uersu 24
Generare à Sathana esse 45.4
Generatio Christi quomodo inenarrabilis 118.27
Generationis Christi & Adami differentia 295.4
Generationis initium habere animas 132.34
Gentes moribus comparantur. 335.9
Gentes omnes malignas à Christo saluatas fuisse dicit Marcion. 50.3
Gentes primo cathechizauit Paulus 250.20
Gentes quomodo docuerant apostoli 143.15
Gentes quomodo iudicabuntur. 265.1
Gentes uerbum domini nesciunt. 144.26
Gentibus prædicasse Euangelium graue fuit 250.31
Genealogiam Christi quur Lucas cœperit tam altè 193.30
Genealogias ædificationi dei resistere 1.8
Geometria in quibus uersetur. 129.1
Germaniæ ecclesia fidẽ habet cæteris nationibus æqualem 20 uersu 29
Gigantes tonitruo percussi 122 uersu 7
Gloria dei homo uiuens 243 uersu 6
Gloria dei propria & quare. 187.13
Gloria iucunda quibus 284.2
Gloria hominis deus 187.6
Gloriæ uanæ honorem statim præterire 72.9
à Gloria qui cadant 325.27
Gnosis lignum 52.6
Gnostici quomodo iudicabuntur. 265.36
Gnostici unde dicti 48.20
Gnostici quomodo prophetas diuidant 55.38
Gnosticorum & instrumenti superuacanei collatio 123.24
Gnosticorum colluuies quam mala 127.29 & seq.
Gnosticorum Euangelium 156 uersu 26
Gnosticorũ fabulæ ex poetis sumptæ, & mutatis tantum nominibus traditæ 85.14
Gnosticorum opiniones portentuosæ 52.25
Gnosticorum opiniones quàm uariæ 275.1
Gnosticorum pater falsus 214.22
Gnosticos nec diuina nec humana scire 118.13
Gnostica hæresis 21.34
Græci per literas numerãt 336.6
Græcis quid prædicarunt apostoli 166.39
Græcorum de literis inuentis opinio 32.25
Grãmaticorũ peruersitas 207.19
Grandinis ratio apud homines incerta 116.26
Gratia à gratia differt 219.32
Gratia saluari homines non operum meritis 43.37

Gratiam usu accipere 12.18
Gratitudinem cõmendat deus benefactis suis 186.38
Grauitas hæreticorum ficta 173 uersu 8
Gustus linguæ unde 287.15
Gypsum aquæ miscent, & pro lacte hæretici dant 181.2

Habitus omnis à deo 114 uersu 12
Hæreditatẽ Israel qui acceperint 259.19
Hæreditare caro quomodo non possit 305.11
Hæretici Paulum non intelligunt. 291.17
Hæretici quæ doceant 206.15
Hæretici quantopere deuitandi. 322.11
Hæretici quid coram simplicibus de orthodoxis dicant 172.30
Hæreticorum ænigmata quomodo cognoscenda 19.30
Hæreticorum cœcitas unde 321 uersu 26
Hæreticorum conditio 253.1
Hæreticorum doctrinæ quomodo perierint 294.24
Hæreticorum & palestræ inscitorum collatio 310.37
Hæreticorum & serpentis deceptoris comparatio 205.37
Hæreticorum & uenatorum collatio 87.40
Hæreticorum miseria & stupiditas 198.36.199.1.303.31
Hæreticorum modus in decipiendis simplicioribus 1.20
Hæreticorum mos indies noua & sibijpsis contraria parere 41 uersu 32
Hæreticorum sententiæ quomodo euertendæ 314.12
Hæreticorum simulatio 1.32
Hæreticos quantum apostoli & discipuli eorum abhorruerunt. 140.28 (9
pro Hæreticis orat Irenæus. 201
Hæreticis quomodo congrediundum 205.14
Hæresis & statuæ luteæ deauratæ collatio 100.15
Hæresis idem quod idololatria. 42.13
Hæreses de deo unde proueniant. uersu 117.24
Hæreses omnes deum unũ dicunt, sed sententiam immutant 42 uersu 13
Hæreses ut facile uincãtur 58.20
Hebdomas cur Demiurgus dicatur 9.34
Hebdomas gnosticis unde 53.28
Hebdomada sancta quæ 55.24
Hebræorum literæ antiquæ & sacerdotales decem 108.39
Hebræorum seruitus in Aegypto. 261.1
Hebraica dei nomina quid significent 134.10
Heliæ ieiunium 193.22
Heliam carne assumptum esse. 299.20
Helias propheta sabaoth 55.41
Helias assumptione sua quid docuit 299.5
Helias cur duodecim lapides posuerit in holocausto uituli 38.1
Helias deum non uidit 244.28
Helias dei seruus 155.19
Helisæus dilapsum reuocat ferrũ. 318.33
Henosis una æonum 3.12
Heracleon imitator Valentini 67 uersu 38
Hermaphroditi genesis 23.21
Herodes cur uulpi assimilatus. 290.35
Herodes cur non credidit Christo. 100.4
Hesiodi Pandora 86.30.103.24
Hiberi eandem fidem habent quã cæteræ ecclesiæ 20.30
Hieremias propheta Adonei 56.1
Hieroboam qui sint similes 253. uersu 10
Hierosolyma quare à Christo relicta 210.26
Hierosolymæ pascha celebrare solitum fuisse 105.8
Hierosolymam adorant Ebionitæ 49.5
Hierosolymis in templo antichristum sessurum 337.28
Holocaustomata abnuit deus 233 uersu 27
Homerus gnosticorum præceptor 266.10
Homerus Oceanum dixit genesim deorum 85.35
Homeri locus 19.11.23.17. 26.36.69.22.85.35.107.14 266.12
Homerici Iouis uigilantia 23.37
Homo à deo discere debet semper. 118.36
Homo à deo quid differat 222.17
Homo clarificationis dei organũ. 222.26
Homo cur infirmitati suæ traditus 296.31
Homo cur non ab initio à deo perfectus creatus 284.36
Homo deum diligens quantũ proficiat 252.28
Homo est factus examinatio sententiæ diaboli 328.18
Homo ex quibus cõpositus 81.39 304.6
Homo homini proximus 227.10
Homo inimicus quis 289.21
Homo liber ab initio creatus 281 uersu 28
Homo per quæ iustificetur 133.26
Homo primus esca seductus 323 uersu 19
Homo primus ubi positus 299.11
Homo quantum indigeat communione dei 228.6
Homo quomodo fiat similitudo dei 300.4
Homo rationabilis 211.28
Homo spiritualis quis, & quis nõ. 300.18.302.41
Homo temperatio animæ & carnis 206.10
Homo uetus quomodo expoliandus 308.8
Homo uictus & uictor 323.3
Homo uiuens gloria dei 245.6
Homo uiuens ubi 304.34
Homo quomodo Christus fuit. 185.31
Hominis anima, corpus, caro unde 11.9
Hominis & Christi differentia. 46.36
Hominis & oleastri collatio 306 uersu 15
Hominis filius cur Christus dicatur 185.34. 193.12

Hominis filius quis 176.21
Hominis membra numerosa 297 uersu 29
Hominis ordo primo custodiēdus. 287.26
Hominis status 286.15
Hominis utilitas 243.1
Homines arare sabbatis lex nō uetabat 218.1
Hominem boni & mali agnitionem accepisse 287.3
Hominem deo quō uniuit Christus 184.2.185.7
Hominem liberæ esse sententiæ ab initio 283.14
Hominem infectum non esse 112. uersu 40
Hominem quare deus fecerit 227 uersu 29
Hominem quid renouet 309.24
Homines quomodo deum uideant & uiuant 242.11
Homines ante aduentum Christi quomodo saluabantur 70.39
Homines formāt deus in utero 315 uersu 32
Homines quomō spoliabat Christus 175.37
Homines specialiter absq; corpore esse non posse 303.1
Hominum genus pessimum temporibus Noe 278.4
Hominum genera tria esse secundum Valentinum 14.3
Humani generis finis quis 248.13
Humani generis pater quis 263 uersu 22
Humanitatis Christi ignorātia quæ pariat 321.10
Honor munere ostenditur 236.10
Honoris non permanentis nulla utilitas 71.38
Hora quid sit, & quib. constet partibus 35.39
Horæ anni quot sint 90.34
Humeri quibus ex literis compositi 28.23
Humida substantia unde sit 7.39
Humilitas Christi 285.13. 323.17 & seq.
Hyginius Romanæ urbis episcoscopus 49.15.140.5
Hylicon salutis capacem non 11.24
Hyperbatis frequenter utitur Paulus 146.1
Hypocritarum conditio 253.3

IGenua regit in corpore 28.24
I litera in nomine Iesu quid significet 40.4
H uerenda posidet in corpore 28 uersu 24
Iacob actus prophetiæ pleni 247 uersu 19
Iacob domum se esse gloriantur Iudæi 188.34
Iacob filij in Aegyptum pro frumento missi quid declarent 37 uersu 34
Iacobus domino semper adfuit. 168.24
Iacobi de deo confessio 165.16
Ialdaboth quid 53.32
Iao quis ibidem
Iaoth quid lingua Hebraica 134 uersu 21
Idiota pius quantum sophistæ in pio præstet 322.4
Idiotæ charitate deo proxim sunt 113.16
Idiotæ qui sint hæreticis 102.15
Idola dæmones esse persuadere gētibus difficile fuit 250.37
Idola erigere in Israel permittebat Salomon 255.28
ad idola proni Iudæi 229.1
Idololatria hæreses pares 42.13
Idolothytis utuntur Nicolaitæ. 49.11
Idolothytis uescuntur Basilidis sectatores 46.8
Idolothytis uescuntur hæretici indifferenter 12.2
Iechoniæ filius Ioseph 191.39
de Iechoniæ expulsione cur uaticinatum 192.15
Ieiunio eccles. sæpius excitati mortui 127.26
Ieiunare proprium hominis 323 uersu 17
Ieiunauerāt quadraginta dies qui 193.22
Ieroboam decem scripta quid sibi uelint 37.32
Iesus Christus dei filius inuestigandus 113.29
Iesus Christus uerbum dei 241 uersu 15
Iesus Hebræis, quod Latinis saluator, et Græcis Soter 108,15.31
ἰησοῦς insigne nomen sex constans literis 28.37.31.3 & seq.
Iesus uas Christi mundum gnosticorum sententia 56.19
Iesus crucifixus & resuscitatus, gnosticorum sententia 56.34
Iesu anima qualis 46.& 47.& seq.
Iesu nomen non Græcum esse 108 uersu 13
Iesu similes se dicebant Carpocratiani 47.6
Iesum Christi receptaculum non fuisse 173.25
Iesum ex uirgine natum negat Cerinthus 48.29
Iesum Simonis Cyrenæi formā accepisse fabulatur Basilid. 45.35
Iesum uerbum dei esse 18.28
Ignatij ad bestiās condemnati uox pia 334.41
Ignis igne augescit & non dissoluitur 96.9
Ignis sine calore esse nequit 79.6
Igneus Deus à Mose quamobrem dictus 243.32
Ignorantia per ignorantiam dissolui nequit 325.5
Ignorantia mater hæresis 143.6
Ignorantia unde 4.26
Ignorantiam malum esse 94.13
Imago hominis de limo quomodo in nobis 307.34
Imago quando à typo differens. 107.30 (235.35
Imago regis, rex quodāmodo ipse
Imago uera quæ requirat 74 uersu 13
secundū Imaginem dei homo quis factus sit, quorundam opinione 37.19
Imagines Christi pingebant & fabricabant gnostici 48.21
Imaginibus utuntur Basilidis sectatores 46.8
Immortalitatis assertio 298 per totum.
Immortalitatis condonatrix Amicitia Dei 227.27
Immortalitatem promittebat Menander 44.18

Impassi-

Impaßibilem fuisse Christum dicũt hæretici 13.12
Imperfectionis nostræ causſæ 287. uersu 288. per totum
Impij qui maxime 34.39
Impij quomodo olim puniẽdi. 20. uersu 16
Immunditiæ qui se tradant 303.37
Incognitum non est quod à paucis cognoscitur 214.27
Incorruptela pro uita acquiritur.
Incorruptela quid. 286.9 (310.12
in Incorruptelam quomodo deueniat 340.38
Incorruptibilitatis effector deus. 311.31
Incredulitati omnia esse inclusa & quare 21.12
Infantes Bethlehem martyres primi 176.9
Infantes statim a partu uocales edere. 30.16
Infantibus infans factus est Christus cur 105.39
Infectus solus deus 246.7
Infernum dicunt quidam esse hunc mundum 338.21
ad Inferos Christum descendisse. 255.37
Infirmitas hominis 286.36
Infirmitas humana quomodo discatur 297.3
Infirmitas nostra semper agnoscenda 187.2
Infirmitati cur traditus homo. 256.31
Initium nostrum contemplandum 297.14
Initium omnia sumpserunt à deo. 148.3
Inimicitia reconciliatur 313.28
Inimicus ut iustè uniretur quid opus fuit 322.40
Innocentiam à nobis requirit deus 236.10
Inobedientia quomodo deuitetur. 287.19
Inobedientia mortem infert. 326. uersu 21
Intestinorum nostrorum figura serpenti similis 57.19
Inuentio requirit disciplinã. 115.1
Inuestigabilem esse eum qui creauit omnia 239.7
Inuidia à deo aliena 328.17
Inuidiæ fructus 426.6
Inuisibilis deus cur 70.28
Inuocationem dei tremunt omnia. 71.1
Ioachim filius Ioseph 191.39
Ioannes Christum sufficienter declarat 174.8
Ioannes cur scripsit Euangelium. 153.35.154.1
Ioannes domini discipulus Cerinthum in balneis lauantem fugit 140.23
Ioannes ecclesiæ Ephesi præfuit usq; ad Traiani tempora. 140. uersu 37
Ioannes Euangelium Ephesi Asiæ conscripsit 138.10
Ioannes initio sui Euangelij quid conetur ostendere 18.4
Ioannes papa ad palinodiam redactus 292.18
Ioannes pœnitentiam qualem prædicarit 148.30
Ioannes tralatione utitur septuaginta 189.34
Ioannis baptisma quale 40.4
Ioannis baptisma, quomodo præparatum 56.17
Ioannis tantũ Euangelio qui utuntur 156.29
Ioel propheta 55.40
Ionas à cœto absorbetur 186.13. 299.22
Ionas propheta Iai 55.40
Ioseph Christum quomodo educauit 249.26
Ioseph benignitas in Aegyptios. 260.36
Ioseph & Mariæ filium Christum fuisse dicit Cerinthus 48.30
Ex Ioseph generatum Christum dicunt Ebionei 188.24
de Ioseph Christum non generatum esse 184.34
Iosuæ duodecim lapides quid sibi uelint 37.41
Iosue propheta Ialdabothi. 55.39
Iosue reges occidit quinq;. 110.41
Iouis figura Simoni attributa. 44.6
Irrationabiles qui 286.19
Irenæus cur fictiones hæreticorũ enumeret 17.32
Irenæus de presbytero quodã quid audierit 254.20
Irenæus græcè an latinè scripserit dubitatur 292.26
Irenæus Polycarpũ uidit. 140.14
Irenæus non omnibus hoc temporis dogmatibus congrua scribit 291.37
Irenæus quo tempore uixerit. 140.6
Irenæus rhetorices non admodum studiosus 2.9
Irenæi de Christo sententia. 177.6
Irenæi de Eucharistia sententia. 238.5
Irenæi imitator Tertullianus. 136. uersu 17
Irenæi libri quomodo legẽdi. 293. uersu 28
Irenæi precatio 145.3
Irenæi precatio pro hæreticis. 20.9
Irenæum ad scribendum quid impulerit 1.29
Irenæum cum Chiliastis sensisse testatur Hieronymus 292.20
Irenæum patri solum horæ & diei ultimæ notitiã tribuere. 61.11
Isaac figurat fidem nostrã. 247.8
Isaac ligna ferens quid doceat. 213.7
Israel populum se gloriantur Iudei 188.34
Israelitæ cur Aegyptijs uasa abstulerint 260.22
Ithamar in eremo sacerdos 110.38
Iudæ Euangelion 57.33
Iudas nunquàm restitutus in locum suum 101.18.102.27
Iudam proditorem solum ueritatem agnouisse dicunt quidam
Iudæi à quo facti 55.33 (57.30
Iudæi gentibus cur in captiuitatẽ dati 277.3
Iudæi inuocatione dei dæmonas fugant 71.11
Iudæi quare absceſſerunt à deo. 217.4
Iudæi quomodo iudicabuntur. 265.4
Iudæorum animi seruiles 229.22
Iudæorum cæcitas 259.10
Iudæorum descriptio imaginalis. 303.25

Iudæorum seruitus qualis 261.1
Iudæorum in Christianos odium. 188.31
Iudæorum traditiones contrariæ legi 223.28
Iudæos quomodo docuit Christus. 143.11
Iudæos ultra non offerre deo. 237.31
Iudæis omnibus mos fuit Pascha Hierosolymis celebrare 105.8
Iudæis lex quomodo fabula. 252. uersu 21
Iudæis quid Christus exprobret. 213.23
Iudæis quid prædicabant Apostoli 166.37
Iudicem quid deceat 199.38
Iudex omnium Christus quare. 240.28
Iudicium dei qui incident. 288.21
Iudicium dei quomodo se euasuros dicũt Valentini discipuli. 26.27
Iudicij diem solum patrem nosse. 118.15
ante Iudicium Christi dignam habitationem unumquenque percipere 132.28
Iupiter Homericus sollicitus propter Achillem 23.37
Iupiter Homericus necessitate cogitur 70.22
Iustinus martir de sathana quæ astruat 291.40
Iustini auditor Tatianus 50.38
Iustini martyris sententia de blasphematoribus dei 331.41 uersu 332.1
Iustum cur iniusto deus subijciat. 196.15
Iustis paradisus præparatus. 299. uersu 15
Iusti ante Abraham quomodo iustificati 231.20
Iusti domini aduentum cognouerunt 222.1
Iusti omnes sacerdotes 218.25
Iustos non participasse salutem dicit Marcion 50.6
Iustitia quæ sit maior quàm phari sæorum 226.4
Iustitia saluat 120.39
Iustitia ultorum 200.35
Iustitiæ exemplar Christus 106.1
Iustitiam sine bonitate comparari non posse 199.33
Iuuenilis ætas quæ 106.20

A in corpore crura sibi uendicat 28.24
Labor artes docet. 128.40
Labores in quos succesimus, qui sint 249.11
Lachrymæ quid generarint. 7.39
Lachrymas falsas qualitate sua esse 8.17
Lactantij libri institutionum 292. uersu 33.
Lapis sine manibus excisus. 191. uersu 16
Lapis præcisus Christus 331.26
Lapides duodecim à Mose sub monte positi quid significẽt. 37.40
Latinos nunc regnare 337.4
Lauacro regenerationis indiget homo 316.4
Lazari & diuitis parabola quid doceat 208.26
Lazarum suscitat Christus ac insidias patitur 105.20
Lex animũ in quibus docet 226. uersu 16
Lex carnales iudicauit 303.14
Lex cur ante Mosen non data. 231. uersu 25
Lex cur infirma iudicetur. 230. uersu 24
Lex Iudæis quid 229.12
Lex libertatis quæ sit 273.39
Lex per quem sit data 55.33
Lex pharisaica 223.35
Lex quid Christianis 252.21
Legis administratio temporalis. 211.12
Legis & Euangelij nulla diuersitas 165.38.219.4
Legis finis quomodo Christus. 225.4
Legis præceptum maxim. quod. 224.4
Legis seruitus Iudæis unde 229. uersu 24
Legis studiosi Christo crediderũt. 209.32
circa Legis dispositionem religiosi apostoli 168.22
Legi traditiones Iudæorum contrariæ 223.28 (225.29
Legem extendit nõ soluit Christus
Legem in eremo cur deus dederit populo 228.29
Legem spiritualem tantum fuisse. 184.19
in Lege quædam præcepta ad duritiam populi lata esse. 229.20
de Legis latoribus qui conqueran tur 332.10
Legislatio maior quæ 219.32
Leo animal regale, & prima Cherubin forma 157.4
Leo antichristus 192.27
Leprosi qui 246.23
Lernæa hydra qualis fera 57.18
Leuitas cur elegit deus 228.37
Leuitica lex cur data 232.38
Libertas Euangelica 167.38
Libertas peruersa sectatorum Valentini 26.26
Libertas unde Christianis. 223.18
Libertatis legis datio quæ 219.34
Liberũ arbitrium asserit Irenæus. 211.29. 204. 6. 230. 28. 281. 26. & seq. 282. 38. 283. 25. 288.9
Liberum arbitrium negantes confutantur 283.25
Libyæ ecclesiæ traditiones habent pares cæteris 20.31
Librum patris aperuit Christus. 240.29
Libelli repudij ratio 230.4
à Ligno uitæ cur deus Adam transtulit 197.9
in Ligno cur passus Christus. 317.7
Lingua gustum quomodo percipiat 287.15
Lingua sensus uelocitati non sufficit 117.37
Linguæ uariæ traditionem habẽt unam 20.28
Linus primus episcopus. 139.26
Literæ Hebrææ antiquæ quomodo scribantur 108.39
Literarum immensitas 28.10
Literarum XXIIII. diuisio stolida 29. & seq.
Literas Mosis turbas esse Christi. 208.23
Literas mutas nouem, quibus attribuat, Marcus 29.2
Locum passionis Christi quomodo descripsit Moses 221.20

λόγος ab unigenito emissus. 2. 40
Logos pro cupidine 85.19
Logium cum duodecim lapidibus quid sibi uelit 37.39
Longanimitas dei 186.10
Longanimitate dei cognouit homo bonum & malum 287.6
Longæuitas maiorum quid doceat 299.1
Loth fide saluatus 231.14
Loth quomodo genuit ex filiabus 262. 41
Lucas cur Christi genealogiam ab Adam incepit 193.30
Lucas sectator apostolorũ 42.25 150. 11
Lucæ diligentia 169.170. & seq.
Lucæ Euangelion circũcidit Marcion 49.29
Lucæ Euangelio circumciso qui utantur solum 156.26
Lucerna ἐπάμυχος 322.2
Lucida substantia unde 7.39
Lucidis umbra non est 74.32
Lucta & uictoria Christi 183.28
Lumen à lumine differt 219.32
Lumen dei ecclesiæ creditum esse 321.40
Lumen deus quomodo dici possit 82. 17
Lumen quibus deus præparauit. 288.10
Lumen quomodo hominis uita dicatur 17.10
Lumen sequi quid sit 227.37
Lumine qui seipsos priuant 288. uersu 23
Luminaria mundi Christus parat 216.34
Lunæ crescentis & decrescentis causa apud homines non certa 116.28
Lunã triginta diebus cursum suũ perficere 35.34
λυχνίας confirmat sophiam. 4.30

M Literã duobus ΛΛ consistere 34.26
M pedes sibi uendicat in corpore 28.25
μακαρία & μακαριότης 3. 11. 14. 16
Macedones Asiæ imperabant 188 uersu 38
Magister perfectus qui 106.4
Magistri ætatem perfectã habuit Christus quum docere incepisset 105.32
Magister uerus Christus 293.33
Magistri inuidi qui 207.31
Magistri à diuina scientia qui 21. uersu 28
Magistrorum malorum subdiuisiones præuidit Paulus 179.1
Magorum deliramenta unde 26. uersu 8
Magorum munera quæ & qualia fuerint 149.15
Maiorum longæuitas quid doceat 299.1
Maledictio Cain unde 196.22
Maledictio omnis in serpentem translata 195.38
Mala quomodo sint bona 288. uersu 41
Malis non consentiendum 262.2
Malitia spiritualis Cosmocrator. 10. 21
Malitiæ sensum qui non habuerunt 259. 21
Mam Hebræis quid 147.13
Mammona quid sit 146.36. 147.10
Mammona ubiq; nos insequi 260 uersu 28
Manifestetur deus quomodo 242 uersu 22
Manifestatio dei quomodo præstet uitam 243.9
Manifestatio filij, patris agnitio. 214.15
Manus ex quibus literis compactæ sint 28.23
Marcellina gnostica Romam sub Aniceto uenit 48.19
Marcion homo qualis 214.1. 127. 19
Marcion negat mundũ per Christum factum esse 154.24
Marcionis Euangelion 156.26
Marcionis Pontici hæresis 49.21 140.27.141. 39
Marcionẽ impugnauit libris quinque Tertullianus 136.17
Marcionistæ quomodo iudicabuntur 265.21
Marcus Christum optime exprimit 175.13
Marcus interpres Petri 138.7
Marcus sectator Petri 153.14
Marci Euangelio qui solum utuntur 156.25
Marcus hæreticus mendaciorum poeta malus 32.23
Marci hæretici Epitheta 33.16
Marci doctrina 24.29
Mare rubrum naturaliter se diuisisse, credere, error 260.18
Maria uirgo uinctos soluit nos. 194.26
Mariæ & Euæ comparatio 320. 40.321.1
Mariæ obedientia 194.1
Mariæ partus quæ confirmet uaticinia 191.1
Mariam uirginem peperisse quæ ratione factum sententia gnostiorum 56.10
ex Maria etiam aliquid suscepisse Christum 192.39
Martyres mortem quomodo contemnant 304.26
Martyres primi qui 176.9
Martyres quidã spernunt 183.13
Martyrium quale sustineat ecclesia 268.5
Martyria necessaria fabricæ hominum 77.24
Materialis substantia unde 9.10. 10.11
Mathematicorũ theorema sequũtur Basilidis sectatores 46.29
Matthæus Christum declarat prophetè 174.12
Matthæus de Christo quid sentiat. 148.19
Matthæus Hebraicis literis Euangelium scripsit 138.5
Matthæi Euangelium solum recipiunt Ebionitæ 49.1
Matthæus utitur tralatiõe septuaginta 189.34
Matthæi Euangelio qui solo utuntur 156.24
Matthias in locum Iudæ subrogatus 101.18.102.34
Medicus ægrotantis desiderijs nõ indulget 142.38
Medicus in ægrotis probatur 187 uersu 9

Medicina in quib. uerſetur 129.2
Meditatio artes docet 128.40
Medorum imperiū poſt tranſmigrationem 188.27
Melior ex operibus oſtenditur. 122.10
Melior quã Ieſus quis eſſe poßit, ſententia Carpocratis 47.11
Melodia quomodo conſideranda. 112.27
Mẽbra Chriſti prophetæ 268.21
Membrorũ numeroſitas 297.29
Mendax quis 176.25
Mendaces arguere ſuaue 71.34
Mendacium unde ortum 36.11
Menander Comicus 96.25
Menander inuentor turpitudinis. 126.29
Menander Samarites hæreticus et eius hæreſis 44.11
Menander Simonis diſcipulus. 141.40
Mens cur ſola deum agnoſcat 3 uerſu 30
Menſe primo Chriſtũ paſſum eſſe 105.27
Menſi cur triginta dies dati gnoſticorum opinione 88.34
Menſes octodecim cum diſcipulis à reſurrectione conuerſatum fuiſſe Chriſtum 4.40
Menſes uariare dierum numero. 111.26
Menſura patris, filius 211.12
Μετακωγεὺς ſophiam uiro reconciliat 4.31
Metere ſabbato uetitum 218.18
Metricos 3.15
Μηδοπάτωρ ſaluator dictus. 9.20
Michael ſerpentis nomen 55.26
Micheas propheta Iai 55.40
Micheas propheta Orei 56.2
Mineruæ imago data Selene 44. uerſu 7
Minus & plus, in quibus dicatur. 219.27
Miracula eccleſiæ unde, & in quẽ uſum 130.1
Μίξις inter æones 3.12
Mizael igne non abſumptus 299 uerſu 23
Moloch adorarunt Iudæi 229.37
Μονογενὴς inter æones numeratur 3.13
Μονότης 22.25
Mors cadenti proxima 325.29
Mors Chriſti & patriarchis & nobis curatio fuit 256.14
Mors Chriſti quibus dãnatio, quibus ſalus 259.12
Mors circa carnem 301.39
Mors quandiu regnarit 184.13
Mortis euacuatio, ſalus hominis. 197.35
Mortem quomodo cõtemnãt martyres 304.26
Mortem uirgo generi humano in uexit 321.4
ad Mortem cur Chriſtus peruenit 106.5
à Morte ſuſcitati durauerunt per aliquot annos cum hominibus tempore Irenæi 129.41
Mori quid 301.34
Mortuorum legem Chriſtus ſeruauit 338.17
Mortui, ieiunio, ſupplicationibus, orationibus ſanctorum & eccleſiæ ſæpius reſuſcitati 127. uerſu 26
Mortuorum uerba contra uirtutes diabolicas 41.13
Mortua quæ 305.18
Moriens incipit deo uiuere 197 uerſu 14
Mortalia corpora quæ ſint 301 uerſu 27
Mortalitas noſtra ſemper nobis agnoſcenda 187.2
Moſes deum igneum cur dicat. 243.32
Moſes deum non uidit 244.28
Moſes ex Aethiopiſſa fecit Iſraelitidem 246.14
Moſen excuſat Chriſtus 230.6
Moſes legislator dei 150.8
Moſes propheta Ialdabothi 55.39
Moſes quinq; libris legem dedit. 110.34
Moſes quomodo aduentum Chriſti ſignificauit 221.4
Moſes quomodo dicatur deus. 145.32
Moſis de creatione mundi dicta, quomodo peruertant hæretici. 36.35
Moſis ieiunium 193.28
Moſis tempore lex incepit 211.5
Moſis uirga cur ſerpens facta 191 uerſu 28
Mũdus male adminiſtratus per angelos, opinione Simonis 43.28
Mundus pro agro 252.10
Mundus quomodo conditus opinione Cerinthi 48.29
Mundus uarias habet qualitates. 73.14
Mundi fabricatorẽ unicum deum eſſe 64.32
Mundi factor uerbum dei 320.16
Mundi regiones quatuor 156.35
de Mundi cõditione gnoſticorum deliramẽta 154.24 (262.10
Mundum à deo alienum non eſſe.
Mundum ab angelis factum, dicebat Menander 44.14
Mundũ Coſmocratoris ſedem eſſe 10.24
Mundum prouidentia dei regi. 199.20
Mundi alibus quæſtionib. uacantes ſpũs ignorantiæ occupat 35.11
Mundi qui, qui non 303.18
Munera affectionem oſtendunt. 236.9
Mulierum profluuium ſanguinis patientem quid ſanauerit Valentis opinione 6.17
Mulieres quomõ ſeducebat Marcus 25.1

N In corpore ſibi uendicat pedes 28.25
Nabuchodonoſoris capti uitate ſcripturæ ſacræ corruptæ 189.13
Nabuchodonoſoris imago 335.25
Nadab & Abiu hæreticis ſimiles 253.6
Nadab in eremo ſacerdos 116.38
Natura noſtra à Paulo deſcripta. 306.2 (290.14
Natura nos omnes dei filios eſſe.
Naturæ eiuſdẽ eſſe omnes 282.13
Naturam fortiorem uoluntate dei non eſſe 299.31
Naturalia præcepta communia. 227.7
Nathan propheta Iai 55.40
Nathanaelis confeßio 156.9
Naum propheta Orei 56.2

Nebulis ratio apud homines incerta 116.25
Neceſsitati quantũ tribuant Stoici 86.23
Neceſsitatem magnã habere conuerſationem noſtram 261.38
Neceſsitati non ſeruire deũ 70.12
Negligentia infructuoſos facit. 306.7
Negociatorum ratio 260.28
Neomenias abnuit deus 233.28
Neophyti confirmandi 293.25
Neſcimus multa quæ ſint in hac etiam creatura 11.6
Nicolaus ex VII. diaconis unus. 49.8
Nicolai hæreſis 49.7
Nicolaitas impugnat Ioannes. 153.37
de Nihilo homines aliquid facere nequeunt 77.24
Nili incrementum certis cauſis explicari non poteſt 116.16
Niuis ratio apud homines incerta 116.26
Noe diluuium unde 278.1
Noe etiam incircunciſus deo placuit 231.16
Noe non participaſſe ſalutem dicit Marcion 50.5
Noe quomodo in arca ſeruatus 55 uerſu 29
Νοήτος 22.26
Nomẽ Chriſti quomodo in gentilibus glorificetur 235.32
Nomen triginta literarum admirabile 27.22
Norea Adami filius 55.20
Noua indies fructificare hæreticorum mos 41.32
Noui teſtamenti ignoſcentia unde 230.17
Noui teſtamenti initium 272.32
Nouiſsima noſtra tempora quæ ſerant 206.3
Nox chaos generat 85.10
Nubere à Satana eſſe Baſilidi 45 uerſu 4
Nubes unde colligantur ratio apud homines incerta 116.24
Nudos quomodo ſe uiderint primi parentes 55.13
Numerus omnis à deo 114.12
Numeri ex regula 112.16
Numeri quomodo interpretandi. 336.21
Numerorum gnoſticorum confutatio 102.9
in Numeros concludit deum Marcus hæreticus 33.1
Numeris myſteria ſcripturæ probare uanum 108.11
Nuptiæ ſpirituales hæreticorum. 40.15
Nuptiarum indumentum quod. 279.18
Nuptias damnat Tatianus 51 uerſu 2
Nus quid ſit 81.7
Νῦς unigenitis quibuſdã dictus. 2.36
Nus pro Chriſto 85.17

O Interiectio dolẽtis 30.21
O tibias in corpore poſſidet 28.28
Ω caput poſsidet 28.23
Obedientia replaſmauit homines. 181.16
Obedientiæ liberorum & ſerui diſcrimen 226.22
Obedientiam requirit deus 235.8 233.1
Oblatio noſtra qualis eſſe debeat. 237.26
Oblatio proſit quæ, quæ non 236 uerſu 36
Oblationis character duplex 236 uerſu 21
Oblationes quare deus populo præcepit 238.21
Oblationes qui in ueritate offerãt 236.4
Oblatione hominum deum non indigere 233.1
Obliuionis poculum animas non bibere 130.35
Oceanum deorum geneſim dixit Homerus 85.35
Oceani reciprocationem certis rationibus indicare non eſſe poſsibile 116.21
Ocioſum in ſcripturis nihil 262 uerſu 38
Octonatio prima quæ omnium dicatur 3.2
Oculo unde uiſio 287.16
Odor mortis quib. ſumus 259.16
Odor ſuauitatis deo cor contribulatum 233.17
ὀγδοάς prima quæ 3.2
Ogdoas ſecunda 6.21
Ogdoas Valen. confutatur 80.38
Oleum unctionis ex quibus compoſitum 109.38
Oleo & aqua quidam utuntur in baptiſmo 40.38
Oleaſter tranſmutatur in bonam oliuam 305.34
Oleaſtri & hominis collatio 306 uerſu 15
Oliua in oleaſtrũ degenerat 306 uerſu 4
ὁμοσύγκρασις inter æonas numeratur 3.13
Onirompi 44.4.47.12
Onus legis 184.18
Ophitarum hæreſis 57.25
Opinionem ueterem auellere Iudæis conabãtur apoſtoli 162.5
Opobalſamo unguntur ſacrati apud hæreticos 40.35
Opus dei perfectũ quomodo quis facere poſsit 287.34
Opera animæ quæ ſint 218.7
Opera bona cur prophetæ inculcent 282.19
Opera carnis mortifera 307.28
Opera materialia quæ 102.10
Operib. melior oſtenditur 122.10
Operationis dei receptaculum homo 187.7
Oratio ſanctorum incenſum eſt. 236.3
Orationibus ſanctorũ ſæpius mortui ſuſcitati 127.26
Ordo omnis à deo 114.12
Ordine omnia à deo facta eſſe 112 uerſu 9
Organum clarificationis dei homo 222.26
Organo ſimile corpus 131.27
Organis non indiget deus ad ea quæ facit 66.11
Orcus quis 53.34
ὄφις & uirtus incomprehenſibilis 4.13
Os eccleſiæ quaſi unum 20
Oſeas operatione prophetauit. 246.2
Ouis errans hæreticis quæ 16.4
Ouis perditæ parabola, interpretatur 33.40

Quem perditã, dicebat Simon esse Selenem suam 43.27
Oues extra, intra lupi, hæretici. 178.4
Oues uariæ Iacob quid 247.35

Π In corpore genua posidet Palamedes literarum longarum adinuentor 32
uersu 32
Palea homo quando 21.30
Palestræ insuetorum & hæreticorum collatio 310.37
Palma mortis unde 323.15
Pandora Hesiodi 86.30
Pandoræ satellites gnostici 123.10
Panis Eucharistiæ 235.16
Panis Eucharistiæ qualis 296.3
Panis sine humore fieri nequit. 179.37
Parabola dragmæ perditæ ab hæreticis deprauatur 34.1
Parabola duorum filiorum in uineam missorum 280.39
Parabola fermenti absconditi ab hæreticis deprauata 15.30
Parabola fici explicatur 281.3
Parabola filij prodigi quid significet 280.19
Parabola perditæ ouis malè interpretatur ab hæreticis 330.40
Parabola operariorũ in uinea ab hæreticis torquetur 3.20.4.31
Parabola publicani & pharisæi pag. 280.36
Parabola tritici & zizaniorum. 289.13
Parabola uinitorum in uineam uarijs temporib. missorũ 280.24
Parabola uocantis ad prandiũ explicatur 278.20
Parabolæ de eo qui plantauit uineam, expositio 275.36
Parabolæ absolutiones recipiunt multas 115.25
Parabolæ quomodo exoluendæ. 114.27
Parabolam diuitis & Lazari, nõ esse fabulam, & quid doceat. 208.27
Parabolarum tria millia fecit Salomon 255.10
Parabolas quomodo soluant hæretici 30.15 (15
Parabolis utuntur prophetæ 104
Paradisus ecclesiæ 322.13
Paradisus quib. præparatus 299
uersu 14
Paradisus ubi opinione Valentini 9.38
Paradiso cur Adam expulsus 195
uersu 28
Paradiso eiectus Adam, quomodo iterum impositus 192.20
in Paradiso qui plantantur 305.
uersu 36
in Paradisum qui translati 299
uersu 14
Parasceue quid 327.3
Paredri Simonis 44.4
Participatio dei quæ sit 242.10
Pascha omnib. Iudæis in sola Hierosolyma celebrabatur 105.8
Pascha quomodo indicauit Moses 221.17
Passionem non auersatus est Christus 182.28
Passione se ostendit deum Christus 317.7
Passione sua Christus quid effecit. 102.3
Passibilem Christum testatur Paulus 182.7
Pater deus unde 9.28
Πατὴρ nomen fide præditũ 31.3
Pater nomen quinq; literarũ 110
uersu 15
Pater immensus in filio mensuratus 211.10
Patris agnitio quæ sit 214.14
Patris exquisitio quæ postulet 96
uersu 30
Patri quomodo & quando nos reconciliauit Christus 317.23
Patrem deum inuisibilẽ esse 244
uersu 29 (24
Patrem & deum unum esse 207
Patrem nobis cum ueteribus unũ esse 264.1
Patrem deum incapabilem esse. 94.39
à Patre omnia præcognita esse. 177.20
Pater familias Christus 219.9
Πατρικὸν ex homine & ecclesia 3.15
Patriarchæ seminarunt 252.1
Patriarcharum iustitia 231.25
Patriarchas cur deus elegerit 228
uersu 21
Patriarchas de nostra salute gaudere 262.35
Patriarchas negat Marcion salutẽ participasse 50.6
Paulus cuius typus sit à gnosticis quæritur 103.20
Paulus cur colaphizatus 296.34
Paulus cur dicat se omnibus plus laborasse 250.13
Paulus in paradisum raptus 299
uersu 17
Paulus naturam nostram describit mirabiliter 306.2
Paulus Romæ euangelizauit 138. 6.139.17
Paulus semetipsum quare exponat 307.1
Paulus utitur tralatione septuaginta 189.34
Pauli de Luca testimoniũ 170.13
Pauli doctrinã non intelligunt hæretici 291.17
Paulum ad tertium cœlum assumptum esse 124.15
Paulum apost. esse sicut cæteros. 172.9
Paulum apostolum recusant Ebionitæ 49.2
Paulum legere non omnes sciunt. 145.41
Paulum qui dicant ueritatem solũ cognouisse 168.28
Paulo perfectiores se habebãt Valentini discipuli 26.22
Pax tẽpore Irenæi quanta 261.29
Peccatum qui deo imputent 258 41.259.1.332.8
Peccatũ irremissibile incidunt hæretici 158.13
Peccata patriarcharum non ipsis exprobranda 256.1
Peccata quæ olim facta 254.10
Peccati finem infert carnis resolutio 197.13
Propter peccantes Christus non morietur iterum 256.14
Pectus ex quibus literis compositum 28.23
Pecunias affert apostolis Simon, & quare 42.50
Pedes discipulorum cur Christus lauit 248.10
Pedes ex quibus literis compagi-
nem

nem ſuam habeant 28.25
Pelopis caro collecta & iterum compacta à dijs 103.38
Pepo idem quod cucumer 23.1
Peregrinatio Abraham quid doceat 209.1
Perfectus homo quid 300.7
Perfecto indigent omnia 285.3
Perfecti qui 300.39
Perfecti uolunt haberi hæretici 12 uerſu 17
Perfectos ſe appellabant Marci diſcipuli 26.22
Perfectionem capere nõ potuit homo ab initio 285.31
ad Perfectionem quomodo uenien dum 128.37
Perficere cur apud deum 121.14
Perſarum imperium ante tranſmigrationem 188.27
Perſeuerãtia artes docet 128.46
Perſeuerãtia noſtra unde 296.23
Petrus quid de deo ſentiat 159.1. 160.1. & ſeq.
Petrus Romæ fundauit eccleſiam. 138.6. 139.16
Petrus ſemper domino adfuit 168 uerſu 22
Petrus ſeptuaginta tralationem ſequitur 189.34
Petri confeßio 156.11
Petri oratio ad Iudæos 159.1 & ſeq.
Petro perfectiores iactabãt ſe Valentini diſcipuli 26.22
Petrum negant ueritatem annunciaſſe Gnoſtici 274.6
Pharaonis cor quomodo indurauit deus 259.25
Phariſaica iuſtitia quid & quæ ſit maior ea 226.4
Phariſaica lex 221.35. 224.20
φεῦ, φεῦ, unde 22.30.32.21
Philippi de deo confeßio 163.30
ad Philippenſes Polycarpi epiſtola 140.33
Philtris utuntur Carpocratiani. 47.12
φῶς Chriſtus filius dei 18.39
Phreneticorum paßio qualis 35.5
Phroneſis luminare 51.39
Pindarus lyricus poeta 103.37
Pilatus Tiberij Cæſaris in Iudæa procurator 49.25
Pilato cum Chriſtus traditus, ſpiritum ab eo ablatum fuiſſe, opinio falſa 13.14
Pilatum Chriſti effigiem formaſſe dicunt quidam 48.21
Piſces ſe inuicem conſumere 327 uerſu 38
Πίσις ex homine et eccleſia ut dicunt quidam 3.15
Pijs deus qualis 243.34
Pietatis exemplar Chriſtus 106.1
Plaſma terreum eſſe 304.38
Plaſmati ſuo unitus Chriſtus 181 uerſu 10
Plaſmata dei contemnunt hæretici 42.13
Plaſmat nos deus in utero 315.32
Plato hæreticis religioſior 200 uerſu 28
Platonis de animarum obliuione ſententia confutatur 130.36
Platonis de rerum initijs ſententia 86.10
Platonis de uniuerſitatis fabricatione ſententia 200.36
Platonis effigiem coronant gnoſtici 48.24
πλήρωμα ſpiritale apud Valentinum tripartitum 3.18
πλήρωμα unde formatũ 2.41
Pleromatis diſcußio pulchra 63. 20.30.64.1
Plus & minus in quibus dicatur. 219.27
Poderis ſacerdotalis expoſitio in qua 37.9
Pœnitentia quibuſdam uitam impetrat 20.19 (287.19
Pœnitentia reſpuit inobedientiam
Pœnitentiam Ioannes quam prædicabat 148.30
Pœnitens Adam 196.24
Pœnitẽtibus deus quam benignus. 196.29
Polycarpus Smyrnæ epiſc. 140.11
Pontificis ueſtis 245.16
Pontificum autoritas 138.29
Põtificum uita emendata quantũ proſit 139.13
Populus coccino ſignatus quis. 251.26
Porcorum more qui uiuant 303 uerſu 6
Portenta uerborum quibus utuntur hæretici in baptizãdis pueris 40.20
Portentuoſæ de rerum fabrica opiniones 8.10
Poſſeßionẽ iniuſtã nos ſemper habere 260.28
Poßideat & poßidetur quis 305 uerſu 24
Poßidere gratiam 12.18
Poſſe apud deum 121.13
Poteſtas omnis uerbo dei data. 240.3
Poteſtas ſathanæ quæ ſit 324.19
Potentiam dei qui refutent 197 uerſu 10
Præceptum homini per uerbũ dei datum 317.32
Præcepta quædã in lege & Euangelio ad duritiam populi data eſſe 229.20
Præcepta ſeruitutis per Moſen data quæ 232.19
Prædeſtinatio à patre eſt 294.5
Præputio deus unus oſtenditur. 251.5
Presbyteri qui ſint, qui nõ 253.12
Presbyteri traditionum in eccleſijs cuſtodes 138.30
Presbyteris eccleſiæ obaudiendũ. 252.38
Primitiæ deo offerendæ 236.14
Princeps cœlorum quis 45.24
Princeps uitæ Chriſtus 106.6
Principatum tenet deus ſuper omnia 118.28
Principalitas dei in omnibus unde 286.6
Προαφγνώστος quis 22.24
Προαφυποστάτος uirtus quædã. 22.24
Promißionem Abrahæ quomodo Chriſtus perfecit 216.20
προπάτωρ 2.27
προὼν deus 63.30
Prophetæ cur ad bona opera exhortentur 282.19
Prophetæ domini aduentũ cognouerunt 222.1
Prophetæ quid prædicent 208 uerſu 36
Prophetæ quo ſermonis genere utantur 104.17

Prophetæ seminarunt 252.1
Prophetæ unum et eundem deum annuntiarunt 153.24
Prophetæ quomodo à gnosticis diuidantur 55.38
Prophetarum discrimen & prophetiæ uariæ 268.32
Prophetarum prophetia unde 43.34
Prophetas cur deus miserit 228 uersu 23
Prophetas deũ uidere necesse fuit. 243.13
Prophetas membra Christi esse. 268.21
Prophetas non de dijs, sed de uno deo prohetasse 134.1
Prophetas nouum testamentũ prædicasse 219.4
Prophetia multiplex 243.18
Prophetia nõ ab homine sed à deo datur 25.37
Prophetia omnis ante effectũ, ænigma 252.18
Prophetia prophetis unde 241 uersu 17
Prophetia quid sit 241.30
Prophetiæ dei aduentibus Christi 269.1 & seq.
Prophetiæ spiritum qui diuidunt quomodo confutandi 273.19
Prophetiæ uti ab hæreticis diuidantur 13.29
Prophetica dona negant in ecclesijs Marcionistæ 158.11
Propheticus character qualis 157 uersu 26
Προπθκυλινδομένη quid 22 uersu 4
Protoplastus ut in hunc mundum primo uenit 54.41

PROVERBIA.

Aesopi canis 77.38
In arenam ædificare 115.29
Arenam numerare 114.17
de Harena resticulos nectere. 14. 19. 76.31
Calculos terræ numerare 114 uersu 17
Centones sarcire 85.30
Et heri & ante 32.25
Fluct. maris numerare 114.18
Gypsum lacte male miscetur. 181. 6
Inferorum Galea 26.36
uelut Lernea hydra 57.18
Longo longius fugere 141.25
Mare uniuersum ebibere 100 11
Neq; in cœlo neq; in terra esse 173.6 (3
Neq; intus neq; foris existẽs 27
Stellas cœli numerare 114.18
Stillicidio temporis perseuerare 129.26
Supercilium inane 186.34
Testamenti eiusdem esse 86.36
Prouidẽtia dei omnia regi 114.11
Proximi concordia ex Decalogo. 232.1
Ψ collum regit in corporali constitutione 28.23
Psalmus exomologesis Dauid quã do factus 255.8
Pseudoprophetæ quomodo iudicabuntur 267.4
Ptolomæi æones ridiculi 67.39
Ptolemæi fictiones Irenæus cur describat 17.32
Ptolomæus flosculus Valẽtini scholæ 2.1
Ptolomæi insciti 106.31
Ptolomæus Lagi 188.39
Publicani & pharisæi parabola 280.36
Pythagoræ imaginem coronant gnostici 48.24
Pythagorica quaternatio 2.37
Pythagoricum, res in numerum transferre 86.22

QVadraginta dies qui ieiunarunt 193.22
Quæ sint super cœlũ 122 uersu 38
Quærimonia hæreticorum 172 uersu 30
Quæstio nulla tãti habenda ut eua cuet fidem 213.38
Quæstiones quæstionibus augent hæretici 76.32
Quæstionum absolutio quo dirigenda 115.35
in Quæstionibus fidei quò recurrendum 141.5
Quantitas omnis à deo 114.12
Quaternio dextra & sinistra 22
Quaternatio Pythag. 2.37(20
Quatuor testamenta humano data generi 157.33
Quatuor tempora anni 111.22
Quiescere quid sit 237.6
Quinarius uiscerum 110.30
de Quinario numero multa 110 per totum.
Quinquagenarius quis dicatur 106.37
Quod est, non quod dicitur, id melius ostendit 122.24

PFœmora habet in corpore. 28.24
Raab significationes 246 uersu 24
Rachel ecclesiæ typus 248.4
Radix & substantia rerum cur solum menti uisibilis 3.31 & seq.
Raguel & Telesis idem 51.38
Rapiens aliena iniustus 317.38
Rebecca expetita à seruo Abrahã quid significet 37.30 (14
Rebeccæ partus prophetia 247
Reconciliatio carnis unde 313.23
Redemptionum uerba apud hæreticos 40.25
Regenerationem spernentes 295 uersu 33
Reminiscentia animæ ex somnijs agnoscitur 130.24.131.11
Rempham adorarunt Iudæi 229 uersu 37
Renouatus homo quomõ induendus 309.20
Repletio hominis in Paradiso duplex 323.27
Requietio dei sabbatum 231.9
Resurrectio corporũ qualis sit futura 186.4
Resurrectio mortuorum per Ezechielem descripta 314.24
Resurrectionem duplicem astruit Irenæus 292.4
Resurrectionem duplicem esse 328.28 (1
Resurrectionem qui spernunt 338
Resuscitati quibus corporib. surrexerint 310.14
Rex mxaimus deus 77.32
Regis & dei collatio 220.23
Regis uenientis & Christi collatio 271.24
Regnum antichristi quã diu sit duraturum 337.28
Regnum Christi quietũ 244.17

Reges

Reges à quo constituantur 328 uersu 2
Regna non sathanæ dispositione tribui 325.35 (32.35
Regna terrena à deo cur instituta.
Regnantium uarietas 328.4
Regiones mundi quatuor 156.35
Regulam non ex numeris esse 112 uersu 16
Romæ Petrus & Paulus euangelizauerunt 138.6
Romana eccles. Corinthios ad pacem reducit 139.35
Romana ecclesia maxima & antiquissima 139.16
Romani imperatoris maiestas 71 uersu 3
Romanis quæ abstulimus 261.25
Ros quid significet 189.14
Ruminantium uirtus quæ 303.21

Verenda regit in corpore 28.24
Sabaoth quis 53.33
Sabaoth quid lingua Hebraica. 134.19
Sabbathum quomodo sanctificandum 218.5
Sabbathi obseruatio cur instituta. 230.33
Sabbatho quòd curat dominus nõ facit contra legem 217.33
Sabbatha abnuit deus 233.28
Sacerdotes in eremo electi quinq;. 110.37
Sacerdotes qui 218.24
Sacerdotes sabbathum prophanabant in templo impune 218.37
Sacerdotes sabbato ministeria perficiebant pro populo 218.3
Sacerdotibus agere libere licet. 218.23
Sacerdotalis ornatus de compositionibus quinq; contextus 110 uersu 30
Sacerdotalium literarũ apud Hebræos quot sint 108.39
Sacrificia cur instituerit deus 228. 38. 230.20.233.38
Sacrificia nõ sanctificant 237.19
Sacrificia qui in ueritate offerunt 236.4
Sacrificiorum non genus sed speciem immutatam esse 236.18
Sacrificia typos fuisse 238.30
Sacræ scripturæ mysteria Græcis syllabis aut literis probare uel le, ridiculum 108.11
Sadducæi negant resurrectionem 212.14
Salis statua uxor Loth 263.1
Salsæ aquæ unde 8.18
Salomon quomodo peccarit, & emendatio eius 255.16
Saluator dicitur Christus hæreticis, & non dominus 3.20
Saluatoris descensus ad quid utilis 87.14
Saluatoris nomen Iesu unde 4.18
Saluatorem se dicebat Menander 44.12
de Saluatore apud hæreticos uaria opinio 24.14.44.36
Salutem esse unicam 220.20
Saluari sine spiritu dei nequimus. 305.1
Samariam intrat Christus 105.13
Samaritæ utũtur loquela Hebræorum 147.10
Samaritana præuaricatrix fornicaria 180.3
Samuel propheta Iai 55.40
Samuel serpentis nomen 55.26
Sanctorum orationis efficacia. 127.26 (236.3
Sanctorũ orationes incensum dei.
Sancta sanctorũ nomina quæ sint 30.41 (313.1
Sanguis iustorum cur exquirẽdus
Sanguis unde 295.36
Sanguinem uocalem esse 312.32
Sapiẽtia in deo quomodo 285.41
Sapiẽtia quæ & spiritus 240.41
Sapiẽtiæ dei receptaculum homo 187.7
Sapientiã decere iudicem 200.3
Sapit homo quæ 81.36
Sathan quid significet 324.8
Sathan quietem odit 327.36
Sathanæ prodromi Carpocratiani 47.17
Sathanæ tribuunt hæretici nubere & generare 45.4
Sathanam quomodo cõfutat Christus 323.23
Saturninus hæreticus 44.21
Saulus legis propugnator 224 35. (32
Scire deũ quis posit quis non 214
Scire omnia se iactãt gnostici 105 uersu 5
Scientia nostra in quibus augeri debeat 115.37
Scientia quomodo & quæ inflet. 113.19
Scientiæ nostræ quæ sint subdita 114.29
Scientiæ ordo homini seruandus. 113.2
Scribæ regni cœlorũ qui 219.13
Scriptura nobis omnis quomodo consona apparere posit 117.4
Scriptura quomodo abutãtur hæretici 7.5
Scriptura quomodo de dijs loquatur 144.24
Scripturæ aliquid apponẽti uel auferenti pœna non deerit 336 uersu 17
Scripturã quomodo hæretici torquere soleant 14.23
Scripturæ sacræ quando & à quibus in Græcam linguam translatæ 188.38
Scripturarum ostensiones quomodo ostendendæ 165.1
Scripturarum testimonijs quomodo utantur hæretici 36.14
Scripturas perfectas esse 116.9
Scripturis non obsequuntur hæretici 138.16
Seculi consummatio quando futura 57.15
in Secula seculorum quomodo interpretentur Valentini discipuli 4.34
Secundus, hæreticus 22.19
Secundũ imaginem dei homo quomodo sit factus ex Valentini opinione 10.33
Securi simile uerbum dei 318.41
Seductoris est alia docere, alia facere 207.31
Selene Tyria comes Simonis 43 uersu 9
Senior quidam quibus nominibus appellarit Marcum 33.16
Seniorum traditio apud Iudæos legi contraria 223.28
Senioribus senior factus Christus cur 106.3
Senilis ætas quæ 106.25
Sensus ipse uita est 84.24

Sensus dei emitti in aliquid nequit 82. 35
Sensus habemus quinq; 110.29
Sensus homini duplices 287.11
Sensus uelocitati lingua non sufficit 117.37
Separatio à deo, mors est 332.41
Septuaginta interpretatio consona 189.3
Septuginta prædicatio quæ fuerit 168. 9
Sepulchrorum formositas immunda 237.1
Sequi saluatorem quid sit 227.37
Sermonis etiã nobis reddenda ratio 232.33
Sermo concionatoris sanus esse debet 253.28
Serpens qui & Nus 54.2
Serpentis deceptoris & hæreticorum collatio 205.37
Serpentẽ cur exosum habeat deus 197. 7
Serpentem quomodo uicerit Christus 323.13
Seruis lex est posita 226.14
Seruitus Hebræorum in Aegypto 261. 1
Seruitus erga deum, deo nihil præstat 227.41
Seruitutis præcepta per Mosen data quæ 232.18
Seth quomodo generatus 55.20
Seth ex terra plasmatũ dicunt quidam 37.20
σιγὰ nomen honorificũ 31.2
σιγὴ 2.30. & 31.2.25.17
Signis hominem non iustificari. 231. 11
Signa non sine symbolo 230.41
Siloa etiam sabbathis curauit 218 uersu 4 (11
Simeon iustus typus Demiurgi 16
Simeonis de Christo confessio 175 uersu 26
Simõ Magus quid docuerit 76. 4
Simonis Magi statua 43.1
Simonis Samaritani Magi doctrina 42.24. & seq.
Simon pater hæreticorum omniũ 62.1.137.7
Simonis discipulus Menãder 141 uersu 40
Simonis sectator Cerdo 49.14
Simonem Cyrenæum pro Christo passum fuisse dicit Basilides. 45.32
Simoniani unde dicti 44.8
Simile à simili non redigitur in nihilum 96.6
Simplicitatẽ à nobis requirit deus 236.10
Sodomitas à Christo saluatos esse dicit Marcion 50.2
Sodomitas uenerãtur quidam 57 uersu 27
Sol quibus infensus 259.37
Solis & prædicationis uerbi collatio 20.33
Solutio hominis quid 324.24
Somnia quid sint 130.24
Sonorum differentias auris colligit 287.17
σοφία ecclesiæ datur & homini 3.16
Sophia quibusdam serpens dicta. 57.19
Sophiã nõ esse ubi ignorantia 95 uersu 5
Sophistæ Pandoræ 208.10
Sophistæ pepones 23.17
Sophismatis dediti hæretici 199.3
Sophonias propheta Astaphei 56 uersu 3
Soter Christus dictus 4.26
Soter nomen quinq; literarum. 110.15
Soter undecimus Romæ episcop. 140.7
Sperantes in Christum, in eum crediderunt 255.39
Spiritus, cœlestis est 304.39
Spiritus consilium ueteres quando sint secuti, quãdo non 254 21. & seq.
Spiritus & afflatus differentia. 308.18
Spiritus ignorantiæ quos maxime occupet 35.10
Spiritus in spiritu non dissoluitur 96. 9
Spiritus patris quanta perficiat. 304.34
Spiritus qui est sapientia, semper cum deo 240.41
Spiritus quis in Christum descendit 179.12
Spũs tantũ pars hominis 300.6
Spiritus, uitæ substantia 10.36
Spiritus dona negant Marcionistæ 158.3
Spiritus impetus in Paulo 146 uersu 11
Spiritus promptitudo 304.21
Spiritus incorporales non esse homines 303.1
Spiritus principales quatuor 156 uersu 36
Spiritus prophetarum, apostolorum, septuaginta unus 189.36
Spiritus sanctus quem deum esse docuit 143.28
Spiritus sanctus quid docuerit Valentini opinione 4.7
Spiritualis discipulus quis 264 uersu 37
Spiritualis substantia unde 9.12
Spiritualis homo quis, & quis nõ 300.18
Spirituale corrumpi non posse. 11.36
Spiritualia umbram habere nequeunt 74.32
Sponsa non assumit sed assumitur. 305.9
Sponsalis thalamus non coinquinatur 279.37
ς ἐπίσημον 29.36
σωτὴρ & Sophiæ reconciliatrix. 4.30
Stellæ quomodo differant 92.18
Stephanus diaconus primus 229 uersu 28
Stephani de deo confessio 165.5
Sterilem peperisse qui fiat 56.10
Stesichorus luminibus orbatus quòd maledixerit Helenæ 43 uersu 21
Sthenelus Eurysthei pater 19.15
Stoici necessitatem præponũt deo 85.24
Stupor unde 4.27
Suadela sua nos redemit dominus. 294.15
Substantia carnis quomodo moriatur 308.36
Substantia rerum cui attribuenda 77.20
Substantia rerum cur sola mentio uisibilis 30.31
Substantia uitæ unde 242.9 (39
Substantiã saluare non posse 120

Substantialis emissio est 91.13
Subiectio dei quid 286.8.288.16
Subiectionis exemplum Christus. 106.1
Succinctorum Adæ quid significet 196.37
Supra naturam sentire, insania. 113.10
Supplantator dictus Iacob quare. 247.22
Supplicationibus ecclesiæ sæpius resuscitati mortui 127.26
Supputatio gnosticorum uana. 109.13
Suscitantis uirtus omnibus nota fiet 42.16
Suspecti qui sint doctores 253.1
Suspicionis cõiectura fallax 287 uersu 14
Syllabis quidã suas opiniones confirmare cõtendũt 27.5.108.11
Symbolum signis adhærere 230 uersu 41
συμφωνὴ hæreticorum 12.35
σύνεσις ecclesiæ & homini attribuitur 3.16
Synesis luminare 51.39
συζυγία 12.20

TRegit uentrem in corpore. 28.24
Tabernaculi factionẽ cur deus populo indicarit 228.36
Tabernaculi Mosis explicatio per uersa 37.8
Tædium unde 4.26
Tatianus Iustini auditor 50.38
Tatiani cæcitas 197.37.198.1
Tarditas corporis animæ uelocitatem impedit 131.34
Titan uocabulum quale 337.6
Τελειὸς ecclesiæ datur & homini 3.16
Telesphorus Rom. episcopus septimus 140.4
Temporalia cur quædã sint edissere re, magnum 21.7
per Temporalia ad æterna uocat dominus 229.3
Templum dei quod, in quo nostræ preces offeruntur 238.24
Templi ædificationem cur deus indicarit 228.36
Templi restauratio cur deputanda 272.24
Tenebras quibus deus præparavit 288.11
Terra cur subpedaneum dei 210 uersu 8
Terra & cœlum quòd transibunt quæ crassa 210.3
de Terra adhuc uirgine Adã creatus 192.25
Terra cuius sunt typi 238.32
Terrenorũ rationem docere posse magnum 21.8
Tertullianus Irenæi imitator 136 uersu 17
Tertullianus de spe fidelium scripsisse 292.33
Testamentum nouum à prophetis prædicatum esse 219.4
Testamentum uetus non ociose datum 264. uersu 28
Testamenta humano generi data quatuor 157.33
Testamenta multa humano generi cur tradita sint, docere posse, aliquid 21.10
Τεθὰς prima ueritatis 6,14
Θ femora regit in corpore 28 uersu 24
Thales Milesius principiũ rerum aquam dixit 85.33
Thamar Iudæ nurus quæ indicet. 251.20
Thelesis luminare, quod & Raguel 51.39
Theodotion Ephesius Iudæus proselytus reprehenditur 188 uersu 23
Theogonia Antiphanis 85.8
Theoremata Basilidis 46.29
Thesaurus absconsus in agro quis 252.8
Thetis deorum mater Homero 85 uersu 35
Thomas absens cum manifestaretur dominus, quale mysticum. 37.35
Thronus dei cœlum cur 210.8
Thus Christo oblatum quid significet 149.21
in Tyberij Cæsaris tempora uenit Christi cognitio 213.34
Timor unde 4.26
Timorem auxit dominus 232.27
Tobias propheta Eloei 56.1
Tonitrui ratio certa hominibus ignota 116.24
Τὸν & quid 35.9
Traditioni apostolorum Barbari plus deferunt quàm cæteri scriptis 141.27
Traditionibus non obsequuntur hæretici 138.22
Transgressor Sathan 324.28
Trãsgressores uerbi qui sint 258 uersu 32
Tribulatio saluandis necessaria. 334.37
Trinitatis in plasmatione hominis opus 286.11
Tristitia quæ generauit 7.38
Triticum in stipula corroboratur 116.1
Tritici & corporis Christi collatio 296.19
Tritici & zizaniorum parabola 289.13
Tritici granum seminatum, quid 302.4
Typus ab imagine quando differat 107.30
Typum cõsummauit Loth 263.4
Typum quæ præstent, quæ non. 238.35
Typum tantum Iudæos habuisse. 238.30
per Typos Iudæi discebant timere deum 229.11
per Typica ad uera uocat dominus 229.2
Tyranni & diaboli comparatio. 328.13 (327.23
Tyrãnis hominibus cur imposita.
Tyrus Phœniciæ ciuitas 43.9

VAcuum nihil apud deum. 248.9
Vacuum nihil esse posse. 66.35.67.1
Valentinus & eius sectatores uacui 67.35
Valentinus sub Hygino Romã uenit 141.32
Valent. discipuli mysteria sua mercede docent 8.6
Valentini discipuli sibijpsi discrepant 273.26

Valentini discipuli quomodo iudicabuntur 265.36
Valentini Euangelion 156.29
Valentini pepones 23.5
à Valentino in quibus discrepent discipuli eius 21.32
Valentini uanitas 214.37
Vasis formam suscipit aqua 99 uersu 27
Vasa Aegyptijs cur abstulerũt Hebræi 260.22
Vasa fortis quæ 147.18
Vaticinatoribus quanta fides adhibenda sit 26.8
Velocitas animæ impeditur corpore 131.26
Venatorum & hæreticorum collatio 87.40
Ventris fructus, proprium uirginis 190.32
Ventilabrum pro cruce 6.37
Ventorum generatio apud homines incerta 116.25
Verbum animam liberat 226.16
Verbum cur caro factum sit docere, magnum 21.13
Verbum dei cur caro factũ 181.7. 187.36
Verbum dei iustum & bonum esse 200.19
Verbum dei pater generis humani 263.22
Verbũ deo semper adest 240.15
Verbum dei simile securi 318.41
Verbum homini quomodo copulatum 316.38
Verbo hominem antiquiorem quidicant 84.34
Verbum quomodo deum reuelet. 215. 3
Verbum quomodo Christus fuit. 185.31
Verba nostra quomodo per linguam proferantur 117.39
Verbo nouo omnia noua adfuerunt 150.14
per Verbum offertur deo 237.33
per Verbum omnia manifestantur 214.15
Verbo deus omnia condidit 66.1
Verbo semiuocales attribuuntur. 29.4
Veritas omnium testimoniũ perquirit 215.15
Veritas ut agnoscatur 59.19
Veritatis ignorãtiã per antiphrasim quidam agnitionẽ ueri appellant 87.21
Veritatis regula quæ sit 41.37
Veritati literæ mutæ attribuuntur 29.3
Veritatem amittunt hæretici inania sequentes 77.36
Veritatem à mente generatam esse 2.37
Veritatem idolum fecit Marcus. 32.32
Veritatem numeris constare non posse 110.11
à Veritate qui seducantur facile. 7.5
Vespere cur dominus ad Adam uenit 316.19
Vestis nuptialis 279.18
Veteres non reprehendendos esse 256.18
Veteres quõ legendi 292.21
Victoria belli cur regi semper adscribatur 65.28
Victoria & lucta Christi 183.38
Victorinus Pictabionensis episcopus 292.34
Viduæ liberalitas 236.26
Vim nulli à deo fieri 281.30
Vinum rubicundum faciebat Marcus impostoris 24.37
Vini cœlestis commixtionem qui reprobent 295.5
Vinea à deo plantata. quæ sit 276 uersu 24
Vitis & corporis Christi collatio. 296. 19
Vinum Eucharistiæ 235.19
Viperarũ progenies qui 290.23
Virga Mosis cur serpens facta. 191. 28
Virginis partus inopinatus quale signum 191.14
Virginem hominibus mortem attulisse 321.4
Virginem peperisse quomodo factum 56.10
ex Virgine natũ Christum negat Cerinthus 48.29
Virtus in deo quomodo 285.40
Virtus nulla gnosticis 137.17
Virtutis dei receptaculum homo. 187.7
Virtutes principes Basilidæ 45 uersu 12
Visionibus prophetæ prophetabant etiam 243.18
Visibilis hominib. deus quomodo
Vita duplex 308.9 (242.5
Vita hominis, uisio dei 243.7
Vita hominis unde 44.33.133.12
Vita per curationem efficitur 310 uersu 12
Vita quibusdam ab initio constituta 20.19
Vita sensus antiquior non est 84
Vitæ introitus ecclesiã 141.2 (23
Vitæ participare corpus 297.35
Vitæ princeps Christus 106.6
Vitæ præsentis & futuræ discrimen 298.4
Vitæ semiuocales attribuuntur. 29.4
Vitæ substantia unde 242.10
Vitam quæ nobis faciant 313.40
Vitam quid auferat 287.9
Viuit quid 305.17
Viuere deo incipit moriens peccato 197.14
Viuere quomõ posimus 242.9
Viuentes deo qui 304.18
Vitulus in forma Cherubin 157 uersu 5
Vmbram spiritualia corpora non faciunt 74.31
Vmbra pleromatis 68.24
Vnctio extrema Valentinianorũ. 41.10
Vnxit Christus, unctus est, & ipsa est unctio 182.8
Vngula duplex 303.14
Vocales quibus attribuat Marcus 29.8
Vocalium explicatio ridenda 30 uersu 6
Vocauit deus homines quomodo. 279.11
Volucrum abitus & reditus causa recta reddi nequit 116.17
Voluntas dei diues & multa 177 uersu 35
Voluntas dei fortior natura 299 uersu 31
Voluntas dei omnibus principari debet 133.28
Voluntatem dei causam esse fabricæ mundi 65.22

Velle

Velle cur apud deum 121.13
Vox ciuium noui testamenti 161
uersu 16
Vtilitas ubi 242.41
Vulpi assimulatur Herodes 290
uersu 35
Vxor Loth conuersa in statuam salis 263.1
Vxores communes hæreticis 12
uersu 11
Vxor diaconi à Marco corrupta. 26.15

VEndicat sibi crura in corporali constitutione 28
uersu 24
Xistus sextus Romæ episcopus. 140.4

YCinctum habet in corpore 28.24
ὑλικὰ quæ sint 9.22
ὑσσὸς 57.35

ZVentrem regit in corpore 28.24
Zacharias propheta Sabaoth 55.41 (234.38
Zacharias uoluntatis dei preco.
Zachariæ testimonium 150.13
à Zacharia sacerdote cur Euangelium Lucæ inchoatum 157.16
Zelus phariſæorum 237.4 (13
Zizaniorũ & tritici parab. 289
Zodiacum quæ significare tradãt hæretici 35.26
Ζωὴ ab unigenito emissa 2.40
Zorobabel templum restaurat. 272.26

INDICIS FINIS.

SERIES CHARTARVM.

abcdefghiklmnopqrstuxyz. ABCDEFG.
Omnes sunt terniones, præter E quaternionem.

BASILEAE PER HIERONYMVM FROBENIVM, ET NICOLAVM EPISCOPIVM, MENSE MARTIO, M. D. LX.



Bibl. Jag.

1 5 6 5.

Per Paulu Paczkowsky Preceptum G grossos 45.
empt



